LIBRARY OF PRINCETON
JUN 28 2007
THEOLOGICAL SEMINARY



Digitized by the Internet Archive
in 2019 with funding from
Princeton Theological Seminary Library

https://archive.org/details/grammaticaesyria00hoff

52.07

ANDREAE THEOPHILI HOFFMANNI

PHILOS. ET THEOL. D.

IN IENENSI LITTERARUM UNIVERSITATE THEOL. PROF. P. O.

GRAMMATICAE SYRIACAE

Libri III.

Ne quis tanquam parva fastidiat grammatices elementa, — — — quia interiora velut sacri huius adeuntibus apparebit multa rerum subtilitas, quae non modo acuere ingenia puerilia, sed exercere altissimam quoque eruditionem ac scientiam possit.

Quinct. Instit. Orat. I, 4.

CUM TRIBUS TABULIS VARIA SCRIPTURAE ARAMAICAE GENERA EXHIBENTIBUS.

HALAE

IMPENSIS ORPHANOTROPHEI.

MDCCCXXVII.

ܟܬܒ ܐܣܛܘܪ ܣܘܪܝܐ

ܐܝ ܡܠܟ ܕܢܚܘ ܠܗ ܟܠ ܡܒܬܕܝܢ ܠܝܕܥ ܘܒܠܥܕܘܗܝ ܠܐ ܢܕܥ ܟܠ ܝܕܥܬܐ ܘܡܕܥܐ ܕܐܝܬ ܒܗ ܟܠ ܡܠܬܐ ܒܛܠܐ ܘܡܙܥܙܥܬܐ ܗܕܐ ܗܘ ܕܒܟܠ ܡܠܬܐ ܡܫܕܪ ܘܡܣܝܪ ܠܫܘܒܐ ܗܕܐ ܗܘ ܕܒܟܠ ܡܠܬܐ ܒܢܡܘܣܘܗܝ ܩܐܡ ܠܥܘܓ ܘܡܫܟܚ ܠܬܪܥܐ ܠܐ ܕܪܟܐ ܕܡܫܬܘܒܬܐ ܡܢ ܗܠܝܢ ܕܒܛܠܐ ܗܘ ܕܐܡܪ ܠܗ ܠܫܘܒܐ ܠܐ ܐܬܐ ܘܠܐ ܐܙܠ ܠܬܪܥܐ ܕܚܝܐ ܗܘ ܕܐܡܪ ܠܗ ܠܫܘܒܐ ܐܬܐ ܘܐܙܠ ܠܬܪܥܐ ܕܚܝܐ ܗܘ ܕܒܟܠ ܡܠܬܐ ܡܫܟܚ ܘܡܫܟܚ ܘܡܫܟܚ ܘ

VIRIS

SUMME VENERANDIS ET ERUDITISSIMIS

THEOLOGIAE DOCTORIBUS ET IN ACADEMIA IENENSI

PROFESSORIBUS PUBLICIS ORDINARIIS

HENRICO AUGUSTO SCHOTTIO

SACRARUM LITTERARUM INTERPRETI SAGACISSIMO ORATORIAE ARTIS CHRISTIANAE

AUCTORI FACUNDO ET EXEMPLO ILLUSTRI

IOANNI TRAUGOTT LEBERECHT DANZIO

HISTORIAM ECCLESIAE CHRISTIANAE ET PRACTICAS THEOLOGIAE DISCIPLINAS

SUMMO ACUMINE TRADENTI REI LITTERARIAE COGNITIONE CONSPICUO

LUDOVICO FRID. BAUMGARTEN-CRUSIO

THEOLOGIAM UNIVERSAM PHILOSOPHIAE ET MULTIPLICIS SCIENTIAE LUMINIBUS

ILLUSTRANTI IN OMNIBUS DISCIPLINIS VERSATISSIMO

VIRIS ET SCRIPTIS ET DOCTRINA EGREGIE MERITIS

COLLEGIS ET AMICIS

CONIUNCTISSIMIS

DELATOS SIBI

SUMMOS IN THEOLOGIA HONORES

OFFICII VENERATIONIS ET GRATI ANIMI

SIGNIFICATIONE

REMUNERATURUS

HUNC LIBRUM

D. D. D.

AUCTOR.

PRAEFATIO.

Quod consilium in hac grammatica edenda mihi proposuerim, cum diligenter eam et attente legentibus facillime sane perspiciatur, multis demonstrare superfluum visum est. Ex quo enim et animo meo me vehementer propellente et Gesenio auctore ac suasore ad accuratum litterarum orientalium studium accesseram, Aramaicae potissimum linguae cum grammaticam hodiernae orientis cognitioni accommodatam, tum lexicon cuncta vocabula complectens quam maxime desiderari, et ab praeceptore amatissimo edocebar et ipse probe intelligebam. Cum igitur inter nostrates reperirem paucos, qui huic Semiticae arboris ramo tribuerent singularem diligentiam, ita ut ab iis opera huius generis potuissent expectari, de re litteraria me aliquantulum meriturum esse opinabar, si in iis quae a viris doctis quasi in medio erant relicta, animi mei vires, quantulaecunque essent, multifariam ac crebro exercerem. Postquam ergo Gesenio, cuius auctoritas in his rebus mihi erat et ad cineres usque manebit maxima, meum videram placere consilium, rem statim aggredi nullus dubitavi. Mox vero non solum quantum in me susceperim laboris, satis sentiens, sed etiam lexico struendo alios viros (vid. pag. 40. et 55.) et eruditione atque intelligentia multo me maiores operam suam navare certior factus, coercendum esse iudicavi consilium meum, ne cum iis in concertationem venirem, quorum praestantiam a me non modo non superatum iri, sed quos ne attingere quidem me posse meus mihi manifesto

praesagiebat animus. Quo facto inde ex illo tempore grammaticae soli operam meam impendere coepi, quae in singulis eius partibus aut illustranda et exponenda aut supplenda et augenda esse videbantur, undique indefesso labore quaerens et in collectiones hunc in finem institutas assidue condens. Hac autem re satis occupatus Halis Ienam ductus sum a providentia divina, ubi tamen propositum nullo pacto abiiciebam, sed quod muneris mei officia mihi relinquebant otii, non solum ad collectiones augendas, sed etiam ad diiudicationem eorum, quae ab aliis grammaticis praestita erant, adhibendum esse apud me constituebam. Quae omnia cum facilem et commodum libro edendo progressum augurarentur, et exempla grammaticae I. D. Michaelis, quae procul dubio inter omnes principem locum omni iure tenuerat, iam diu vendita esse omnia perspicerem, ad finem mihi propositum ipsum progrediens colligendo tantum et in loculos reponendo amplius indulgere nolui, sed potius grammaticae scribendae iisque, quae inveneram, in publicum emittendis omnem dicavi operam. Ne vero typothetae labore, quem in libris huius generis difficilem esse magnisque et variis interrumpi impedimentis nemo ignorat, opus nimis retardaretur, typographi manibus tradidi, quae prima editioni paraveram, prolegomena et grammaticae ipsius partem minime parvam, sperans fore ut incoeptum extemplo continuare et, qui tunc temporis nondum scripti erant, librum secundum et tertium brevi post absolvere possem. Hac tamen in re vehementer me fefellit mea expectatio. Nam quod mihi promiseram otium, aut scholae habendae eorumque, quae in iis tractanda erant, collectio, diiudicatio et elaboratio mihi abripuere, praeter scholas theologicas post *Kosegartenii* collegae amicissimi discessum veteris foederis exegesin et litterarum orientalium studia acroasibus in hac universitate adiuvanti, aut iis, quae imprimebantur, corrigendis ac repetito examini subiiciendis, quae res quantum taedii habeat, quantum temporis postulet, inter omnes constat, fere totum consumtum est. Quae cum ita sint, in opere suscepto me lento gradu perrexisse, non miraberis. Quid? quod oculorum dolores acerbissimi et pertinaces, qui iam Halis degentem saepe et vehementer cruciarant et mala valetudinis conditio, sedentariae vitae adhaerens, stu-

diis autem valde inimica stimulis suis non ad laborem propellebant, sed adeo ipsorum impulsui reluctantem ab eo avocabant et deterrebant. Denique ob longum tempus, quo liber imprimendus erat, non contigit, quanquam praecipue in operibus ex hoc genere optandum est, totum absolvi uno eodemque typotheta. Quae res, quanti sit momenti, quicunque harum litterarum gnarus est, sponte intelliget. Namque qui huic artis typographicae parti felicissimo successu operam navent, ubique reperiuntur paucissimi, iidemque institutionis plerumque indigentes eorum, qui rei populorum orientalium litterariae fautores et propagatores aut codices orientales aut libros de linguis Asiae edere audent et cupiunt, ita ut typotheta officinam suam cum alia commutante instituti ratio facile confundatur novusque fingendus et instituendus sit eius laboris molitor nonnisi pedetentim auctoris voluntati et rationi assuefaciens sese atque accommodans. His igitur rebus progressum non semel intercipientibus quo animo ad difficilem laborem eumque difficultatis magnitudine et varietate non raro omnes vires profligantem me accinxerim, facile quisque videt. Lenivit interea meam tristitiam, ac mentem fortiter erexit verissimum illud Octaviani Augusti dictum a Suetonio (Vit. Aug. c. 25.) relatum, *sat celeriter fieri, quidquid fiat satis bene.* Itaque libro tandem absoluto, nihil aliud restat, nisi optatum et spes, iis, quorum est de eo vere et recte iudicare, meam industriam commendatum iri, ita ut si lentum quidem me invenerint scriptorem, certe non frustra me laborasse profiteantur.

Quae vero huc usque narrata sunt, non solum apud eos mihi fore excusationi, qui grammaticae meae editionem nimis tardam non sine ulla veri specie existimaverint, sed etiam eos mitiores spero redditura iudices, si qui forte hic illic aliquam dissimilitudinem, quod tamen vix timeo, deprehendisse sibi videantur. Quantum enim penes me erat, omnibus sane operis partibus aequitatem necessariam cum in rerum expositione tum in ratione dicendi dare et conservare sum annixus; itaque, si hanc legem, quam mihi scripseram, alicubi revera transiliverim, certe negligentiam quampiam aut socordiam non in caussa esse existimet benevolus lector.

Quam rationem in hoc libro scribendo secutus sim, paucis demonstrandum erit. Etenim quae *Gesenius* in grammatica Hebraicae linguae maiori et *Silvester de Sacy* in Arabica praestiterunt, ea, ut quae voluerim,i ngenue fatear, Syriacae linguae, nimis diu neglectae, comparare maximopere studui. Magnum sane opus et arduum, nimia fortasse audacia! Sed praecipua illa exempla adspirasse semper iuvabit. In adornandis singulis rebus, quae tractandae erant, earumque ordine Gesenii vestigia fere ubique pressi, cum propter rationem mihi quam maxime arridentem, tum quod illius grammaticas a plurimis hebraicae linguae cultoribus usurpari haud ignorabam. Qui vero nostro tempore Syriacam linguam sibi sumunt discendam, ii fere omnes Hebraicae aliquamdiu operam navarunt aut certe ut navarint, optandum est. Non defuerunt omnino, qui aliter hac de re statuerent, et Semiticarum linguarum institutionem a Syriaca vellent incipi, inter quos eminuit *I. D. Michaelis* *), sed quae propter facilitatem huius linguae speciosam de eius studio Hebraicae linguae institutioni praecedente sibi promittunt commoda, minoris momenti, ne dicam omnino vana sunt, cum permultae Syriaci sermonis formae ac proprietates nonnisi Hebraici comparatione feliciter possint illustrari et explicari. Quae cum ita sint, necessarium mihi videbatur, ut plurimos libri mei lectores Hebraicae linguae gnaros sumerem et ad eam huius linguae grammaticam, quae omnium manibus versatur, diligenter adverterem, ne quisquam ordine aut tractandi ratione mutata turbaretur inque progressu retardaretur. Quae res ne iis quidem afferet quidquam detrimenti, si qui aliorum virorum institutione in Hebraicis uti praefe-rant; nam alii rerum tractandarum rationi assuetos simplex ordo et forma, conspectus grammaticae praemissus et Index tripartitus multum adiuvabunt.

Omnes, qui innotuerunt, libros hanc rem tractantes fere in cunctis grammaticae partibus inspexi, et si quid praebebant boni, in meum usum converti, ubi vero mihi non satisfaciebant, quae deerant meis

*) *Abhandlung von der Syrischen Sprache und ihrem Gebrauch.* §. 4.

observationibus supplevi, et quae minus recte dicta erant, emendavi. Cum vero non solum quae vera videbantur tradere, sed etiam persaepe aliorum virorum sententias refutare et emendare opus esset, magis quam ab initio expectaveram et volueram, ambitus libri crevit. Hoc tamen, quia his studiis se dantes aut nullo aut per breve tantum tempus uti solent et possunt magistro, non pro vitio habuerim, sed potius laudi futurum esse libro meo putaverim; immo exemplorum copiam, largam rerum expositionem atque accuratam sententiarum probationem magis ad eum legendum allecturam esse quam deterrituram spero et opto. Displicuit enim mihi semper consuetudo vulgo recepta in eadem lingua discenda pluribus utendi libris, ita ut primum brevis et curta, post vero maior magisque accurata grammatica discipulorum tradatur manibus; in orientalibus ergo litteris, quarum cultores per omne tempus pauci erant et erunt, nostrum esse videtur, illum morem, ex mea quidem sententia non solum inutilem, sed etiam saepe noxium, relinquere ac discentibus statim ab initio libros porrigere omnia, quae scire debent, apte complectentes. In quam sententiam abierunt viri de his studiis longe meriti, *I. D. Michaelis*, *Vaterus*, *Gesenius*, alii. Recte enim et acute primus eorum in praefatione ad suam Syriacae linguae grammaticam ita disserit: „Sex fere menses, aut, ut proprie loquar, quinque tribui Syriacae linguae discendae in academiis solent: breve, sed tamen sufficiens facillimae (?) linguarum tempus, modo *copiosam habeant et divitem grammaticam, quam non totam explicet doctor, sed ex qua res primarias excerpat, viva voce traditurus*, quamque legere totam et inter discendum evolvere possint: *maxima enim pars breviculi temporis lectioni et interpretationi* librorum Syriacorum *impendenda.* At in sterili grammaticae brevitate alterum accidere necesse est, sive *ut tempus teratur eam supplendo*, iisque calamo etiam excipiendis, quae impressa magno temporis compendio legi potuissent, — — quod ipsum tempus libris Syriacis legendis perit; sive *ut multa ignorent scitu necessaria*, *linguamque aliquo legendi usu imperfectius ac minus grammatice discant.*“ Poterat etiam vir docendi facultate, ut notum est, praeditus maxima commemorare, adolescentibus magistri insti-

tutioni ereptis nonnisi librorum superesse auxilium, quod tamen, si illi elementis solis et rebus vulgaribus dicantur, quam parvum sit facile intelligitur. Ne vero ii, qui Syriacam linguam callere incipiunt, magna rerum mole obruantur, quae ipsorum caussa dicta sunt, maioribus typis imprimi curavi; minoribus vero aut argumenta sententiarum a me propositarum, aut accuratam rei difficilioris expositionem, aut rariorum formarum et anomaliae commemorationem, aut denique errorum vulgo receptorum castigationem discipulis profectioribus et doctoribus scriptas. Ex hoc genere non solum sunt annotationes singulis paragraphis appositae, historici in rationem graviorum grammatices decretorum tractandorum olim adhibitam commentarii, reique litterariae enarrationes, sed etiam totae paragraphi in ea, quae tironibus non satis utilia aut superflua videntur, profectioribus contra ignota esse non debent, ex ordine systematis propositi commentantes. Quae cum ita se habeant, accipis libro meo et breviorem rerum tironibus necessariarum delineationem et simul copiosam omnium grammatices partium expositionem.

Ex iudicio grammaticorum optimae notae, si quis in sola formarum grammaticalium recensione et probatione versatur, officio suo satisfacit nullo pacto; itaque quae inveneram illustrarem, eorumque originem et nexum cum aliis, quae in notitiam venerunt, linguae proprietatibus demonstrarem necesse erat. Qua in re omnino facile aberrare a via recta potes et opinionum praeconceptarum dumetis detineri, quod recentiores nonnulli, qui in laude Gesenii, procul dubio felicissimi grammaticae Hebraicae reformatoris, detrectanda mirum in modum sibi placent, et novandi studio prorepti omnia ipsorum luminibus illustrari posse opinantur, satis superque suo monstrarunt exemplo; sed cautione et circumspectione ab omni pruritu et temeritate alienis, sinceritate vanae gloriae haud indulgente, quae, nostram cognitionem mancam esse probe sciens, ubi non invenit quod probetur, ignorantiam libere profitetur, tutus esse potes suasoribus, auctoribus et ducibus. Itaque non semel opinionem meam, ubi audacius egisse mihi videbar, reiicere aut certe a publicatione retinere malui, quam sagacitatis gloriolam captans in explanationis incertae abire iter devium.

Quae a me mutata et aucta aut primum proposita sint, non est, quod hoc loco singulatim indicem. Etenim ea non tam pauca esse mihi persuasum est, ut lector benevolus nequeat certe partem eorum facillime invenire, praecipue si brevem, qua plurima grammaticae capita incipiunt, narrationem eius, quod ab aliis praestitum est, cum mea rerum expositione comparare voluerit. Exempla a me laudata in eum ordinem, quo leguntur, non inconsulto redegi, sed ubique lectoris usus mihi ante oculos versabatur. Itaque *alphabeticum* ordinem, ubi res ipsa non suadebat alium, praecipue ergo in etymologia, praeferendum censui; hoc enim modo singularum vocum inventionem quam maxime adiuvari, in aprico est. Ubi vero loquendi usum non certo tantum tempore, sed quovis aevo viguisse demonstrandum erat, ut in pluribus Syntaxeos locis, aliam viam ingressus sum, primum ex versione Peschito et Veteris et Novi Foederis, deinde ex aliis librorum sacrorum versionibus, ex scriptis Ephraemi aliorumque scriptorum Syriacorum exempla depromens, ultimo autem loco Barhebraei dicta ponens. In versionibus non acquiescendum esse, iam *I. D. Michaelis* *) et intellexit et indicavit, et magnum, quod inter scriptorem et libri alicuius interpretem intercedat, discrimen non neglexit; *alia*, ait, *certe in multis ratio*, *lingua*, *oratio auctoris sua scribentis*, *alia interpretis*. Qua re ad antiquiorum grammaticorum consuetudinem, nonnisi locos Peschito N. T. afferentium, si rediissem, in maximam incurrissem reprehensionem. De quorum tamen usu satis constabat, exemplorum copiam superfluam duxi, et nonnisi ea attuli, quae dicendi rationem bene illustrare et satis probare videbantur. Veteris T. versione simplici usus sum, sicuti Bibliis Polyglottis Londinensibus exhibetur, Peschito autem N. T., nisi aliud adiecto signo indicatur, ex editione Gutbiriana; omnes loci versionum V. et N. T., nisi vox *Philox.* aut *Hieros.* additur, ex simplici desumti sunt.

Prolegomena cum tribus tabulis scripturam Aramaeam illustrantibus de Syriaci sermonis et cognatarum linguarum indole et ratione, de Syrorum

*) Praef. ad gramm. Syr. p. v.

historia eorumque scriptura, pro superfluis non habebit, qui quanti momenti hae res sint, secum serio reputaverit. Iam I. D. Michaelis in grammatica sua, quod tunc temporis solum fieri poterat, hanc rem tetigit, cuius exemplum, ubi consilium meum minus probatum fuerit, certe excusationem apud harum rerum iudices mihi parabit.

Cognatarum linguarum comparationem nullus nostro tempore omittere debet grammaticus, quanquam etiam hac in re fines transilire potest, quo facto magis nocet quam prodest. Me ab eorum partibus non stare, qui abusum illum aut verbis aut exemplo suo commendent, primo obtutu apparebit. Ad reliquas Aramaeorum saepius respexi dialectos quam ad Arabicam linguam, et sermonem Zabiorum, cum parum notum esse viderem, praesertim in elementis et etymologia ab hac comparatione non excludendum esse censui. Plura, quae de eo in promtu erant, alio loco et tempore exponam.

In libro corrigendo me multum adiuvit *Gust. Stickel*, Ph. D. et Theol. Baccal., iuvenis optimae indolis, qui studiis solitis cum eventu prosperrimo absolutis se accingit eandem disciplinarum partem, in qua mea institutione usus est, scholis in academia nostra habendis et docere et promovere. Eiusdem humanitati debeo tres indices, quos maxima cum diligentia elaboravit.

Etiam in posterum Syriacae linguae operam meam commodabo et si alteram huius libri editionem adornare olim contigerit, spero fore ut repetita lectione omnium Syriacorum scriptorum, qui typis impressi sunt, perfectiora et magis matura cum lectoribus communicare possim. Quod nunc in publicum emitto opus iuvenile, ei faveant iudices aequi et illius Th. Thomsoni dicti haud immemores: *The only true way of treating a man of science with respect, is to examine the arguments, by which he supports his opinions; to adopt them, if they appear sound and conclusive, but to refute them, if they are erroneous.*

Scribebam Ienae V. d. Octobr. MDCCCXXVII.

CONSPECTUS GRAMMATICAE SYRIACAE.

Prolegomena.

§. 1. De lingua Aramaea . . . P. 1
§. 2. De lingua Syriaca . . . 9
§. 3. Concisa Syrorum historia . . 16
§. 4. Syriacae linguae historia . . 18
§. 5. Syriaca lingua recentiori aetate grammaticis et lexicis culta . P. 36
§. 6. Syrorum scriptura eiusque historia (cum tabulis tribus) . . . 60

Liber I.

De Elementis.

Cap. I.

De recte scribendi et pronuntiandi rudimentis.

I. *De Consonantibus.*
§. 7. De litteris . . . . P. 74
§. 8. Numerorum signa, numericus litterarum valor . . . 81
II. *De Vocalibus.*
§. 9. De Vocalibus in universum . 83
§. 10. Vocalium signa inveniuntur . 86
A. *Signa vocalium.*
§. 11. Vocalium figurae, nomina et potestas 88
§. 12. Signa vocalium cum litteris quiescentibus coniuncta. Diphthongi 93
§. 13. Quantitas vocalium . . 96
§. 14. Puncta vocalium vicaria . . 100
B. *Vocales impropriae (Scheva).*
§. 15. . . . . P. 103
III. *De Signis orthographicis.*
§. 16. 104
§. 17. Geminationis nota (Dagesch forte) Syris defuit 105
§. 18. Ruchoch et Kuschoi . . 108
§. 19. Marhetono et Mehagjono . 114
§. 20. Lineola occultans . . 115
§. 21. Linea diacritica . . . 116
§. 22. Ribui 117
§. 23. Signa distinctionis . . . 119

Cap. II.

Proprietates et mutationes litterarum, Syllabae atque Tonus.

§. 24. . . . . P. 121

I. *Consonantium mutationes.*

§. 25. Consonarum permutatio . P. 122
§. 26. Consonarum transpositio . 125
§. 27. Occultantur litterae . . 126
§. 28. Consonarum Aphaeresis, Contractio, Apocope . . . 129
§. 29. Consonarum Prosthesis, Epenthesis, Paragoge . . . 131
§. 30. Litterae gutturales . . 132
§. 31. Litterae quiescentes . . 133
§. 32. Litterae otiantur . . . 134
§. 33. Litterarum quiescentium mutatio 135

II. *Vocalium mutationes.*

§. 34. . . . . P. 142
§. 35. Vocales impurae . . . 142
§. 36. Reliquarum vocalium mutationes (Abiectio, Transpositio, Permutatio) 144
§. 37. Vocales adsumuntur . . 147

III. *Syllabae.*

§. 38. 148

IV. *Tonus eiusque mutatio.*

§. 39. 149

LIBER II.

De Orationis Partibus.

§. 40. Radices; grammatica Syriaci sermonis formatio in universum spectata . . . . . P. 151

CAP. I.

De Pronomine.

§. 41. Pronomen personale, separatum 154
§. 42. Pronomen suffixum, praecipue Suffixum verbi . . . 157
§. 43. Pronomen possessivum sive Suffixum Nominis . . . 158
§. 44. Suffixum particulis adiunctum 160
§. 45. Pronomina reliqua . . 161

CAP. II.

De Verbo.

§. 46. De Verbo in universum (Primitivo — Derivato) 164

A. *De Verbo primitivo.*

§. 47. 165

B. *De Verbis derivativis.*

§. 48. (Coniugationes) . . . 165

C. *De Flexione verbi in universum.*

§. 49. 167

I. *De Verbo perfecto.*

§. 50. 170
§. 51. Paradigma 170

A. *De Coniugatione Peal.*

§. 52. Forma et significatio coniugationis Peal 170
§. 53. Praeteritum eiusque flexio . 170
§. 54. Infinitivus 172
§. 55. Imperativus 173
§. 56. Futurum eiusque flexio . . . 174
§. 57. Participia 177

B. *De reliquis coniugationibus.*

§. 58. Ethpeel 178
§. 59. Paël et Ethpaal 180
§. 60. Afel et Ethtafal . . . 182
§. 61. Schafel et Eschtafal . . 184
§. 62. Coniugationes rarius usitatae 185
§. 63. Verba plurilittera . . . 187
§. 64. Verba gutturalia . . . 188
§. 65. Forma verbi suffixorum annexu mutata 189
§. 66. Praeteritum cum suffixis . 192
§. 67. Infinitivus et Imperativus cum suffixis 193

§. 68. Futurum cum suffixis . . P. 195
II. *De Verbo irregulari s. imperfecto.*
§. 69. De verbo imperfecto in universum 196
§. 70. Verba ܦܥ 197
§. 71. Verba ܥܕ 199
§. 72. Verba ܦܐ 204
§. 73. Verba ܨܦ 208
§. 74. Verba ܕܐ 212
§. 75. Verba ܚܙ 214
§. 76. Verba ܙܒ 219
§. 77. Verba ܐ̈ et ܟ̈ 220
§. 77.b. Verbi ܐ̈ formae cum suffixis coniunctae 228
§. 78. Verba dupliciter imperfecta . 230
§. 79. Verborum imperfectorum cognatio. Verba bilittera . . 231
§. 80. Verba defectiva. (Formae mixtae.) 231
§. 81. Paradigma praecipuas perfecti et imperfecti verbi formas exhibens 232

CAP. III.
De Nomine.

§. 82. De nomine in universum . 234
§. 83. Genus nominis 235
§. 84. Varia nominum origo . . 237
§. 85. Nomina primitiva 237
§. 86. Nomina verbalia in universum spectata . . . . . P. 238
§. 87. Derivata verbi regularis . 239
§. 88. Derivata verbi irregularis . 245
§. 89. Nomina, denominativa . . 250
§. 90. Nomina composita . . . 252
§. 91. Numerus nominum (Dualis et Pluralis) 252
§. 92. Status nominum (absolutus constructus, emphaticus) . . 258
§. 93. Nomen cum suffixis . . 259
§. 94. Nominum declinatio in universum spectata 261
§. 95. Nominum masculinorum declinat. 262
§. 96. Motio nominis 268
§. 97. Femininorum declinatio . 269
§. 98. Nomina anomala . . . 273
§. 99. Numeralia *a*) cardinalia . 275
§. 100. Numeralia *b*) ordinalia . 276

CAP. IV.
De Particulis.

§. 101. De particulis generatim . 278
§. 102. Adverbia 278
§. 103. Praepositiones . . . 279
§. 104. Coniunctiones 281
§. 105. Interiectiones 282
§. 106. Prosodia 282

LIBER III.
Syntaxis.

§. 107. De syntaxi in universum . P. 284

CAP. I.
Syntaxis Nominum.

§. 108. Nominibus abstractis et concretis quaenam intercedat ratio? Adiectivorum compensatio . 285
§. 109. Articuli significatio; usus status emphatici . . . . . P. 289
§. 110. De genere 291
§. 111. Numerus nominum . . 292
§. 112. Appositio et geminatio nominum 293
§. 113. Genitivus; status constructus 294
§. 114. Reliquorum casuum significatio 298

§. 115. Accusativus . . . . P. 299
§. 116. De comparatione adiectivorum 301
§. 117. Numeralia 304
§. 118. Substantivi et adiectivi coniunctio 306
§. 119. Casus absoluti . . . 309
§. 120. Periphrasis nominum compositorum Graecorum . . . 311

CAP. II.

Syntaxis Pronominum.

§. 121. Pronomina personalia *a*) separata 313
§. 122. Pronomina personalia *b*) suffixa 315
§. 123. Pleonasmus et ellipsis pronominum personalium . . 317
§. 124. Alia pronominibus personalibus peculiaria 321
§. 125. Pronomen relativum . . 324
§. 126. Pronomen demonstrativum et interrogativum 326
§. 127. Pronomina apud Syros peculiari forma destituta quomodo exprimantur 327

CAP. III.

Syntaxis Verborum.

§. 128. De verborum syntaxi in univers. 331
§. 129. Usus Praeteriti 332
§. 130. Usus Futuri 334
§. 131. Usus Imperfecti et Plusquamperfecti , ... 337
§. 132. Usus Imperativi 338
§. 133. Usus Infinitivi absoluti . 339
§. 134. Usus Infinitivi constructi . 341
§. 135. Usus Participii . . . 344
§. 136. Variorum modorum et temporum significatio . . . . P. 347
§. 137. Verbi cum nomine subiecti vicibus fungente coniunctio . 348
§. 138. Verbi personae 360
§. 139. Constructionis mutatio . 363
§. 140. Periphrasis verborum compositorum Graecorum . . . 364
§. 141. Verba cum Acc. constructa . 366
§. 142. Verba cum praepositionibus coniuncta 369
§. 143. Passiva eorumque structura . 373
§. 144. Verba Adverbiis indicandis inserviunt 375
§. 145. Constructio praegnans . 376
§. 146. Verbum substantivum . . 377

CAP. IV.

Syntaxis Particularum.

§. 147. Adverbia 379
§. 148. Praepositiones 381
§, 149. Coniunctiones 383
§. 150. Interiectiones 386

CAP. V.

De nonnullis sermonis Syriaci idiotismis.

§. 151. De Ellipsi 388
§. 152. Zeugma, Hendiadys et Antiphonesis 390
§. 153. Oratio indirecta et parenthesis 391
§. 154. Vocum collocatio a regula recedens 392
§. 155. De paronomasia et lusu verborum 393
Indices 394

PROLEGOMENA.

§. 1.

De lingua Aramaea.

Cfr. *Alberti Homoet encomium linguae Aramaeae* in illustri Medioburgensium Athenaeo, coram splendida auditorum celebritate praedicatum. Messopoli Zelandorum 1726. 4. *Aurivillius* de lingua *Aramaea* in diss. ab *I. D. Michaëli* collect. p. 104 — 121. et *I. G. Hasse praktisches Handbuch der Aramaeischen oder Syrisch-Chaldaeisch-Samaritanischen Sprachlehre.* Jena. 1791. 8. pag. 121—171.

1) Lingua ea, quae II Reg. XVIII, 26 et Dan. II, 4 Aramaea dicitur, Semiticae linguae nonnisi dialectus est, pariter ac fere omnes et recentiores et antiquiores linguae a regione nomen ducens, cui olim fuit propria, hoc est ab Aramaea. Quae quidem denominatio, iam Gen. X obvia, cum in bibliis tum ab aliis Orientis scriptoribus sensu latiori et strictiori usurpatur, ita ut primum permagnam Asiae anterioris partem nomine Assyriae, Mesopotamiae, Babyloniae, Syriae, Phoeniciae et Palaestinae apud nos satis notam complectatur, deinde vero praecipue in Codice sacro, eundem terrae tractum significet praeter Palaestinam et Phoeniciam. Huius vero regionis incolae se ipsos *Aramaeos*, suamque linguam *Aramaeam* nominarunt.

Annot. 1. Neque apud classicos scriptores nominis illius Aramaeorum omnia desunt vestigia. Itaque apud *Homerum* (Il. II, 783) et *Hesiodum* (Theog. 304) Ἄριμοι nominantur; vid. *Strabonis* Geogr. L. I, p. 112. ed. Siebenk. τοὺς ὑφ' ἡμῶν Σύρους καλουμένους ὑπ' αὐτῶν τῶν Σύρων Ἀρμενίους (quorum loco *Casaubonus* cum probabilitate coniecit Ἀρίμους) καὶ Ἀραμαίους καλεῖσθαι. cll. L. XI. pag. 473. XVI. p. 464. ed. Sieb. 784—85 ed. Casaub. λέγει δὲ καὶ

τοὺς Ἀρίμους ὁ ποιητὴς (Homerus) οὕς φησιν Ποσειδώνιος δέχεσθαι δεῖν, μὴ τόπου τινὰ τῆς Συρίας ἢ τῆς Κιλικίας, ἢ ἄλλης τινὸς γῆς · ἀλλὰ τὴν Συρίαν αὐτήν. Ἀριμαῖοι γὰρ οἱ ἐν αὐτῇ · τάχα δ'οἱ Ἕλληνες Ἀραμαίους ἐκάλουν ἢ Ἀρίμους. Quibus cfr., quae *Stephanus Byz.* s. v. Ἄριμα diserte tradit. *Bocharto* [1]) hoc nomen ab Hebraeis, quibus Syria dicitur Aram, videntur accepisse Graeci antiquissimi, quod tamen ab incolis Asiae anterioris potius repetendum, quibuscum maior Graecis intercedere solebat consuetudo.

Annot. 2. *Gloc. Ridleius* [2]) Aramaicae linguae nomine alio sensu, ac solent, utens intelligit eam huius linguae partem, quam *Chaldaicam dialectum* nominant. Melius vero utramque dialectum et Chaldaicam et Syram ita appellasset.

Annot. 3. Vera Aramaeorum patria (Amos IX, 7) קִיר, regio Assyriis subiecta, (Ies. XXII, 6) vocatur, ubi Damasceni exulabant (Amos I, 5. II. Reg. XVI, 9). Probabilis sane est *Michaëlis* sententia [3]), ex qua regio ad flumen Kûr, a Graecis Κύρος nominatum [4]), intelligitur. Reliquas hac de re opiniones recensuit Gesenius [5]).

2) Illud vero Aramaeae et Aramaeorum nomen a gente ipsa profectum et V. T. satis vulgare, exteris minus cognitum fuit, cum Graeci et Romani hunc terrae tractum Syriam eiusque incolas Syros appellarent. Sensu enim latiori regionem intelligebant ab Armeniae et Persidis montibus usque ad mare mediterraneum, atque a Ptolemaide usque ad ostium Pasitigridis sinumque Persicum; strictiori vero sensu regionem intra Euphratem et mare mediterraneum sitam Phoenicia et Palaestina aut adnumerata aut seiuncta. Strictissime denique, uti nos verbum sumimus, Syria complectitur eum terrae tractum, qui ab Amano et Tauro montibus, ab Euphrate flumine, ab Arabia deserta, Palaestina, Phoenicia marique mediterraneo includitur.

Annot. 1. Hoc vero Syriae nomen sane serioris est originis; vulgo a צֹר *Tyrus* derivatur, ab aliis ad tribum *Sorim*, *Hassorim* refertur. *Hassio* deinde auctore [6]) ab oppido *Sora*, *Soria*, nunc quidem antiquitate collapso, olim vero satis magno originem duxit et *Wahlio* denique [7]) ex antiqua voce persica *Sorehe* aut *Surâo* i. e. *incrementum*, *abundantia* profectum videtur, ita ut regio propter eximiam fertilitatem et incolarum copiam hoc titulo signata sit honorifico.

Annot. 2. Secundum librum *Bundehesch* praeter regiones nominatas etiam Cappadocia, Armenia utraque, Georgia Mediaeque pars Armeniae et Assyriae vicina, quae ab occidentali maris Caspici parte sita est, ad *Sur* pertinent [8]). Cum *Plinius* [9]) nonnunquam

---

1) Geogr. Sacr. L. II. c. 5. 6.

2) De Syriacarum N. F. versionum indole atque usu in Wetstenii libellis ad crisin N. T. ed. *Semler* p. 331. cll. p. 259.

3) Supplem. p. 2191. Spicilig. T. II. p. 121.

4) *Wahl* Altes und Neues Vorder- und Mittelasien p. 766.

5) Comment. in Ies. T. I, 688 ad c. XXII, 6.

6) Pract. Handbuch der Aram. Spr. p. 133.

7) Altes und Neues Vorder- und Mittelasien p. 301.

8) Vid. *Zendavesta* vers. Germ. ed. *Kleuker* T. III p. 77. 87. 94—95 cll. *Wahlio* in libr. laud. p. 302, qui singula hac de re dicta sagaciter illustrat.

9) H. N. V, 13 sq. ed. Bip.

singula oppida cum ad Arabiam tum ad Syriam pertinentia parum accurate distinxerit, nonnulli eum vel totam fere Arabiam ad Syriam retulisse falso sunt arbitrati.

Annot. 3. Romanis atque Graecis *Assyrii* et *Syri* pro uno eodemque habentur populo; quae igitur Syria appellatur regio, eadem et Assyriam complectitur [10]). Assyrii enim olim potentissimi, totam Syriam in suam potestatem redegerant, unde praesertim cum nomina utriusque terrae essent simillima, Assyria pro Syria sive Aramaea et Syria pro Assyria facillime dicebatur; at Plin. (H. N. III, 12) Syriae totius (sensu nempe latiori) Assyriam partem esse rectissime observavit.

Annot. 4. Arabes eorumque multis in rebus sectatores fidelissimi Persae et Turcae hanc regionem, quam Syriam sensu strictiori nominare solemus, adiuncta tamen Palaestina et Phoenicia, الشام *Schâm* nominant, quod a plurimis *terra sinistrorsum sita* optime explicari, ita ut opponatur terrae *Jemen* اليمن *terra dextrorsum* (Arabibus) *sita*, iam *Abulfeda* [11]) refert. Postea illa denominatio in Syria ipsa recepta fuit; cfr. Assem. Bibl. Or. T. III. P. II. p. 782.

3) Aramaea autem alio tempore aliam distributionem subiit; haud multum tamen linguae inde aut utilitatis aut damni exortum. Ab Aramaeis ipsis distributa est in duas partes, Aramaeam *orientalem* et *occidentalem*, unde et incolae in Aramaeos orientales et occidentales distinguuntur. Aramaea occidentalis complectitur Mesopotamiam et Syriam a nostratibus ita dictam; orientalis vero Babyloniam et Assyriam. Simili ratione lingua quoque totius gentis in duas dialectos primarias abiit, *orientalem et occidentalem*, quarum haec Syriaca, illa Chaldaea solet vocari. Neque tamen hae duae in hac terra ampla fuisse videntur solae, quamquam Aramaeorum omnia fere quae exstant litterarum monumenta, aut Chaldaice aut Syriace sunt conscripta. Verum enim vero quo tempore florebant illae, in diversas dialectos minores, uti fieri solet, abiisse dicuntur, sed qua ratione, inter se distulerint memoriae non traditum est.

Annot. 1. In S. S. nominatur אֲרַם נַהֲרַיִם i. e. Aram *inter duos fluvios* (Mesopotamia); אֲרַם צוֹבָה, צוֹבָא Syria *Zobaea*, quam Davides subegit, *Sophene* II Sam. X, 6.; אֲרַם דַּמֶּשֶׂק Syria *Damascena* II Sam. VIII, 5. I Chron. XVIII, 5. חֲמָת Gen. X, 18. Num. XIII, 21.; גְּשׁוּר II Sam. III, 3. XIII, 57. חֶלְבּוֹן Aleppo Ezech. XLVII, 18. אֲרַם בֵּית רְחוֹב II Sam. X, 16. אֲרַם מַעֲכָה 1 Chron. XIX, 6., Syria *ad Rechob et Maacha* sita; טוֹב Iud. XI, 13. II Sam. X, 6. אַרְפַּד II Reg. XVIII, 34. cet.; פַּדַּן אֲרָם *Syria plana* Gen. XXVIII, 2. et תַּדְמֹר *Palmyra*.

---

10) Herod. VII, 63. Horat. Od. II, 11, 16 et III, 4, 32 cll. interpret. illorum loc. — Iustini Hist. I. c. 2. Ammian. Marcell. XXIII, 6. Strabo in Geogr. L. XVI. ab initio Semiramin et Ninum Syros, ac Niniven Syriae metropolin nominat; cfr. Diodor. Sicul. II, 13. XIX, 23 ed. Wess. Lucianus De Dea Syra §. 1. T. IX. p. 86 ed. Bip., cum Syrus esset, se Ἀσσύριον appellat. Cfr. etiam *Ioan. Seldenum* de Diis Syris synt. II. p. 4 sq. Lips. 1662.

11) Tabula Syriae ab init.

Annot. 2. Nomen *chaldaicae linguae* parum aptum est; melius dialectus Babylonica aut dialectus Aramaeorum orientalis diceretur. Est enim extra omnem fere dubitationem positum, Chaldaeos non ad Aramaeos, sed potius ad gentem *Medopersicam* pertinuisse, quippe qui ab initio Babyloniis subiecti libertate post recuperata diu in Aramaea regnavere. Ies. XXIII, 13.[12]) Quam rem nominum propriorum cum forma tum etymum mirifice confirmat.[13]) In nonnullis quidem S. S. locis (Ezech. XI, 24. Dan. V, 30) Babyloniis Chaldaeorum nomen inditur, quod tamen, dum Chaldaei inde a Nabonassare Babylone regnarent, factum esse rectius existimaveris.

Annot. 3. Chaldaeae vero linguae (nomen receptum nos quoque retinebimus) partem aiunt nonnulli[14]) dialectum *Assyriam*, praeter quaedam regum nomina prorsus perditam et Assyriorum vernaculam Semiticae linguae affinem; qua in re provocant quidem ad II Reg. XVIII, 26., ubi Iudaei *Rabsaken* Assyrium rogant ut Aramaice loquatur; deinde ad nomen *scripturae Assyriae* pro *quadrata Chaldaica scriptura* atque ad crebram apud Graecos et Romanos Syriae et Assyriae commutationem; sed iam *Gesenius*[15]) feliciter eos refutavit, vocesque, quae exstant, Assyrias Persicae linguae vindicavit *Lorsbachius*.[16]). Vere autem chaldaicam dialectum habeas eam, quam *Babylonicam* nominant; vestigia vero illius antiqua, serioribus tantum litterarum monumentis servatis, omnino desunt. Quae enim in aliquot Danielis et Esrae capitibus conspicitur lingua Chaldaea, parum mera est ac pura, sed multis depravata formis Hebraeis. Etenim Iudaei, ex quo in exilio versati essent, Chaldaicae linguae assueti, quod in linguis tam affinibus tanto temporis intervallo facillime fieri poterat, in patriam eam secum referre et retinere non sunt cunctati. Quam quidem Palaestinensium linguam cur *Syrochaldaicam* nominari voluerint viri docti, me ignorare lubenter profiteor. Etenim aut dialectum hoc nomine intellexerunt ab aliis Chaldaicam vel Aramaeam appellatam[17]), aut Chaldaeam dialectum arctiore Palaestinensium cum Syris consuetudine multa ex Syriaca sensim sensimque recepisse statuerunt.[18]) Sed utrumque aeque reprehendendum, cum illam qui amplectuntur sententiam, sine ulla ratione novum excudant nomen, hanc vero qui sequuntur, argumentis omnino destituantur.[19]) Qua in re

---

12) Cfr. *Gesenius* ad h. l. in Commentar. T. I. p. 744 sq. In notissima *Michaëlis* (Spicileg. geogr. Hebr. exterae P. II. p. 77—103, Orient. bibl. XVII, 264. Supplemm. ad lex. Hebr. p. 1367.) et *Schloezeri* (*Eichhorn.* Repertor. VIII, 113 sq.) sententia hoc tantum falsum, quod Chaldaei sedibus relictis Assyriam ingressi putentur; etenim secundum Iesaiam ab Assyriis victi potius videntur et in aliam regionem missi, quo facilius in servitute retinerentur. (Cfr. *Adelungi* Mithridat. I. p. 314 sq. praecipue *Gesenii* Comment. ad Ies. XXIII.

13) *Lorsbachii* Archiv II p. 246 sq.

14) *Löscher* de caussis ling. hebr. p. 41. *Simonis* Onomast. V. T. p. 567. *Adelungi* Mithridat. I. p. 330 *Heeren* Comment. de linguis imperii persici in Commentatt. Soc. Gott. VIII. §. 15. *Eichhornii* Gesch. der neuern Sprachenkunde T. I. p. 417.

15) Gesch. der hebr. Spr. und Schrift p. 62 sq. cll. Comment. ad Ies. XXXVI, 11.

16) Archiv II. p. 246.

17) Quam sententiam praeivisse videtur *Hieronymus*, dicens *Evangelium Hebraeorum chaldaico syroque sermone*, sed hebraeis litteris scriptum fuisse Lib. III. c. 1. adv. Pelag.

18) Cui hanc opinionem debeat *Mithridatis* concinnator T. I. p. 370—71, praeter consuetudinem omisit.

19) Utriusque orationis discrimen, si quid hoc modo proficere volebant, accuratius iis erat explicandum; at, obsecro, quaenam est scribendi norma Syrochaldaica? Nam quas in N. T. reperis

nobiscum consentire videtur *H. Fr. Pfannkuche*, linguae Palaestinensis sagax indagator [20]). Simile vitium, quod in distinguenda Babylonica et Palaestinensi Chaldaismi dialectis committitur, *G. B. Winerus* optime perstrinxit [21]), veterem Babyloniorum linguam a chaldaica, quam nunc dicimus, nihil diversam fuisse recte existimans.

De Syriacae linguae dialectis vid. §. 2, 4.

Annot. 4. *Amira* grammaticam suam praestantissimam inscripsit *Syriacam sive Chaldaicam grammaticam*, ita ut utramque dialectum pro una eademque habuisse posset videri; qua re non praetermittenda quae ipse hac de re in praefatione monuit: „cum nos de lingua Chaldaica loquimur, non intelligimus linguam illam, qua Paraphrasis, quae dicitur Chaldaica, scripta est, sed quae suum habet principatum in Oriente, in quo suam quoque habuit originem.“ De lingua Syriaca, proprie sic dicta, loquitur, quae ex eius sententia etiam *Assyriaca*, *Babylonia*, *Aramaea*, *Hebraica* vel *Christiana* nominari possit, cum gentibus illius nominis, diverso tamen tempore, nota fuisset atque ab iis usurpata; itaque grammatica eius nonnisi Syriacam dialectum respicit, sive, quod idem ei videtur, *Chaldaicam*, quam vocat, *reformatam*.

4) Praeter ea, quibus omnis Semitarum lingua ab aliis linguis differt *) Aramaeae dialecto multa insunt, a cognatis dialectis aliena. Aramaei enim nominibus a posteriore parte articulum affigunt (in Syriac. scilicet ܐ in Chaldaic. ܐ), quo (*stat. emphatic.*), cum perraro atque in paucis tantum nominibus praetermitti possit, (§. 92.) saepissime utuntur, ita ut semper fere in Syriacis nominibus vocalis *o*, in Chald. vocalis *a*, audiatur totusque sermo careat grata soni varii suavitate. Huic parvo vocalium numero haecce addas dialecti discrimina: coniugationem *Schaphel* (§. 48 et 61.), genitivum per Dolath significatum (§. 112.), creberrimum usum structurae participialis (§. 140.), sibilantium evitationem (§. 25. 4. a.) singularitatem cum in vocibus flectendis tum collocandis obviam, alia. Quatenus ex litterarum monumentis perspicimus, haec lingua ad πλατυστόμους semiticae linguae dialectos pertinuit; inter omnes affines simplicissima fuit, propter inopiam vero vocalium durius sonans.

Annot. 1. An vero, quod *Wahlius* arbitratur [22]) et *Gaabius* [23]) ex accuratiore Aramaeae

---

voces Semiticas, optime ad Chaldaeam potes referre dialectum; in Gemara vero, quam contendunt Hierosolymis esse compositam, non plures quam in Babylonica formas mere Syriacas deprehendimus. Itaque cum Chaldaeae et Syrae dialectis quid intercedit discriminis, subtilissimum sit (§. 2, 3.), temere inventum esse Syrochaldaicae dialecti nomen non immerito opinamur.

20) Ueber die Palaestinensische Landessprache in dem Zeitalter Christi und der Apostel in Eichhornii Allgem. Biblioth. der bibl. Literatur. VIII, p. 469.

21) De Onkeloso eiusque paraphrasi Chaldaica p. 8. sq.

*) Vid. *Gesen.* hebr. Gramm. §. 1.

22) Morgenlaend. Sprachgeschichte p. 534 et p. 574 sq.

23) Hermeneutik des A. T. I. p. 252—53.

dialecti pervestigatione colligi ait, in illis regionibus olim puriori lingua, unde Hebraica et Arabica dialectus prodiit, Semitae usi sint, ita ut purior πλατυστόμοις demum cesserit dialectis; deinde quo tempore haec sit exorta, cum omnia historiae testimonia desiderentur, difficile est dictu. Videtur tamen Aramaica propius, quam reliquae dialecti cognatae accessisse ad simplicem Semitarum linguam, qualis ab initio fuit; ita ut maximae sit probabilitatis, Arabicam, maxime excultam Semiticae linguae dialectum, post Arabum migrationem demum in Arabiae peninsulam pedetentim suam sibi comparasse praestantiam et culturam. Aramaei vero cum in sedibus suis manerent, neque regionis neque coeli diversitate impellebantur, ut vernaculam a maioribus acceptam admodum mutarent. Itaque hanc linguam, quam ipsa Semitarum patria retinuit, ad Semiticam linguam, uti ab origine fuit, magis accessisse, quam reliquas dialectos, haud temere statueris. Quod vero inter hanc et Arabicam intercedit diversitatis, antiquioribus sane temporibus minoris erat momenti; quod iam inde videre licet, quod dialectus *Himiaritica* Syriacae, ergo et toti linguae Aramaicae, multo similior fuit, quam Arabica lingua postea exculta. Probant idem illius temporis reliquiae, quo dialecti nondum erant separatae; namque quae poetico Hebraeorum generi dicendi propria, vulgarique sermoni temporis decursu erepta, Syrorum vulgo sunt usitatissima.[24]) Quae res vix potuisset evenire, nisi Aramaea dialectus, priori Semitarum linguae simillima mansisset.

Annot. 2. Multae Asiae gentes in negotiis et in consuetudine Aramaica utebantur lingua, quod ex iis, quae Diodorus Siculus (lib. XIX, c. 23) narrat, luculenter apparet. Neque principes Assyriae illam, quamquam aliam haberent vernaculam, omnino ignorabant (3. Annot. 3.); quid? quod *Persae* quae edicta provinciis Asiae prioris destinabant, Aramaice conscripserunt (Esr. IV, 7.). Idem probat magna vis, quam Aramaica lingua in medico-persicam linguam, Assyriorum vernaculam, habuit, quippe quae permultas voces Aramaeas e. g. dialecto *Pehlevicae* obtrusit.[25]) Ita omnino antiquioribus temporibus haec lingua erat exculta, ut non solum vitae quotidianae satisfaceret, sed etiam in litteris et libris conscribendis usurparetur; II Reg. V, 5. cfr. Dan. V, 3. Si vero Maronitae, inter quos etiam *Amira* (indroduct. ad grammatic.), Syriacam omnium linguarum antiquissimam opinantur, multa sane argumenta huic obstant sententiae, quamquam Amira eos, qui Hebraicam primaevam statuunt, feliciter impugnavit. Quod viris illis minus opprobrio vertamus, cum vix nationem inveneris, quae non suam linguam primam omnium exstitisse censuerit figmentisque variis hoc comprobare operam dederit inanem.

5) Aramaicae autem dialecti, cuius genitricem Aramaeam ipsam invenimus, origo sive ipsius a reliquis dialectis separatio antiquissimis tribuenda videtur temporibus*). Vera enim linguae antiquitas ab ea distinguenda, quae litterarum monumentis perspicitur. Etenim lingua ipsa multos culturae stationes permeare

---

24) *Gesenii* Gesch. der hebr. Spr. p. 22.

25) Zendavestae T. III. p. 168 sq. *germ. vers.* cfr. *Petri a Bohlen* Symbolas ad interpretationem S. Codicis ex lingua Persica p. 10 sq., qui e glossario Pehlevico apud *Anquetilium* secundo permulta diligenter collegit vocabula aramaeae indolis.

*) Cfr. *Barhebraeus* in Chron. Syriac. p. 9.

potuit, antequam ad libros conscribendos adhiberetur; fortasse quoque antiquiora scripta exstiterunt, nunc quidem deperdita. Haec ignoramus atque sane de prisca linguae ratione nonnisi perpauca eaque quidem coniectura sola possumus consequi. Quorum certiora haec habeto. Olim Aramaea lingua cum cognatis plane coniuncta dialectis peculiarem Semitarum linguam constituebat, unde postea singulae sensim promanarunt; quae res simili facta est ratione atque antiquior Graecorum lingua, qualis in Homeri carminibus deprehenditur, sequenti tempore peperit varias dialectos. Quam legem communis Semiticae linguae formatio sequitur, omnes fere radices tribus constituendi litteris et duabus syllabis, eam ne Aramaeorum quidem abrogavit sermo; sed, quod de reliquis quoque valet dialectis, eam non ab initio videtur esse secutus, immo eius radices primum fuisse verisimillimum est monosyllabas, temporis autem decursu post in duas abiisse syllabas.

Annot. 1. Simplicissimae atque antiquissimae vocum etiam nunc statu emphatico abiecto monosyllabae sunt, uti أَبْ pater, أُمْ mater cet. In permultis Syrorum aeque ac Hebraeorum verbis duae tantum consonae vere constituunt radicem, quibus significatio annectitur, tertia vero fortuita, neque necessaria, itaque serioris originis est. Unde fit, ut multa verba ″כה et ″פא; ″גל et ″כה aut ″פא eodem ponantur significatu. Radicum vero productionem serioris aevi opus esse, docet Hebraicae linguae cum Aramaea et Arabica comparatio; his enim permulta sunt quadrilittera, immo etiam quinquilittera, in antiquioribus vero Hebraeorum libris haec raro tantum reperiuntur.

Annot. 2. In pluribus linguis multae inveniuntur voces onomatopoëticae, in Aramaea autem fere nullae, nisi aliquot monosyllabae, quae ratio antiquitus radices fuisse monosyllabas optime docet.

6) Quod attinet ad vocum et flexionum copiam, haec dialectus non solum Arabicae, inter omnes multo ditissimae, postponenda, sed etiam Hebraicae, cum externa in linguam recepta ipsi tribui non debeant. Quae quamvis ita se habeant, minime tamen haec lingua egena potest nominari; quid? quod Syriaca praecipue dialectus diversissimis libris conscribendis valde exculta est (§. 2, 1. 2.).

7) Ad Aramaeorum linguam pertinet etiam *Samaritana* dialectus, quae tum mixta est ex Hebraea et Chaldaea, tum alias voces formasque continet Cuthaeas vulgo nominatas. Originem debuit Samaritanis h. e. Babyloniorum colonis, cum humiliore Ephraëmitarum plebe exilii tempore in Palaestina relicta in unum populum coniunctis, atque de multorum sententia Chaldaei sermonis filia melius tamen, praesertim cum praeter proprium scribendi characterem etiam varia utatur singularitate, huius soror uterina putatur. Egestas

vero huius linguae cum in vocibus ipsis tum in earum formis satis conspicua ab singulari gentis, cui vernacula fuit, origine adversaque fortuna recte repetitur. Librorum vero et manuscriptorum et editorum, in quibus de doctrina sacrisque Samaritanorum a domesticis huius gentis scriptoribus agitur, indicem pleniorem, quam olim pertexere potuit *P. I. Brunsius*, [a]) nuperrime *Gesenius* evulgavit [b]).

8) *Zabiorum* denique lingua ad Syriacam falso referri solet, cum potius, quod a nonnullis viris doctis recte statuitur, Aramaei sermonis sit dialectus; unde *Norbergus*, falsae illius opinionis auctor, librum hac lingua conscriptum Syriacis litteris imprimi curavit, [c]) qui pariter atque alia huius gentis scripta [d]) in bibliothecarum latebris scatentia, Zabiorum opiniones de Deo rebusque divinis continet. Differt autem hic sermo non solum scribendi genere figuraque litterarum ab reliquis Aramaeae linguae dialectis sed etiam singularibus vocum formis et flexionibus adeo, ut haud immerito a *Lorsbachio jargon* nominaretur. [e]) Docuerunt tamen eiusdem Viri docti praestantissima pericula quasdam horum librorum particulas explicandi, [f]) accuratiorem huius sermonis rudis investigationem non inter ea numerari debere, quae nemo queat attingere.

Annot. *Norbergus* in *libro Adami* rudiores dialecti formas saepius cum vulgaribus Syrorum commutasse videtur, ita ut vera linguae indoles haud raro aboleretur. Quae cum ita essent ad grammaticam accuratius investigandam nos accinximus, Codice Zabiorum inter Cod. mscr. biblioth. Vimariensis servato [26]) et apographis olim Lorsbachianis, nunc Gottingensibus utentes. Exhibebit qualescunque observationes nostras *Rudimentorum Orientalium* una cum *Gesenio* edendorum P. I., *aramaeas* dialectos continens. Si vero hic illic quaedam ad Syriacas formas explicandas apta visa fuerint, huic grammaticae in annotationibus inserere non dubitavimus.

---

a) Ueber die Samariter in Staeudlins Beytraegen zur Philosophie und Geschichte der Religion und Sittenlehre T. I. p. 79. 80.

b) Commentat. de Samaritanorum theologia ex fontibus ineditis p. 7—12.

c) *Codex Nasaraeus*, *liber Adami* appellatus, Syriace transscriptus, loco vocalium, ubi vicem litterarum gutturalium praestiterint, his substitutis latineque redditus. Hafniae. T. I—III. Hunc librum exceperunt *eiusdem* auctoris cum *Lexidion* Codicis Nasaraei cui liber Adami nomen, tum *Onomasticon* Codicis Nasaraei cui liber Adami nomen (Lond. Goth. 1821. 4.).

d) Cfr. *Th. Ch. Tychsen* über die Religionsschriften der Sabier oder Johanneschristen in Staeudlin's Beytraegen zur Phil. und Gesch. der Relig. cet. II, p. 298 sq. III. p. 12 sq. T. V. p. 237 sq.

e) Neue Beytraege zur Kenntniss und Erlaeuterung der heiligen Bücher der Zabier oder St. Johannisjünger im Museum für biblische und orient. Litteratur von *Arnoldi*, *Lorsbach* und *Hartmann* 1 Bd. 1 St. p. IV.

f) Cfr. Neue Beytraege cet., et alia specimina in Staeudlin's Beytraegen zur Phil. und Gesch. der Relig. T. V. p. 3 sq.

26) Vid. sis quae de hoc Cod. monuimus in *Observationum in Difficiliora V. T. loca* P. I. p. 29 not. 108.

§. 2.

De lingua Syriaca.

Conferas *Briani Waltoni* diss. *de lingua Syriaca* et *Scripturae versionibus Syriacis* in *Prolegomenis ad Biblia Polyglotta Londinens.* N. 13. atque in *Apparatu Biblico.* Turici 1673. fol. — *Gust. Sommelii* dissertatio *de lingua Syriaca.* Lond. 1751. 4. — *Glocest. Ridley de Syriaçarum novi foederis versionum indole atque usu* (Sect. III. de lingua Syriaca eiusque dialectis) Lond. 1761. 4. — *J. D. Michaëlis Abhandlung von der Syrischen Sprache* mit einer Chrestomathie. Gotting. 1772. ed. 2. 1786. 8. — *G. W. Meyer Hermeneutik des A. Test.* T. I. p. 253 sq. Praeterea *Amirae* Prolegomena ad Grammat. Syriacam et aliquot praefationes ad editiones Syriacae N. Test. versionis quaedam continent non omnino spernenda.

1) Lingua Syriaca, quam solam in sequentibus spectamus, olim in tota Aramaea septentrionali a Palaestina usque ad Natoliam et a mari mediterraneo usque ad Euphratem, vel etiam ultra usitata fuit. Inter omnes vero Aramaeae linguae partes haecce praecipue memorabilis, cum in omnibus fere disciplinis excolendis ac propagandis versetur, librisque abundet feliciter compositis. Historiam inprimis cum regnorum Asiaticorum tum ecclesiae per plura saecula, siquidem ex certis fontibus haurire velis, ex Syrorum libris desumas necesse est; deinde totius fere Orientis cognitio, praecipue qualis fuit medio et antiquo aevo, his litterarum monumentis, etiamsi vix Christi tempora attingant, mirifice adiuvatur. Quicunque igitur accurata doctrina diligenteque rerum gestarum narratione delectatur, praecipue vero theologus Syriacas litteras non potest non magni aestimare. [a])

Conferas, quae hac de re exposuimus in *historia Syrorum litteraria* quae inscribitur: *Kurze Geschichte der Syrischen Litteratur* in diario theologico a *Bertholdtio* edito T. XIV. p. 225 — 291.

Annot. 1. Quum apud Syros et antiquos Babylonios omnis culturae fere origo sit quaerenda, qua in re omnes veteres consentiunt, iam ante illud tempus, quod litterarum monumenta reliquit, libros hac lingua esse conscriptos, gentis vero infortunio deperditos, valde probabile videtur. *Plinius* [1]) enim litteras apud Syros (i. e. Babylonios veteres, Aramaeos) ait esse repertas; quod quidem dictum veteres quoque humani generis culturam ex illis terris repetiisse probat, gentique Semiticae, cuius pars Syrorum nomine nota sedes retinuit patrias, tribuisse litterarum inventionem. Aramaea dein lingua, ad quam Syriaca dialectus inprimis pertinebat, Iudaeis exulibus, optime fuit exculta, neque solum toti Aramaeorum patriae vernacula mansit, sed etiam ab Iudaeis cum Hebraea commutata atque in Palaestinam reducta, vel in libris scribendis usurpata est. Ergo et Syriaca iam tunc fortasse floruit (N. 5.).

---

a) Cfr. *Hartm. Guil. Hueffierus* progr. invitat. ad meletema Syricum. Leucopetrae. 1682. 4. *I. H. Lysius* dissert. de usu linguae Syriacae. Regiomont. 1726. 4.; qui eam solam respicit utilitatem, quam huius linguae cognitio theologis pollicetur. *Alberti Homoet* encomium linguae Aramaeae. Messopoli Zelandorum 1726. 4. et *Andr. Svanborg* de usu dialecti Syriacae in illustrando Hebraismo. Ups. 1795—6. P. I—II., inprimis p. 3. sq.

1) H. N. VIII, 56 ed. Bip.

Annot. 2. Antiquissimum suae linguae monumentum Syri ipsi litteras, quas *Abgarus* rex ad Christum misisse dicitur, huiusque responsum esse contendunt; vel *Assemanius* [2]) priores harum litterarum genuinas arbitratur. Neque desunt, qui Evangelium Ioannis *Syriace*, Matthaei vero et epistolam ad Hebraeos *Hebraice* [3]) i. e. ex usu loquendi tunc vulgari dialecto Chaldaea a Iudaeis tunc usurpatâ conscriptam narrent [4]). Quae quidem omnia maxime dubia censemus [5]); Syriaca potius N. T. versio primum est litterarum monumentum, quod ex antiquitate ad nos pervenit; quae, quo minus ad secundum referatur saeculum, nil obstat [6]); Syri eam ab Apostolis, vel saltem a S. Adaeo Apostolo factam putant [7]).

Annot. 3. Omnium, qui in S. S. commentati sunt, maxime excelluit *Ephraemus* (saec 4.), a Syris *mundi magister* vocatus, et a Graecis, Latinis, Coptis atque Armenis maximis celebratus laudibus [8]); *Theodorus* vero *Mopsuestenus* (saec. 5.), qui tam alienus erat ab opinionibus praeiudicatis, ut Canticum Cantic. aesthetice explicaret [9]), exemplo fuit, quod interpretum Syriacorum plurimi sequendum et sibi proponebant et proponere cogebantur.

2) Linguam suam Syri ditissimam et praestantissimam censebant, ita ut Arabicae linguae, multo locupletiori et excultiori, eam non solum aequiparare, sed etiam anteferre conarentur. Qua in re sane falsi erant, etsi linguam non esse egenam, et grammatica et lexicon docent; [a]) in verborum tamen numero definiendo non licet praetermittere, in lexicis nostris multa desiderari, ex libris sero in lucem proditis, e. g. *Barhebraei* Chronico, eruenda, et multos Codices in bibliothecis, praesertim Vaticana, servatos verborum copiae permultum, fortasse et grammaticae aliquid promittere emendationis, explanationis atque locupletationis.

Annot. 1. *Ex Arabum gente*, inquit *Ebediesus*, Syrorum elegantissimus post *Ephraemum* scriptor († 1318) [10]), *quidam Syriacam linguam quasi minus copiosam, incultam et rudem imperite stulteque vituperant; — — hinc nata occasio est mihi, — — adversus illorum praeposterum factum insurgendi — — et antiquo sermoni nostro victoriam vindicandi* cet. [11]) Qui quidem conatus quanquam iudicium suspectum reddit, praecipue si ea, quae *Assemanius* de illo viro narrat, respicis: tamen ex hoc temerario certamine

2) Bibl. Orient. T. I. pag. 554. cfr. *Cave* histor. litterar. T. I. p. 2.

3) Cfr. et *Irenaeus* adversus haeres. III, 1.

4) *Amirae* praef. ad Grammat. suam.

5) Cfr. quae exposuimus hac de re in *hist. Syrorum litterar.* in Bertholdtii *krit. Iourn. der neuest. theol. Lit.* T. XIV. p. 234.

6) L. l. pag. 235. sq.

7) *Assem.* Bibl. Or. T. III. p. I. pag. 61. coll. *Ridleio* de Syriacarum N. Foederis versionum indole atque usu in *Ioh. Iac. Wetstenii* libellis ad crisin N. T. ed. Semler. Halae 1766. pag. 276. sq.

8) Vid. *Kurze Geschichte der syr. Litterat.* in theol. *Bertholdtii* diario T. XIV. p. 258. sq. coll. *Bertholdtii* Comment. in Daniel. pag. 156. sq. et *Gesenii* Comment. in Iesaiam I. pag. 116.

9) De magna eius apud Nestorianos auctoritate vid. *kurze Geschichte der syr. Litt.* l. l. pag. 265. 273.

a) *Bertholdtius* in Commentar. in Daniel. pag. 156. sq.

10) Cfr. quae hunc in finem attulimus in *hist. Syrorum litter.* l. l. p. 271 sq.

11) Vid. *Assem.* Bibl. Orient. T. III. P. I. pag. 326—27.

pro vernaculae praestantia colligere licet, hanc tunc temporis minime pauperem, sed satis excultam multisque libris ipsa scriptis valde praestantem certe ex Syrorum sententia esse visam.

Annot. 2. Syriacarum vocum copiam recte diiudicaturo *vere Syriacae* probe distinguendae sunt ab iis, quae ex aliis linguis, praesertim non cognatis, ut Persica et Graeca, receptae sunt. Radices autem Syris, quantum propter mancam lexicorum conditionem intelligi potest, circiter *mille* esse putamus. Copia vocabulorum prae ceteris in vocibus insignis est religionem, praesertim dogmata et ritus spectantibus.

Annot. 3. Quorundam deinde verborum, uti *adiectivorum*, paucitas minus offendit, cum sermo Syriacus pariter ac omnes Semitarum linguae, propter certas proprietates iis carere possit sine ullo integritatis et concinnitatis detrimento. Haud parvum enim verborum compositorum et derivatorum numerum *coniugationibus*, quae dicuntur, compensat; verbis deinde utitur qualitatem designantibus, participiisque verborum, ubi adiectiva et verbum substantivum recentiores linguae ponere solent. Syris praeterea plura sunt adiectiva, quam Hebraeis (§ 108. 109.), quod de *abstractis* quoque nominibus valet. Hoc autem inde factum est, quod theologiam et philosophiam scienter et docte colerent; graecos enim philosophos, inprimis *Aristotelem* quum vertunt, notiones simplicissimas et maxime abstractas accurate reddere solent, linguae ingenio nullam vim inferentes. Cuius rei luculentum in *Barhebr.* Chron. Syr. ed. Bruns. pag. 231. coll. Arist. Top. I, cap. 4. invenitur exemplum. Mirandum sane, quam bene in omnibus fere doctrinae generibus placita sua eloqui potuerint, quam feliciter subtilitates adeo theologicas, mathematicas et philosophicas expresserint. — Abundat denique haec lingua *particulis*, quibus Hebraea eget; quanquam multas earum a Graecis mutuata est: iam tamen in simplici N. T. versione civitate donatas suscepit. Neque vero hoc ita velis interpretari, ac si huic sermoni simplex illa Hebraeis consueta periodos connectendi ratio desit omnino.

Annot. 4. Linguae *ubertas*, *si grammaticam spectas*, cernitur permultis derivatis, quae quarundam litterarum accessu ad litteras radicales [12]) harumque vocalibus mutatis oriuntur et certa firmaque lege adstringuntur (§. 84—89.). Deinde e verbo nomina formantur tam varia, quam vix in aliis linguis mediocriter divitibus reperiantur. Qui modus apud nos in plurimis vocibus formandis vulgaris est, *compositionem* intelligo, Syriacae linguae non omnino eximitur, saltem minus, quam Hebraicae (§. 90.).

3) Fuerunt, qui Syriacam et Chaldaeam linguam non *duas dialectos* Aramaicae linguae, sed potius *eandem* fere dicerent, litterarum tantum signis, pronunciatione et sono diversam. Hisce et *I. D. Michaëlis* [a]) et *Iahnius* [b]) adnumerandi. Quanquam autem arctissimam utriusque dialecti cognationem, plurimarum formarum concentum, similemque earundem radicum significationem non potes non concedere, accuratiori tamen comparatione instituta diversitates facile plures reperies. *Tertia* enim Futuri pers. in Syriacis praeformativo *Nun*, in Chaldaicis

12) De litteris *radicalibus* et *servilibus* cfr. §. 40. Annot.

a) Abhandlung von der syr. Spr. §. 2. praecipue pag. 11.

b) Aramaeische Sprachlehre §. 1.

littera *Iod* formatur; status emphaticus pluralis numeri aliaeque flexiones c) a Syris aliter formantur. Huc pertinet et peculiaris constructio verbi substantivi ∆.l et ∞ persaepe redundantis (§. 148.) aliaque syntaxin spectantia, quae a Chaldaeis non ita usurpantur; amant v. c. Syri 3. pers. in verbo affixoque huic respondente etiam post allocutionem in pers. secunda. Quae *Assemanius* d) utriusque dialecti refert discrimina, idem *Michaëlis* seriori tempori tribuenda censet; cum vero in Syriacis libris vere deprehendantur neque, lingua mortua, aliunde, atque ex illis litterarum monumentis possint diiudicari, diversitatem istam abiicere haud licet.

Annot. 1. *Michaëlis* ipse (l. l.) sibi non satis constat; si vero (pag. 8.) ait: „*Ich will hiermit nicht sagen, dafs zwischen dem Chaldaeischen und Syrischen gar kein Unterschied in den Consonanten gewesen sey; allein er hatte keinen sonderlichen Einfluſs in die Aussprache und war meistens orthographisch, oder die Exception des einen Dialekts war die Regel des andern*," minus caute, quae voluit, elocutus est. Hoc enim argumentum si valeret, omnes cuiusque linguae dialecti, in quibus eadem res propter illarum cognationem locum habet, non differre essent dicendae.

Aurivillius de lingua Aramaea in collectione dissertationum, Gottingae et Lipsiae 1790. ed. a *I. D. Michaëli* pag. 104—122., discrimen, quod intercedit inter cognatas Aramaeae linguae dialectos, diligenter et copiose exposuit.

Annot. 2. Ex iis, quae in hac et praecedente §§. dicta sunt, magnum esse errorem luculenter apparet, si quis putaverit, linguam omnium populorum Syriam proprie dictam, Mesopotamiam et Chaldaeam habitantium a fonte Hebraeo esse deductam, Chaldaeae vero fluviis auctam fieri demum Syriacam [13]), aut Syrorum linguam ex Hebraea et Chaldaea esse conflatam [14]). Similiter reprehendenda est nonnullorum, ut *Waseri* (l. l.), sententia, Iudaeos Cyri, Persarum regis, tempore ad patrias sedes reversos Syriacae linguae sensim, Chaldaeoque sermone nonnihil immutato dedisse originem.

4) Cum Syria, quod docent historiae testimonia (§. 1. 3. Annot. 1.), ab antiquis temporibus in varias provincias maiores et minores distribueretur eiusque principes nunc hanc urbem habitarent, nunc illam, maximae est probabilitatis, Syriacae linguae fuisse *dialectos*, quarum haec vel illa magis coleretur et in aula usurparetur. Quam quidem opinionem confirmant, quae ad nos pervenerunt antiquitatis vestigia. Accuratius quidem novimus solam Syriae sensu strictissimo dictae, sive *Comagenae* vel *Antiochiae* dialectum. Minus nota est *Palmyrena* dialectus fortasse in libris componendis rarius adhibita, monumentis tamen pau-

---

c) Vid. *Michaëlem* l. l. §. 3. pag. 15.

d) Bibl. Orient. T. III. P. 2. pag. 379.

13) *Ridleius* de Syriacarum N. Foederis versionum indole atque usu in *Wetstenii* lib. ad cris. N. T. pert. pag. 259.

14) *Caspar Waserus* in praefat. ad grammat. Syr. ed. 2. Leid. 1619. pag. 6.

cis iisque exiguis conspicua. Seriori tempori tribuendus est *Maronitarum sermo* pluribus in rebus ab antiquo Syriaco differens, *Nestorianorum* quoque *lingua* haud minori insignis singularitate [a]). Pertinet denique huc et dialectus inculta et inconcinna, Chaldaicae fere similior quam Syriacae multisque vocabulis exoticis, apud Syros vix usu receptis verbisque obscuris referta, quam *Adlero* auctore *Hierosolymitanam* nominare solenne est.

Annot. 1. Dialecto *Antiochena* sive *Comagena* dicta, inprimis incolis Antiochiae et Coelesyriae usitata, Syri occidentales, libros si componebant, uti solebant; eaque prioribus dialectis post omnino antiquatis a Syris sacra pronuntiantur et eruditorum codices exarantur.

Annot. 2. *Palmyrenam* dialectum aliquot inscriptiones, in Palmyrae ruinis inventae, exhibent, quae, cum partim bilingues sint graecamque simul versionem contineant, non difficillimae erant explicatu; quod tamen non ita interpreteris velim, ac si omnes iam feliciter essent enucleatae; multae enim, praesertim quae Romae asservantur, valde sunt impeditae. *Robertus Wood*, *Dawkins et Bouvery* a. 1753. primi accuratiorem XIII. inscriptionum partim bilinguium descriptionem dederunt [15]), antea autem iam *Gruterus* 1616 Palmyrenam vulgaverat inscriptionem [16]). Initio anni 1754 et *Barthelemius* Parisiis [17]) et *Swintonus* Oxoniae [18]), alteruter alterius conatus ignorans, sed cum altero fere consentiens, ad inscriptiones explicandas accesserunt; Anglus autem, quanquam nimis fere sibi confidens, nullum litterarum Palmyrenarum monumentum intactum reliquit. Antiquissima harum inscriptionum a. 49. p. Chr. n., recentissima vero tertio saeculo (a. 258. p. Chr.) exarata est [19]). Dialecti vero, qua conscriptae sunt, singularitatem, quantum ex paucis litterarum monumentis apparet, suo loco notabimus. [20]).

---

a) Assemani. Bibl. Or. T. III. P. 2. pag. 379.

15) The ruins of Palmyra, otherwise Tedmor in the desert. Lond. 1753 fol.

16) Corpus inscriptt. ex recens. et annot. *Io. Georg. Graevii.* Amstelod. 1707. fol. pag. 86. Cfr. *Samuelis Petiti* epist. an. 1632 in *Spon.* Miscell. erudit. ant. p. 2. *Iacobus* dein *Rhenferdus* in periculo, Palmyreno, Franeckerae 1704, explicationem harum inscriptionum ineptam edidit, de cuius pretio agunt Mémoires de l'Acad. des Inscript. T. II. p. 509. Cfr. et *Aug. Ant. Georgii* epistolam de inscriptionibus Palmyrenis, quae in Museo Capitolino adservantur. Romae 1782.

17) Reflexions sur l'Alphabet et la langue, dont on se servoit autrefois à Palmyre in libro: Mémoires de l'Academ. des Inscript. Tom. 45. pag. 179—216.

18) An explication of all the Inscriptions in the Palmyrene Language and Character hitherto published in libro: Philosophical Transactions Vol. XLVIII. P. 2. pag. 690—756. Aggressus est *Swintonus* etiam inscriptionem a *Grutero* propositam, et quam *Hadriani Relandi* Palaestina (p. 526 ed. Trai.) exhibebat epigraphen.

19) Cfr. Swinton l. l. pag. 711. sq.

20) Maximae harum inscriptionum legendarum difficultati est et fuit descriptio non satis diligenter facta, quod videre licet ex iis, quas *Chandlerus* in *Marmor. Oxoniens.* N. VIII—XI. *Woodio* et *Dawkinsio* accuratius proposuit epigraphas. Idem probant apoprapha duarum inscriptionum e saxis ipsis Capitolinis a *C. G. Adlero* acri studio descripta et ab *A. A. Georgio* in *epist. de inscript. Palmyr. quae in Museo Capitolino adservantur* ad p. 52. et ad p. 107. edita ac fusius illustrata, si cum exemplis comparaveris, quae *Sponius* (Miscell. erudit. antiq. pag. 3.) *Ioan. Polenus* (Utriusque thes. Antiquit. Roman. et Graec. Nov. Supplem. Vol. IV. p. 411. 650.) *Montefalconius* (L'Antiquité Expliquée Tom. II. P. 2. p. 391. pl. 179). *Relandus* (Palaestin. p. 526. ed. Traiect.) et *Thomas Hyde* (De relig. vet. Pers. ad p. 547. Tab. XIV. ed. 2.) protulerant.

Annot. 3. E *Gregorio Barhebraeo Pocockius* [21]) et *Assemanius* [22]) narrant: „*tres sunt dialecti, quarum elegantissima est Aramaea* (الارمايية), *quae est lingua incolarum Rohae et Harran et Syriae exterioris* (الشام الخارجة); *proxima est illi* (بعدها) *Palaestinensis* (الفلسطينية), *quae est ea, qua utuntur Damasci, et montis Libani et reliquae Syriae interioris* (الداخلة) *incolae; at omnium impurissima* (اسحجها) *Chaldaica Nabataea* (الكلدانية النبطية), *quae est dialectus populi montium Assyriae* (جبال اثور) *et pagorum Iraci* (سواد العراق).“ *Hassius* [23]) haec discrimina de sola Syriaci sermonis pronunciatione in diversis locis diversa valere optime statuit, cum exempla a *Barhebraeo* allata hanc solam respiciant. Ab Edessa urbe, Syriace ܐܘܪܗܝ dicta, praecipua linguae Syriacae dialectus nominata est ܠܫܢܐ ܐܘܪܗܝܐ *sermo Edessenus* [24]).

Annot. 4. *Adlerus* [25]), quam in Cod. Vat. XIX. invenit dialectum, *Hierosolymitanam* nominavit, quia ad Chaldaicam proxime accederet, qua in re *Michaëlem* consentientem habuit. Multa vocabula graeca et chaldaica in illa usurpata ordine alphabetico idem commemoravit [26]), eandemque, quae in vocabulis eorumque usu obvia est, communem dialecto Chaldaicae conformitatem vocum formis inesse, sed sibi non ubique constare hanc dialectum, mox Syriacae orthographiae et grammaticae assimilari, mox in alia omnia abire, exemplis luculenter demonstravit [27]). Haec vero omnia, quod iam *H. F. Pfannkuche* [28]) rectissime monuit, hanc dialectum fuisse Hierosolymis usitatam, nullo modo probant; nisi Palaestinensium linguam Chaldaeam formis vocibusque mere Syriacis refertam fuisse prius sit demonstratum, quod an demonstrari queat, valde dubito (p. 4. not. 19.).

5) De prisca linguae Syriacae origine primaque forma memoriae nihil traditum est, sed antiquissima, quae exstant, litterarum monumenta eam exhibent aeque excultam, ac reliqua aureo linguae aevo conscripta. Attamen procul dubio in Syria ipsa exculta est primum fere ab omni peregrino colore libera, deinde autem multiplici Syrorum cum gentibus coniunctione, non solum cognatis (ad Semitas pertinentibus), sed etiam aliis, quarum linguae neque origine neque radicibus neque verborum structura cognatae erant, non fieri non potuit, quin minus limpida flueret, radices reciperet exoticas insolitamque formandi rationem hic illic sequeretur. Anceps reipublicae conditio, mira civitatum parvarum multitudo (§. 1, 3. Annot. 1.) vim suam in linguam cum excolendam tum depravandam exercuit (§. 4.).

---

21) Specimen histor. Arabum ed. Ox. 1650. pag. 360. ed. White 1806. pag. 345.

22) Bibl. Or. I. p. 476.

23) Dissertat. *de dialectis linguae Syriacae.* Regiomont. 1787. coll. *Praktisch. Handbuch der Aram. Spr.* II Abtheil. §. 40 et 41.

24) Pocock. l. l.

25) Vers. Syriac. pag. 137. sq.

26) L. l. pag. 141. sq.

27) L. l. pag. 146. sq.

28) Ueber die palaestinische Landessprache in dem Zeitalter Christi und der Apostel in *Eichhorn.* Repert. T. VIII. p. 464.

Linguam iam mature fuisse cultam, magnae est probabilitatis; Chaldaea enim dialecto iam Iudaeis exulibus non solum in sermone, sed etiam, quod ex Chaldaicis Esrae capitibus perspicitur, in libris scribendis utebantur (§. 1, 4. Annot. 2.). Unde Syriacam quoque, fortasse tunc ab ea nondum diversam aut certe illi simillimam, haud minori cultura insignem fuisse, recte colligitur.

6) Sermo igitur Syriacus cum fortasse iam diu ante Chr. nat., quanquam omnia scripta turbidis tempestatibus interierunt, ad scribendum adhiberetur, et saeculo decimo tertio post Chr. nat., vel postea coleretur, per quindecim saecula, ut videtur, permagnae regionis vernacula fuit et cum lingua graeca et latina, si quod tempus hae durarint, velis respicere, sine ulla haesitatione potest comparari. Linguam vero per tantum temporis spatium vere viguisse, probat partim plurimorum librorum conditio et argumentum, diversissimis temporibus evulgatorum [a]), quippe qui orationes sacras continent cultumque Dei religiosum ac pietatem commendant; etenim libri huius generis, cum eruditos minus quam vulgum et rudiores spectent, vulgari vigenteque sermone exarati esse debebant; partim vero testem huius rei putaverim versionum multitudinem, quibus libri omnis generis, praecipue doctrinam accuratam proponentes, per mille annos ex Graecia in Syriam migrabant; nam haec copia multos linguae peritos, exteraeque scientiae cupidos apud Syros fuisse luculenter demonstrat, litterarum dein amorem plurimis insitum ac communem linguamque denique iam valde fuisse excultam. Quod vero linguae Syriacae per magnum illud temporis intervallum non plures acciderint mutationes, noli mirari; apud populos enim orientales, uti mores, consuetudines, usus, instituta aliaque minus mutantur, quam apud Europaeos [b]), ita et lingua, si quid profecerit, diu consistere magis, quam progredi solet. Quod vero apud Arabes Corano factum videmus, linguam nempe typo quodam perpetuo adstrictam et stabilitam, id in Syriaca lingua effecit librorum sacrorum versio, antiquissimum litterarum Syriacarum monumentum.

Annot. 1. Cum vero uniuscuiusque linguae sors cum gentis, cui vernacula est, conditione arctissime cohaereat, quod quidem in nulla magis perspicitur, quam in Syriaca, cumque linguae cultura a populi cultura pendeat neque illius historia intelligi possit, nisi semper universae culturae gradus et progressus respiciantur [29]), necessarium nobis visum est, ut, antequam linguae Syriacae historiam (§. 4 et 5.) adumbrandam suscipiamus, Syrorum ipsorum, varias ob caussas coniunctas a vicinis populis, modo ab hoc, modo ab illo subactorum, historiam paucis (§. 3.) illustremus.

---

a) Conferas *historiam Syrorum litterariam*, quam diarii theologici *Bertholdtiani* inseruimus T. XIV, P. 3. p. 225. sq.

b) Voyages du Chevalier *Chardin* par *Langlès*. Paris 1811. Tom. I. pag. XLV.

29) Adelung über die Gesch. der deut. Sprache pag. 14.

Annot. 2. Plurimum regio ipsa eiusque conditio, cum Syria frugifera esset planities, pulcerrimis laeta naturae muneribus, rudes et induratos montium incolas ex occidentis, septentrionis et orientis parte, ac perniciosos Arabiae desertae populos ab australi parte illecebris suis excitatos pellexit et detinuit.

Annot. 3. Gentis historia et quomodo lingua diversissima in se recipere potuerit elementa atque in unum redigere, luculenter docebit.

§. 3.

Concisa Syrorum historia.

1) Syria sicuti et Phoenicia multas in civitates parvas distributa erat (§. 1, 3. Annot. 1.), quae primum nonnisi singulas urbes regionemque vicinam comprehendebant, subinde vero foedere iunctae communi saluti consuluisse videntur, ita tamen, ut *Damascus*, qua inter eas nulla maior et opulentior, primarium teneret locum. Iam antiquissimis illis temporibus, quibus Aramaei (omnes enim totius illius regionis incolae fere semper eadem conditione utebantur) suis ipsorum obtemperabant regibus, a populis Iaphethica stirpe oriundis Persicaque lingua loquentibus, uti Medis, Susianis et Elymaeis, ab oriente parte adcolentibus, multa verba Persica tum bello tum pace non recipere non poterant. Quod quidem si ea, quam *Wahlius* [a]) ex vetustissimis Orientis libris et narrationibus Aramaeos inter et Persas intercessisse contendit, coniunctio vere locum habuit, permultis in rebus accideret necesse erat; si enim, uti ille magna cum probabilitate putat, Syria pariter ac Babylonia, Assyria, Media, Armenia, iam antiquitus in ditione Persarum erat, ita ut illi prisci Syriae reges aut potius principes tanquam praefecti provinciis praeficerentur, quomodo fieri poterat, quin e lingua huius populi imperium tenentis multa verba in Syriacam transmigrarent?

2) *Salomo*, Hebraeorum rex, Syriam suo adiunxit regno, sed haud multo post *Reson*, unus ex Hadadeseri, qui Zobae regnaverat, servis libertatem patriae reddidit regnumque Damascenum constituit, brevi tempore totam Syriam complectens, cui tamen diuturna quiete frui minime licuit; mox aetas prorsus evanuit illa, qua Syri nullius externae gentis servitio obstringebantur, omnesque Aramaei trecentos annos Persicis subiecti erant principibus, primum inde a Nabopolasseri tempore *Chaldaeis*, qui sine haesitatione gentibus Medo-Persicis adnumerandi sunt [b]); post inde a Cyro rege Persis ipsis.

---

a) *Altes und Neues Vorder- und Mittelasien pag.* 231. *sq. coll. p.* 308. *sq. p.* 616 *sq. et iam antea in Morgenlaend. Sprachgesch. p.* 544. *sq.*

b) *Cfr. Schlözer von den Chaldaeern in Eichhornii Repert. VIII. pag.* 113 sq.; *Michaëlis Spicileg. Geogr. Hebr. extern. T. II.*

Effeminatis vero fastuque plenissimis regum moribus magnum regnum Persicum corruit atque *Alexander*, Philippi filius, deletis ad Arbelam innumerabilibus hostium copiis, id cum Syria et reliquis provinciis expugnavit regnoque addidit Macedonico. Quo mortuo *Seleucus* et qui ei successerunt reges, *Seleucidae* nominati, proprium sibi vindicarunt regnum Aramaeam complectens, id quod ad illud obtinuit tempus, quo Romani in Asia supremum dominium sibi suisque posteris arripere studebant. Syri enim, cum invisum exterorum iugum a suis cervicibus excutere non possent, *Romanorum* imperio, quod minus molestum videbatur, parere maluerant; Syriaque amplissimo Romano imperio tanquam provincia, bellis a Pompeio feliciter gestis, adiuncta et simul omnibus dissidiis tumultibusque vastum illud imperium perturbantibus et tandem devastantibus afflicta est. Edessae tantum reges Syrorum ad tertium usque post Chr. nat. seculum regnarunt, donec cuncta Syria Romanis submitteretur.

3) *Theodosii* filiis immensam urbium, civitatum et provinciarum multitudinem in duas partes distribuentibus, meliorem Syria conditionem minime assecuta est; a potentissimis enim hostibus sicuti universum imperium Byzantinum, quocum coniuncta erat, a quavis parte tentata et dilacerata est. Iovianus imperator necessitate coactus Sapori II, Persarum regi Sassanidis oriundo quae ad regnum Persicum pertinuerant, provincias omnes atque etiam Nesibin oppidum munitissimum reddidit; quamquam iam ante illud tempus modo universa Aramaea modo pars ipsius diu Arsacidis obtemperaverat. Variis his calamitatibus oppressa postremo ab *Arabibus* Syria occupata, vel potius vastata est. Hinc domesticis Fatimidarum et Ommiadarum bellis dilacerata, Chalifis a provinciae praefectis rebellantibus perfide erepta, his vero a *Turcomannis* ademta, tum ab *Europaeis* in expeditionibus cruciatis expugnata, sed non multo post a *Mamelucis* Aegyptiacis occupata, deinde a *Tamerlano Tatarisque* despoliata, postremo in *Turcarum* Osmanicorum potestatem trecentis fere abhinc annis, sub qua ad nostrum usque aevum continuo mansit, redacta est.

Annot. Praeter multos illos regni tumultus in ecclesia quoque Syriaca diversissimae de religione christiana opiniones magnam dissensionem, turbas fere perpetuas et rerum confusionem effecerant, ita ut litterae atque scientiae quominus feliciter procederent, impedirentur, omnisque flos intempestive atque immature carptus sit et defloratus.

---

p. 113—114 in Supplement. ad lexic. Hebr. p. 47. 48. et 129 et in Bibl. Orient. XVII. pag. 264. et ea, quae Lorsbachius Archiv. II. p. 246. sq. in notis significat; Hegewisch hist. und litterar. Aufsaetze. Kiel. 1801. pag. 102. sq. Norberg de Chaldaeis septentrionalis originis in Opusc. T. III. p. 145—173. *Vitringa* ad Ies. XXIII. 13 in Opp. T. I. p. 412. ed. Bas. vid. et §. 1. 3. Annot. 2.

§. 4.

Syriacae linguae historia.

1) Haec brevis Aramaeae historia primum ex *Persico idiomate* multum in Syriacum transiisse, non sine veritatis specie, docere videtur; quod accuratiori huius linguae cognitione extra omnem dubitationem ponitur. Idque temporibus antiquioribus modice tantum et parce (§. 3, 1.), posthac per secula illa undecim, quibus magna certe Aramaeae pars Persis erat subiecta, creberrime fiebat; et quanquam Moslemicis expugnationibus magna illa Persicae linguae vis diminuebatur, tamen cum Aramaei simul cum Persis in unum imperium recepti et ob vicinitatem mercaturam quoque facientes, religionemque Christianam inter paganos propagantes, varia cum iis coniunctione uterentur, praeterea plures dynastarum familiae Aramaeam administrantes Persicae originis essent: Persarum lingua non omnino inhibita est neque impedita, quominus multa verba cum Syriaca communicaret. Quae cum ita sint, consensus ille, quem inter utramque, ideoque et inter Syriacam aliasque Asiae superioris linguas, ad Semiticam non pertinentes reperies, facile explicatur [a]). Exempla huius generis haec sunt:

ܢܝܣܐ seu ܢܝܨܐ persice نيزه *nisah* (hasta, tropice *cometes*), Armen. *nisak*;

ܣܝܡܐ persice سيم *sim* (argentum);

ܟܢܕܘܟܐ persice كندوك *kenduk* (pr. vas figulinum, promptuarium, horreum publicum);

ܠܒܕܪܐ persice لبدار *lebdar* (proprie *lignum labiorum*, tum forceps in labiis iumentorum comprimendis adhibita, Gallice morailles, torchenez);

ܦܘܬܟܪܐ persice پتكر *potkar* (idolum);

ܦܝܣܐ persice پيسه *pisah* durius enim pronunciat. *pisak* [b]), (varius, versicolor);

ܡܝܕܢܐ persice ميدان *maidan* (locus apertus, forum, in quo non solum merces veneunt, sed etiam ludi publici et certamina equestria habentur) [c]);

ܣܪܦܘܫܐ persice سرپوش *serpusch* (tegumentum capitis);

ܛܪܟܣܘܝ persice چهارسوي *dscheharsui* (area quadrata, forum primarium);

ܡܪܓܢܝܬܐ persice مرواريد *mervarid* (margarita).

In rebus ad historiam naturalem pertinentibus, atque in iis, quae natura aut arte in Asia superiori gignuntur, voces exoticae facillime recipi poterant; res

---

a) *Copiose hanc rem tractavit multisque exemplis illustravit Lorsbachius in libro suo: Archiv für die Morgenlaend. Litterat. I, 246—55 et II, pag. 251—336.*

b) *Cfr. de hac re Wahlii Elementarbuch für die arabische Sprache und Litteratur p. 131 in Nota ibi adjecta.*

c) *Firuzabadius* quidem hanc vocem *Arabicae* originis esse statuit.

enim una cum nomine ad Aramaeos pervenerunt: deinde in propriis hominum, regionum et locorum nominibus, in appellationibus institutorum Persis propriorum, in rebus religionem cultumque aut mores illorum et consuetudines spectantibus, in titulis magistratuum provinciis praepositorum, ne multa in omnibus iis vocibus, quae quodam modo ad physicam, politicam conditionem aut ad sacra referuntur prisci imperii Persici. Exempla huius rei plurima inveniuntur, ut:

persice تلانگبین *telangobin* (quoddam mannae genus);

persice کرکدن *kerkedan* (animal cornutum, i. e. rhinoceros);

persice گاو میش *gaumisch* (bubalus);

persice کاهربا *karoba* (succinum, electrum);

persice شتر مرغ seu اشتر مرغ *Oschtormurg* sive *Schotormurg* (struthio);

persice سکانگبین *sekangobin* (oxymel);

persice شکر *schokkar* (saccharum);

persice استدار *ostaddar* (praefectus palatii);

persice گنجور *gandschevar* (praefectus aerarii);

persice پروانه *parvaneh* durius *parvanek* (nuncius alacer, velox) [1]);

persice کستی et کستیج *kosti* et *kostidsch* (sacrum Persarum cingulum);

persice اوستا *avesta* (sacer Zoroastrae liber);

persice اهرمن (Ahriman, mali auctor);

persice دیو *Diw* (daemon);

persice هرمزد *hormusd* (Ormuzd, boni auctor).

Annot. 1. Frequentissime voces phrasesque huius generis ex Persico idiomate receptae in *Barhebraei chronico* obviae sunt, quia, uti ipse fatetur [2]), in illo libro componendo etiam Persicis usus est libris.

Annot. 2. Etsi non in omnibus omnino vocibus, quae persicae originis videntur esse, certa indicia afferri possunt, quibus Persica earum origo intelligi queat, in universum tamen atque in plurimis vocibus eiusmodi notae reperiuntur. Hae enim, uti iam significavimus, partim a rebus ipsis repetuntur, quas voces dubiae originis signant, partim vero in eo versantur, quod illae voces ab ea, quae in Syriaca et in omnibus linguae Semiticae dialectis usitata est, forma in universum aut certe ab eo significatu abhorrent, quem forma quaedam in Syriaco sermone habere solet. Saepe et forma et significatio simul, saepe vero alterutra tantum ex Semitica lingua nonnisi violenter derivari potest.

---

1) ס pers. Syri et Arabes per ص et ـص exprimunt. 2) *Chronic. Syr. ed Bruns et Kirsch pag.* 2. lin. 18.

Annot. 3. Si a Graecis, Syriacis, Arabicis aut aliis antiquitatis scriptoribus vocem quandam persicae linguae originem debere narratur, hoc eorum testimonium tum demum valet remque ad liquidum perducere potest, si illos Persicae linguae peritos fuisse scimus.

Annot. 4. Ex *Armeniaca* quoque lingua, quod propter Syrorum cum Armenis mercaturam ceteramque necessitudinem, praecipue vero cum hi ab illis christianam religionem accepissent, facile fieri poterat, nonnullae radices in Syriacum sermonem transmigrarunt; cuius rei exempla iam supra una cum Persicis attulimus.

2) Deinde vero illa historiae delineatio monstrat, quomodo fieri potuerit, ut tot verba phrasesque immo etiam vocum formae et flexiones ex Graeca lingua, non magis quam Persica Syriacae cognata, in hanc immigrarent. Factum enim illud est inde ab tempore potissimum Alexandri Magni; sub Seleucidarum vero regno ob eam, quam illi faciebant, coniunctionem et consuetudinem cum Graecis, multas voces Graecas Syri civitate non donare non poterant. Nam etiamsi qui omnes omnino Graecos Asiam incolentes pro genuinis Graecis ex Graecia in Asiam transpositis aut eorum posteris habent, nimium sibi sumere videntur, haud dubie tamen Syri id temporis Graecorum mores recipere et praeter antiquam patriamque etiam Graecam linguam colere coeperunt. Vix igitur fieri poterat, quin sensim sensimque multa ex Graeca lingua reciperentur et tum quoque, cum regno Seleucidis erepto Graecorum potentia et auctoritas diminueretur ac fere prorsus cessaret et lingua Syriaca pristinum ipsius statum recuperaret, ex Graeca multa retinerentur. Quare, ut rem uno tantum exemplo illustrem, factum est, ut particulae, quibus universa Semitarum lingua caret, apud Syros crebriores sint atque saepius usurpatae, quam in caeteris dialectis cognatis (§. 102. 105.). Deinde Vespasiano regnante in celeberrima academia ab Romanis Edessae instituta, ubi cuncta Asiae cultura atque eruditio erat congregata, et Syriaco sermone et Graeco instituebatur. a) Neque Christiana religio, quae haud multo post quam in Palaestina orta esset, a Syris recepta est, ad perpetuum linguae Graecae studium non impulit, cum libri, quibus continetur, Graece essent conscripti; Novo igitur Testamento vertendo, sicuti crebris versionibus librorum in disciplinae modum compositorum, praecipue ad res medicas spectantium (nimirum operum *Hippocratis* et *Aristotelis*), quin etiam *poëmatum* Graecorum (uti *Homeri Iliadis*), multae voces, quae Syris, cum ne notiones quidem illis vocibus significatas haberent, esse non potuerant, in Syriacam linguam transierunt.

---

a) *Moses Chorenens. histor. Armeniae p.* 149. 150. *Lond.* 1736. *ed. Whiston. Coll. Eichhorn's Gesch. der Syrer* [*Nestorianos ita vocat*] *ein Fragment in Meusels Geschichtsforscher V. p.* 118. *sq.*

Annot. 1. Graecae linguae indolem atque naturam etiam in syntaxi et vocum coniunctione apud Syros aliquid mutasse ex eo apparet, quod Graecae particulae haud mutatae sed aeque ac in Graeca lingua fuerant, in Syriaca servatae sunt, uti ܐ sive ܐ γάρ, ܐ δὲ, ܟ μὲν, ܟܠܡܫ μάλιστα, ܐ ἄρα; ܟܠܟ μᾶλλον.

Praeterea cum Syri ad *Byzantinum regnum* pertinerent, jam hanc ob caussam, etiamsi Graecae sapientiae et eruditionis siti ad Graecae linguae studium non essent excitati, accuratiorem Graeci sermonis cognitionem comparare sibi coacti erant. Itaque nemine sentiente non solum verba singula, sed etiam verborum nexus, Syriacae linguae ingenio non satis consentanei, transierunt. Plurimas dictiones ad litterarum disciplinas pertinentes, easque, quibus notiones abstractae atque subtiliores philosophiae distinctiones significantur, receptas invenies; deinde Novo Test. multa verba hellenistica, quae vocantur, praecipue christianam religionem divinumque cultum spectantia, praeter nomina hominum, urbium et regionum propria, quae partim nulla in re mutata, partim vero Syriaci sermonis colore adumbrata sunt. Similiter voces ad conditionem rei publicae, ad dignitatem magistratuum provinciisque praepositorum atque eorum titulos referendae plerumque, uti in Graeco sermone erant, in Syriaco manebant; ut

ܠܐܘܣܝܐ οὐσία,
ܐܣܓܘܓܐ εἰσαγωγή,
ܣܛܘܟܝܐ στοιχεῖα,
ܣܟܝܡܐ σχῆμα,
ܛܘܦܣ τύπος,
ܛܘܡܣ τόμος (scheda, pagina),
ܡܬܡܛܝܩܐ μαθήματα,
ܣܘܢܘܕܣ σύνοδος (συνοδία planetarum),
ܦܝܛܝܣ ποιητής,
ܦܝܠܣܘܦܣ Φιλόσοφος,
ܩܘܠܘܢ κῶλον,
ܟܢܘܢ κανών,
ܓܢܣ γένος,
ܐܘܪܓܢܘܢ ὄργανον,
ܟܪܝܙܘܢ ὁρίζων,
ܐܢܐܓܟܝ ἀνάγκη,
ܣܛܦܢܘܣ στέφανος,
ܦܪܗܣܝܐ παῤῥησία,
ܐܓܝܐ ἁγία,
ܟܝܪܝܐ ܐܠܝܣܘܢ Κύριε ἐλέησον,
ܟܠܝܡܝܠܝܘܢ κειμήλιον,
ܟܘܝܛܘܢ κοιτών,
ܟܠܝܣ κλείς,
ܐܘܐܢܓܠܝܘܢ εὐαγγέλιον,
ܓܠܘܣܣܘܟܘܡܘܢ γλωσσόκομον (theca reliquiar.),
ܗܠܝܢܝ Ἑλένη,
ܗܪܡܝܣ Ἑρμῆς,
ܪܘܕܘܣ Ῥόδος,
ܪܘܡܝ Ῥώμη,
ܐܘܩܝܢܘܣ Ὠκεανός,
ܒܘܠܐܛܝܣ βουλευτής,
ܗܓܡܘܢ ἡγεμών,
ܐܦܪܟܘܣ ἔπαρχος,
ܦܛܪܝܐܪܟܝܣ πατριάρχης,
ܦܘܪܓܘܣ πύργος,
ܟܐܠܟܝܡܐ χάλκωμα (machina bellica),
ܬܐܛܪܘܢ θέατρον,
ܬܐܘܪܘܣ ταῦρος,
ܝܩܝܢܐ θήκη (vagina),
ܣܛܪܐܛܝܘܬܝܣ στρατιώτης.

Id quoque non silentio praetermittendum, quod Syri non recipere solum ex Graeco sermone, quibus ipsi caruerunt, sed etiam ex sua ipsius lingua ad Graecorum vocabulorum exemplar nova fingere, aut certe suis vocibus novas addere significationes coepere. Ex hoc genere sunt: ܐܢܕܪܘܓܝܢܘܣ *ἀνδρόγυνος* (homo effeminatus), et ܡܪܛܘܪ *testis*, in sermone ecclesiastico etiam *μάρτυρ*.

Annot. 2. Cum vero Byzantinorum lingua *latina* verba commisceret cum pure graecis, haud raro talia quoque in Syriacam linguam transmigrarunt. Exempla huius generis haec sunt: ܐܢܢܘܢܐ, in recentiori Graecorum sermone *ἄννωνα* (victus, nutrimentum; annona, stipendium militare); ܒܘܟܠܠܪܝܐ *Buccellarii* (custodes corporis) [1]), ܕܘܪܐ *δῶρα* (munus, quod sponsus sponsae dat), ܕܝܡܝܣ *δήμιος* (minister publicus, carnifex), ܙܒܐ *Ζάβαι* (zabae, loricae aut galeae) [2]), ܦܦܠܝܘܢ *παπυλέων* (tentorium splendidum), ܟܘܪ *κὺρ* (pro *κύριος*) et ܟܘܪܐ *κύρα* (pro *κύρια*), ܩܒܘܪܝܘܢ *Κιβώριον*, (ciborium i. e. coelum in quatuor statuis super ara alta positum [3]).

3) Coniunctio denique Syrorum cum Romanis Syriacam linguam *latinis* vocibus locupletavit; seriori quoque tempore ex Byzantino idiomate Syriacus sermo multa recepit verba latina (2, Annot. 2.). Voces vero illae plerumque in rebus publicis, uti in magistratibus designandis, bellicisque machinis et instrumentis appellandis receptae sunt, ut:

ܦܛܪܝܩܝܘܣ *patricius*,
ܩܠܝܐ *cella monachi*,
ܒܠܐ *velum*,
ܟܪܛܝܣ *charta*,
ܦܠܛܝܘܢ *palatium*,
ܦܣܩܝܐ *piscina*,
ܩܘܡܝܣ *Comes*,
ܩܢܛܘܪܝܘܢ *centenarius*, *talentum*,
ܦܪܘܟܣܝܡܘܣ *proximus* (primus regis amicus),
ܩܢܕܝܠܐ *candela*,
ܩܢܛܘܪܝܘܢ *centurio*,
ܩܪܘܟܐ *carruca* (curruum genus),
ܐܣܦܝܛܠܪܝܝ *hospitularii*,
ܩܣܛܘܕܝܐ *custodes*,
ܩܘܐܣܛܘܪܝܘܣ *quaestionarius*.
ܣܦܩܘܠܛܘܪ *speculator*.

4) Quanquam in Syriaca et reliquis dialectis cognatis maxima radicum pars eadem sit necesse est, neminem tamen, qui Syriacum sermonem accuratius perspexerit, fugiet, ex *Arabico* sane multa verba aut certe novas vocum in Syriaco iam usurpatarum significationes inde a Syria per Arabes expugnata, praecipue vero ex quo Arabica lingua vernaculam sensim expelleret, a Syris esse receptas. Nova vero illa verba Muhammedis religionem, reipublicae administrandae ratio-

---

1) Vid. Dufresne Gloss. med. et inf. Lat. s. h. v.
2) Vid. Dufresne Gloss. s. h. v.
3) Vid. Dufresne Gloss. s. h. v. Cfr. *Lorsbachii* Archiv. I. p. 256 sq.

nem imperiique Arabici modum respiciunt; cum nova enim re nova ad Syros pervenit denominatio. Exempla illius rei sunt:

سُلْطَان هعكنهل *princeps*, قَاضِي هلزب *iudex*,

شَحْنَة هسنا *praetor, satrapa*; حَجّ سي *peregrinatio Meccana*,

وَزِير ١٥٥٠١ *summus regni administer*,

صنعلا in Syriaco puro *candelabrum*, apud Barhebraeum vero in Chronic. p. 228 uti Arabic. أَلْمِنَارَة *turris alta et tenuis templis Muhammedanorum adstructa, ex qua horae precationis proclamantur*;

كعلا in Syriaco puro *homo operarius*, etiam uti Arab. عَمّال *gubernator, praefectus*;

هنه أَلصَّخْرَة *lapis sanctus in templo Muhammedico Hierosolymis servatus*;

أَمِير أهدا *princeps, Emir*,

عَارِض الجَيْش خاؤ sive خاؤ لكنف *lustrator exercitus*,

شَرَابِيّ هزاصف *pocillator, qui propinat vinum*,

صدا *tentaculum*, uti Arab. بَيْت, etiam *versus*;

قَطّان هطنا *gossipium vendens*, aut *ex gossipio aliquid faciens*,

دصا Arabice دباغ aut persice دِيباج *sericarius*,

صنا Arab. بَزّاز *negotiator, qui byssum et pannos alios vendit*,

سصنوا Arab. خَبِيصَة *genus cupediarum*,

نحطا Arab. طَبْل *tympanum*.

Annot. 1. Postea ex *Turcarum* quoque lingua multae voces, cumque in expeditionibus cruciatis Europaei Syriam occupassent, vel *gallicae* et *italicae* in Syriacum sermonem irrepserunt, ita ut scriptores his exoticis utentes, uti Barhebraeum, saepius haud facile vertas accurateque explices. Turcicae originis sunt e. c.:

أوزه *castra, castra aulica*, هكسر tatar. *decretum, edictum*.

Europaeam vero ostendunt originem inprimis *Nomina propria*, ut voces Gallia Anglia et Italia oriundae, inter quas haece valde crebrae inveniuntur:

ܡܪܟܝܣ *Marquis*, ܓܘܕܦܪܘܐ *Geodefroi* (Godofredus),
ܦܪܢܣ *Prince* (princeps), ܗܢܪܝ *Henri* (Henricus),
ܐܠܡܢܝܐ *Allemagne* (Germania), ܩܘܢܛ Count (Comes),
ܦܪܢܣ *France* (Gallia), ܐܢܓܠܛܐܪ *Angleterre* (Britannia.).

Nullum autem exemplum deprehendimus vocis alicuius *Germanicae* receptae, quin etiam Germanorum imperatores a Syris aut Syriace ܡܠܟܐ (rex), aut Gallice ܐܡܦܪܘܪ *l'empereur* (imperator) vocari solent.

Annot. 2. Syrorum cum Coptis propter christianam religionem coniunctione etiam ex *Aegyptia* lingua ipsa aut ex alia Aegyptiacis verbis aucta quaedam verba in Syriacum sermonem recepta sunt [4]).

Annot. 3. Nemo nos reprehendet, quod, quae ex aliis linguis in Syriacam manaverint, et, quo ea modo facillime cognoscantur et distinguantur, tam accurate explicare voluerimus; exoticis enim et domesticis vocibus satis distinctis qui Syriacam linguam in reliquarum dialectorum illustratione adhibiturus est, scopulos periculi plenos facilius evitabit. *Nam eadem sunt passim linguis cum fluviis fata; ut enim hi, ubi per longiorem a fontibus suis decursum absorptis aliis omnibus nativo solo extorres, mari cui sese praecipites dant, iam proximi fiunt, omnem quasi saporis et limpiditatis naturam exuisse videntur adeo, ut quae illis in scaturigine natura fuerit, difficile iudicatu sit: ita et illae, in diversas commixtione gentium divisae dialectos, magnum omnino saepe dubium relinquunt, quae ipsis origo, quaeve radix extiterit* [5]).

5) Exteras vere voces a Syris receptas maximam partem *nomina* esse, *verba* contra perpauca tantum ad eos transmigrasse, comparatione facta videbis. Horum quidem nominum alia formam Syriacam induerunt, ita ut a Syriacis non dignoscas, alia barbaram terminationem retinentia patriam suam perspicue ostendunt. Cfr. §. 82 et 84.

Annot. Syriacae voces cum *occidentalibus* ubi congruunt, plerumque ex Oriente transmigrarunt, maxime in plantis, fructibus, in *rebus arte aut natura in Oriente productis* obviae, quia nomen simul cum re exotica ab Oriente in Occidentem pervenit, ut ܒܘܨܘܣ *βύσσος*, ܠܒܢܘܬܝ *λιβανωτίς*.

6) Variorum autem illorum exoticorum permulta iam iis temporibus in Syriacam linguam sunt recepta, quae nullum litterarum monumentum nobis reliquerunt, i. e. ante Christum natum. Etiamsi Byzantinis imperatoribus Syriam

4) Wahl Morgenlaend. Sprachgesch. p. 546 sq. 5) (Ienisch) de *fatis linguarum Orientalium* pag. III.

dominantibus lingua multum puritatis perpetuo perdebat, tunc tamen libris omnis generis, praecipue vero theologicis in ipsa compositis ad splendidissimum culturae gradum pervenit. Postquam Syrorum theologi in *Monophysitas* et *Nestorianos* disiuncti erant, hi praecipue de litteris bene meriti sunt [a]). Schola celeberrima *Edessena* inde a Vespasiano imperatore usque ad Nestorianos quinto saeculo expulsos maxime florens, multum linguae puritati et culturae impendit operae, atque cum alios litterarum peritos tum grammaticos quoque insigniores genuit, qui sicuti caeteri huius academiae magistri puriori lingua utebantur. Haec vero lingua emendata, vitiis liberata et a grammaticis exculta nomen *Edessenae* accepit.

Annot. 1. *Persae* quoque suam sibi hinc compararunt eruditionem et culturam; Edessae enim, quam litteras suas perdiscendi caussa adibant, simul lingua Syriaca imbuebantur [6]). Qua re in Syriacis libris saepe Edessena litterarum profanarum, quas dicunt, academia nomine *scholae Persarum* insignitur.

Annot. 2. *Medicos Syros* philosophiae quoque studio excultos, plerumque Nestorianos, *primos* constat fuisse, qui Arabes ut litteris et scientiae sese dederent, incitare, atque etiam rationem viamque hac in re ostendere solerent; multique Graecorum scriptores Syriacis versionibus divulgati in Arabibus erudiendis fundamenti loco usurpati sunt [7]); fortasse etiam illi Syri Arabes ad grammaticum vernaculae suae studium incitarunt; certe haud dubium est, scripturam inde ad Arabiae septentrionalis incolas venisse eamque alphabeti formam, qua Coranus initio scriptus erat, ab antiqua Estrangela Syrorum (§. 6, 5. 6.) repetendam esse.

Annot. 3. Alii *Iacobi Edesseni* (N. 8) praecipue industria et labore factum esse putant, ut sermo Syriacus excultior *Edessenus* nuncuparetur [8]). Nobis vero similius videtur veri, nomen illud ex eo profectum esse, quod in illa regione in universum syriacus sermo melior esset (§. 3, 5. Annot. 4.) et eruditorum Edessenorum industria maiorem adipisceretur puritatem et culturam [9]). Syriacae igitur linguae fere idem, quod Italicae evenit; quippe

---

a) Cfr. egregium *Eichhornii* tractatum: *Die Syrer, ein Fragment in Meusel's Geschichtsforscher* VII. pag. 117 sq.

6) *Assem.* Bibl. Or. III. P. II. p. CMXXIV sq. *Epiphan. adv. haereses* 66. T. I. p. 629. ed. Petav.

7) *Abulfarag.* Chronicon ed. *Pococke.* Oxoniae 1663 in 4. p. 228.

8) *Assem.* Bibl. Orient. I, p. 476.

9) Cfr. *Wahlii* Morgenlaend. Sprachgesch. p. 538 sq. Recte *Adelungus* monuit: (*Ueber die Geschichte der deutschen Sprache* p. 8.) „*die Verfeinerung der Sprache geschiehet sehr langsam und nach und nach von dem Volke und dessen erweiterten Begriffen selbst, nicht von Sprachlehrern, welche an der Ausbildung der Sprache immer den geringsten Antheil haben*“. In hunc sensum et *C. L. Fernow* (Ueber die Mundarten der italienischen Sprache in den Roemischen Studien T. III. p. 219) abiit: „*Die verschiedenen Mundarten einer Sprache sind eben so viele frühere Verzweigungen ihres ursprünglichen Stammes; und die gebildete Gesamtsprache ist als die Blüthe ihrer Entwickelung zu betrachten, die sich schon frühe bildet und entfaltet, aber erst spät ihre Vollkommenheit erlangt, und zu der die sämtlichen Mundarten ihren Antheil beytragen; die*

quae ab initio Florentiis, in praecipua eruditionis et culturae sede, exculta *Toscana* seu *Florentina* nominari solebat [10]).

8) Iam circa *annum quingentesimum* p. C. n. Syri in Aramaea orientali a Syris occidentalem incolentibus *vocalium pronuntiatione* sese distinguebant. Nestoriani ab Edessenis ceterisque occidentalibus Syris discrepantes vocali *o* (ـُ) Edessenorum in quibusdam vocibus vocalem *a* (ـَ) perpetuo substituunt. Ceterum pro certo asserit Assemanius [a]), Chaldaeos, qui orientales vocentur, a priscis temporibus Syriaca vocabula aliter ac Syros occidentales protulisse, idque comprobari ex iis vocibus, quae apud veteres scriptores graece ac latine e Syriaco sermone expressae legantur, ut *Abba*, *Phadana*, aliaque huiusmodi, quae a Syris *Maronitis* atque *Iacobitis* diverso modo pronuntientur. Verum non Nestorianorum sive Syrorum orientalium sed occidentalium tam Maronitarum quam Iacobitarum pronuntiatio novitatis arguitur, quae cum prisca Syrorum minime convenit. Quamobrem *Barhebraeus* hisce verbis [b]): „*Iosephus Huzita lectionem Edessenam in orientalem* (ܥܒܝܣܐ), *quam Nestoriani usurpant, immutavit; nam toto Narsetis* (ܢܪܣܐ) *tempore ita legebant, uti nos occidentales* (ܥܡܡܢ),“ nihil aliud videtur indicasse, nisi Chaldaeos Persasque e schola Edessena *Nisibin*, qua in urbe celeberrima schola sub a. 440 est constituta, commigrantes Edessenorum legendi morem ibidem retinuisse usque ad Iosephi Huzitae tempora, qui illo more sublato communiorem eandemque antiquiorem Syrorum orientalium lectionem restituit [c]).

9) Non multo post etiam linguae grammatica saepius tractata; omnia vero

---

aber den gröfsten, welche durch eine höhere Kultur ihrer Provinz, und durch vortreffliche Schriftsteller aus ihrer Mitte, die frühere Entwickelung derselben vorzugsweise befördert. Diefs hängt aber lediglich von äufseren zufälligen Umständen ab. Unter einer andern Fügung derselben konnte ein anderer Dialekt zur Bildung der Gesamtsprache das meiste beytragen und ihr eine andere Richtung, so wie der Sprache selbst einen andern Charakter geben.“

10) *Adelung's* Mithridates fortgesetzt von *Vater* T. II. p. 487 sq.

a) Bibl. Orient. II, 407. coll. T. III, P. II, p. 379. — *I. D. Michaelis* (Gramm. syriac. p. 28. in annot.) Assemanium illa, quae Barhebraeus refert, non intellexisse ait, quia scriptor ille celeberrimus non de dialecto vernacula loqueretur, sed de ea, qua in sacris uterentur; in illis enim Syros orientales olim non sua sed occidentali pronuntiatione usos, quam e celeberrima Academia Edessena transtulissent, idque et Barhebraei tempore a Iacobitis factum, a Nestorianis contra inde a Iosephi Huzitae tempore vernaculam dialectum in sacra esse introductam. Sed discrimen pronuntiationis in illa academia non exstitit, verum in variis regionibus varius oritur pronuntiandi modus; Huzita, Nisibensi scholae praepositus, Edessenam, quam in illa urbe adhuc habuerant, pronuntiationem cum elegantiori eademque in orientali Syriae parte ab antiquissimis temporibus recepta commutavit. Cfr. quae *Barhebraeus* copiose hac de re in gramm. metr. disseruit (Cod. Gotting. p. 6—9.).

b) Apud Asseman. Bibl. Orient. II, p. 407.

c) Cfr. *Assem.* Bibl. Or. III, T. I. p. 100.

huius generis scripta Edessae prodierunt. Plerique dicunt primum grammatices librum scriptum esse a *Iacobo Edesseno*, teste Elia episcopo Nisibeno in initio institutionis grammaticae in mscr. codic. bibliothecae colleg. Maronit. [a]), quem laudat etiam *Barhebr.* grammat. metric. cod. Gotting. p. 6. At ex doctrina permagna litterarumque flore, quibus Syria et praesertim eruditorum scholae excellebant, verisimile videtur, quod et ab aliis scriptoribus in hac litterarum parte longe copiosissimis confirmatur, iam priius eius rei pericula, etsi imperfecta, esse facta. *Ioannes* enim *Barzugbi* [b]) Syros hosce grammaticos laudat: *Achudemen* (obiit a. 575) [c]), *Iosephum Huzitam* (ܝܘܣܦ ܗܘܙܝܐ, sub a. 580 florebat), *Iesudenah*, Kosrae episcopum, (post a. 700 vixit), *Honainum* (ܚܢܝܢ) sive *Ioannem medicum* (obiit 876 p. Chr. nat.) [d]), *Eliam* denique, episcopum Nisibensem, Eliae primo aequalem, sed post eum demum defunctum [e]). *Ebediesu* litterator notissimus in catalogo suo librorum ecclesiasticorum [f]) praeter illos hosce enumerat grammaticos: *Ioannem Stylitam* versus a. 830 florentem [g]) et *Ioannem, Chamisii filium*, qui anno 855 episcopus Themanonae est factus [h]).

Illarum grammaticarum maxima pars interiit; neque id valde lugendum. Tota enim Eliae Nisibensis grammatica inter memoratas longe optima, prouti in Cod. XXVII. Ecchellens. describitur, *circa litteras tantum et puncta versatur*, titulis decem comprehensa: 1) de litteris in universum; 2) de litteris, quae moventur deque quiescentibus; 3) de litteris radicalibus atque servilibus; 4) de casibus; 5) de asperis et lenibus; 6) de litteris, quae occultantur; 7) de litteris, quae invicem permutantur; 8) de punctis pluralem numerum indicantibus; 9) de pronuntiatione litterarum; 10) de specie nominum. Unde liquet, grammaticam Syriacam usque ad Eliae tempora admodum imperfectam et rudem fuisse [i]).

---

a) Cfr. Asseman. Bibl. Orient. I, p. 475.

b) Cod. Ecchell. 27. p. 19 et 42. vid. *Asseman.* Biblioth. Orient. T. III. P. I. p. 256.

c) Cfr. quae Asseman. l. l. p. 192—193 ex Barhebraei Chronico affert.

d) Commemorat eum etiam *Barhebraeus*, cfr. *Asseman.* T. III. P. I. p. 256 et T. II. p. 270—272.

e) Asseman. l. l.

f) Quem librum *Assemanius* post *Abrahamum Ecchellensem* in Biblioth. Orient. T. III. P. I. ab init. typis exscribendum curavit.

g) Asseman. l. l. p. 256.

h) Asseman. l. l. p. 256. coll. p. 708.

i) Cfr. Asseman. Bibl. Or. III. P. I. p. 267. et pag. 307, ubi legimus ita ܟܠܐ ܐܘܡܢܐ ܕܥܠ ܡܠܬܐ ܘܐܬܝܬ ܠܗ ܐܘܡܢܐ ܕܥܠ ܡܠܬܐ ܘ

Annot. 1. *Ioannes-Phincoie* (ܝܘܚܢܢ ܦܝܢܩܝܐ)[11], scriptor incertae aetatis edidit *exercitationes in voces* (ܬܪܥܝ ܩܠܐ), quae libri inscriptio Hottingero progymnasmata rhetoricologica sive grammatica significare videtur.

Annot. 2. Ex Eliae primi commentationibus grammaticis (ܡܠܦܢܐ ܕܐܠܝܐ ܩܕܡܝܐ) exstat una *de punctis* sub Eliae Catholici nomine, quam Ioannes Barzugbi grammaticae suae inseruit[12].

Jesuiabus, anno 1190 p. Chr. episcopus Nisibensis factus, scripsit grammaticas quaestiones[13].

10) *Iacobus Edessenus*, qui medio saeculo septimo floruit, pristinam linguae puritatem, a qua, Arabum Syriam occupantium sermone vernaculam indigenarum, ut fieri solet, fere evertente, deflectere iam coeperat, omni studio restituit artemque ac methodum in ea discenda adhibendam docuit[a]. Idem impedire studuit, quo minus verbis uterentur praeter necessitatem recens procusis aut fines istius consuetudinis, Graeca verba, quibus nulla vox Syriaca respondebat, in Syriaco sermone retinendi, nimis transilirent; antiquos denique scriptores elegantiores imitandos proposuit, nimirum *Ephraemum*, *Iacobum Sarugensem*, *Isaacum Syrum* et *Xenaiam Mabugensem*[b].

Nihilominus tamen abhinc reperimus linguam sensim ad peius ruentem; incipit ergo *argentea* linguae et litterarum aetas; loquendi usus et orthographia haud parum a priori differunt, elegantia scribendi ac subtile iudicium plane evanescit aut certe rarescit[c]. Saeculo vero VIII et IX lingua Syriaca crebriori Arabicae usu ab incolis una cum illa usurpatae magis deformata est; sec. X et XI ex oppidis, saeculo XII et XIII vero ex agris quoque est expulsa[d]. Permulti in Syria nati nunc Arabice scribebant, aut simul in utraque lingua, quorum, ut exemplum afferamus, *Gregorius Barhebraeus* fuit, etiam *Abulpharagius* dictus, (nat. 1226, obiit 1286.); insignem enim sese exhibet Arabicum perinde atque Syriacum scriptorem, ex Chronico Syriace prius scripto hortantibus amicis excerptum faciens Arabicum.

---

ris furtivis, *de litteris*, *quae invicem permutantur*, *de punctis quae positiones nominantur*, *et quae dictionibus apponuntur pluralibus*, *ut has a singularibus distinguant*, *de syllabis dictionum e litteris Syriacis compositarum* (proprie *litterarum Syriacarum*).

11) Asseman. Bibl. Or. III. P. I. p. 189 nomen illud significare *filium figulorum* affert.

12) Vid. Cod. Syr. Ecchell. XXVII, p. 42. cfr. Assem. Bibl. Or. III. P. I. p. 265.

13) Cfr. Assem. Bibl. Orient. III. P. I. p. 295.

a) Asseman. Bibl. Orient. II. p. 307 et 308 ex Barhebraei libro splendorum s. grammatica maiori.

b) Assem. Bibl. Orient. T. I. p. 478 sq.

c) *Wahlii* Morgenlaendische Sprachgeschichte p. 542.

d) *Eichhorn*. Geschichte der Litteratur. V Vol. pag. 433.

Annot. Wahlius [14]) saeculo quinto *auream*, decimo *argenteam*, duodecimo *aeneam* linguae Syriacae claudit aetatem.

11) Primus grammaticam accuratiori methodo tradidit *Io. Barzugbi* (ܝܘܚܢܢ ܒܪܙܘܥܒܝ), monachus Nestorianus coenobii Beth-Koke regionis Arbelae, qui ineunte tertio decimo saeculo [a]) florens, compositiones grammaticas, quae iam exstabant, collectas in unum volumen congessit. Duplex huius viri grammatica tam metro alligata, quam soluta oratione scripta cum aliis variorum de eadem re scriptionibus exstat manuscr. in bibliothecae Vatic. Codic. Syr. Ecchell. XXVII [b]). Metrica minor est, et quasi maioris compendium. Zugbium vero nostrum res grammaticas bene tractandi fuisse haud ignarum, ex brevi Assemanii descriptione [c]) facile est intellectu; septem scilicet distinguit partes orationis (ܩܠܝܣܬ ܡܠܬܐ): *nomen, verbum, pronomen* (ܫܡܐ ܦܠܓ), *participium* (ܫܡܐ ܘܦܠܓ), *adverbium* (ܠܐ ܦܠܓ), *praepositionem* (ܡܢ ܥܠ ܦܠܓ), *coniunctionem* (ܘ); qua tamen in re Graeca imitatus esse exempla videtur, cum graecae denominationes partium orationis accuratissime respondeant, et sicuti apud Graecos, *interiectio* desit, quam latinus sermo absente articulo partibus orationis adiunxit [d]). Praeterea Graecam huius partitionis originem nobis prodit illud, quod Syriacam linguam valde contorqueri in Graecis vocibus *ἀντωνυμία, ἐπίῤῥημα, πρόθεσις* accuratius in formatione reddendis videmus; confirmatque sententiam nostram inutilis ratio *participium* (*μετοχὴ*) in lingua Semitica tanquam peculiarem orationis partem distinguendi [e]).

---

14) Morgenlaendische Sprachgesch. p. 542 sq.

a) *Asseman.* Bibl. Orient. II. p. 485.

b) *Asseman.* Bibl. Orient. I. p. 578.

c) *Asseman.* Bibl. Orient. III. P. I. pag. 307:

ܠܐ ܦܠܓ ܩܠܝܣܬ ܡܠܐ ܕܐܬܝܡܪ . ܠܐ ܫܡܐ
ܕܐܬܝܡܪ ܡܠܐ ܕܩܠܝܣܬ ܘܠܐ ܡܠܐ ܕܐܬܝܡܪ
ܕܐܬܝܡܪ . ܐܝܟ ܕܦܠܓ ܠܐ ܕܐܬܝܡܪ . ܘܐܝܟ
ܕܐܬܝܡܪ . ܐܝܟ ܕܫܡܐ ܠܐ ܕܐܬܝܡܪ . ܐܝܟ
ܕܐܬܝܡܪ . ܐܝܟ ܕܦܠܓ ܠܐ ܕܐܬܝܡܪ . ܐܝܟ
ܕܐܬܝܡܪ . ܐܝܟ ܕܫܡܐ ܠܐ ܕܐܬܝܡܪ . ܐܝܟ
ܕܐܬܝܡܪ . ܐܝܟ ܕܦܠܓ ܠܐ ܕܐܬܝܡܪ . ܐܝܟ
ܕܐܬܝܡܪ . ܐܝܟ ܕܫܡܐ ܠܐ ܕܐܬܝܡܪ . ܐܝܟ
ܕܐܬܝܡܪ . ܐܝܟ ܕܦܠܓ ܠܐ ܕܐܬܝܡܪ . ܐܝܟ
ܕܐܬܝܡܪ . ܐܝܟ ܕܫܡܐ ܠܐ ܕܐܬܝܡܪ . ܐܝܟ

de partibus orationis et quot sint; de nomine, quod est prima pars orationis et de eius divisione; de iis, quae nomini accidunt, nimirum genus, species, numerus, figura, qualitas, casus; de substantia et accidentibus; de verbo, quod est secunda pars orationis; de iis, quae verbum consequuntur, i. e. opus, cogitatio, vox, et scriptura; de verbi definitione et divisione; de iis, quae verbo accidunt, i. e. genus, numerus, tempus, persona, qualitas, figura, modus.

d) Cfr. *Dionys. Halicarnass.* de compositione verborum sect. II. et interpretes ad illum locum; *Quinctilian.* Instit. Orator. lib. I. cap. 4. *Prisciani* col. 1024. Putsch. I. p. 635. ed. Krehl. Vid. *Osann.* ad Philem. p. XX. seq.

e) ܫܡܐ ܘܦܠܓ proprie *verbum nominis* s. *participium* quid in Syriaca lingua valeat, docent *Amira* in Gramm. Syriac. p. 251. et *Abrah. Ecchellensis* in Gramm. Syr. p. ܨܟ i. e. 228.; *Isaac Sciadrensis* in

Ad illud tempus alia quoque grammatici argumenti scripta minora pertinere videntur, quae nobis sunt servata, ut *rete punctorum*, id est de punctorum usu, auctore *Iosepho Bar-Malcon*, Mardae episcopo. Propter punctorum vocales exprimentium inopiam cum multa verba facile pro aliis haberi possent, plures de eiusmodi verbis ambiguis libros composuerunt, ut *Iosephus Huzita*, quem iam commemoravimus, *Honainusque*, deinde *Iosua Bar-Nun*, a. 820 patriarcha factus, et *Eudochus*, presbyter Meletinensis, cui *Assemanius* [a]) libellum quendam ordine alphabetico compositum tribuit in Vatic. bibliotheca adhuc exstantem: ܗܘܦܟܐ ܕܝܬܪܢ ܕܡܠܐ ܕܡܫܟܚ ܕܢܩܛܐ ܕܒܝܢ ܡܠܐ ܕܡܦܪܫ ܕܩܫܝܛܐ *distinctio vocum scriptura quidem similium, sensu vero differentium, quae per puncta distinctiva noscuntur et discernuntur.*

12) *Barhebraeus*, quo aequales vix ullum viderunt virum praestantiorem, inter Syrorum scriptores ab historicis et litteratoribus maximi est aestimandus, cum, ut hoc tantum utamur, Mogoles sub Hulacu irrumpentes ipse viderit resque ab illis gestas ac memorabilem aetatis suae historiam litteris mandaverit [b]); idem vernaculam grammatica et minori et maiori, utraque adhuc exstante excolere studuit [c]). Illa vero ܓ ܡܠܦܢܐ ܕܡܬܪܝܫ ܡܫܠ ܐܦܪܝܡ *Grammatica ad metrum Ephraemi* inscripta in Vaticana et academica Gottingensi bibliothecis servatur [d]); Grammatica *maior* allegorice ܣܦܪ ܙܘܗܪ̈ܐ i. e. *liber splendorum* vocatur, multoque est copiosior et maioris videtur momenti [e]); quatuor ei insunt partes: de *nomine* (ܟܠܐ ܫܡܐ), de *verbo* (ܟܠܐ ܦܥܠܐ), de *particula* (ܟܠܐ ܐܘܬܪܐ) et de *verbo nominis* (ܟܠܐ ܦܥܠ ܫܡܐ) [f]). Adiuncta est *ars metrica*, quae apud Syros perversissime et contra omnem pulcri sensum colebatur, cum magno perducti errore metris nimis artificiosis censerent veram poëseos naturam constare [g]).

Scriptum *de verbis aequivocis*, in Vaticana bibliotheca servatum idem *Bar-*

Gramm. ling. Syr. p. ܙ i. e. 233 sq. et *Greg. Barhebr.* in Gramm. Syr. breviori in Cod. MS. Gottingens. p. 16—17. vid. et §§. 49. et 57.

a) Bibl. Orient. III. P. I. p. 308.

b) Eius vitam adumbravimus in *hist. Syror. litterar.* l. l. p. 268 sq. et copiosius in Encyclop. Halensi T. VII. s. v. *Barhebraeus.*

c) Cfr. *Asseman.* Bibl. Orient. II. p. 307—308.

d) Ex bibl. Gotting. codicem manuscriptum inspiciendum et exscribendum accepimus grammaticam illam publici iuris facturi, eo scilicet consilio, ut quomodo Syri antiquiores linguam suam ipsi docte tractare conati fuerint, magis et facilius perspiciatur.

e) Cfr. *Renaudot.* liturgia orientalis Tom. II. pag. 470.

f) Apud *Arabum grammaticos* participium أسم فعل *nomen verbi* nominatur. Cfr. *Wahl* Elementarbuch der Arabisch. Sprache und Litteratur p. 158—159. Ita et *Isaac Sciadrensis* Gr. ling. Syr. p. ܙ hoc nomen Syriacum interpretatur.

g) Cfr. *I. G. Eichhornii* praefation. ad *Guil. Iones* poëseos Asiaticae commentarios p. XXII sqq.

hebraeus composuit [a]), et *librum scintillae* ܦܬܝܚܐ ܕܡܠܟܘܬܐ i. e. grammaticae epitomen, quam imperfectam reliquit [b]). Alius libellus grammatici argumenti, cuius auctorem haud novimus, anno 1459 p. Chr., ut ex inscriptione patet, absolutus etiam in Vaticanae biblioth. Cod. Ecchell. XXVII invenitur. Metro heptasyllabico conscriptus est hoc titulo: *de quatuor punctis radicalibus, quae distinctiva et magna dicuntur, auctore quodam philosopho* [c]).

De *serioribus libris grammaticis et lexicis* seculo XVI et XVII a Maronitis scriptis, e quibus grammatica *Amirae* locupletissima est et hac in re laude dignissima, vide §. 5. I, 2. et II, 3.

Annot. 1. Alios quoque grammaticos Amira in grammatica sua nominat; ut *Davidem* quendam *Pauli filium*, Syrum, qui annotationes in grammaticam scripsit [1]); deinde *Eliae* Syri grammaticam [2]) et quoddam eius fragmentum [3]), *Ioannem Estunoio* [4]) alumque *Ioannem Syrum* [5]), praeterea *auctorem grammaticae Chaldaicae sermone Arabico declaratae* [6]). Vid. §. 5. I, 2.

Annot. 2. Hac in §. praecipue in enumerandis Syrorum grammaticis accuratiores esse voluimus, quia quae hac de re tradidimus, ex multis variisque notitiis hic illic repertis colligere necessarium fuit, et quia hanc ipsam ob caussam diversissima atque dubia praesertim de primo grammatices praecepta proponendi periculo circumferri vidimus. Ut enim plurimi, *Wahlius* [7]) *Gaabius*que [8]) ex aliquo *Assemanii* loco supra allato [9]) ab *Iacobo Edesseno* medio saeculo septimo, ita alii, ut *Eichhornius* [10]), alium eiusdem scriptoris locum non satis diligenter inspicientes, anno 580 primam grammaticam scriptam esse aiunt. Omnibus vero notitiis, quascunque reperire potuimus, inter se comparatis quamquam primam grammaticam certo adsignare anno haud in promptu est, tamen supra demonstravimus, eam, qualiscunque fuerit, illo tempore esse antiquiorem, cum eius auctorem iam anno 575 mortuum esse extra omnem positum sit dubitationem.

13) Restat nunc, ut quaedam afferamus de Syrorum ipsorum periculis, quae in lexicis suae linguae colligendis fecerint. Litteratura Syriaca inter Semiticas, Arabica ut hac in re praestantiori excepta, insignis est lexicis saeculo IX et X Syriace conscriptis, quorum auctores cum sint Semiticae originis, licet ordine et copia nostris lexicographis solita careant, iis tamen multis in rebus certiores sint necesse est. Quae enim grammaticis supra nomi-

---

a) *Assem.* Bibl. Or. II. p. 308.
b) *Assem.* l. l. p. 272.
c) Cfr. *Assem.* Bibl. Orient. III. P. I. p. 308.
1) P. 1. et 32. alibi.
2) P. 9. 34 et 56 sq.
3) P. 58 et 249.
4) Pag. 57, 58 et 250.
5) Pag. 48.
6) Pag. 32, 40, 48, 56, alibi.
7) Morgenlaend. Sprachgesch. p. 538 sq.
8) Ueber die Litteratur der christl. Syrer in *Pauli* Nov. Repert. T. III p. 362.
9) Bibl. Orient. I. p. 475.
10) L. l. in Meusel's Geschichtsforscher T. V. pag. 139.

natis in perspiciendis accuratius firmiusque stabiliendis grammatices regulis erat sollicitudo, eadem et hos ipsos, et alios ad verborum non minus quam nominum propriam et primariam vim indagandam solertius simulque ad ea, quae in libris sparsim invenerant, in unum quasi thesaurum colligenda impulit. Originem inde suam lexica illa repetunt, quae tamen pleraque in vocabulariorum numerum sunt referenda, et partim ordine alphabetico utuntur, partim vero secundum materiem disposita sunt.

Honainus medicus (§. 4, 9.) scripsit lexicon compendiosum, de quo *Isa Bar-Ali* in praefatione lexici Syro-Arabici loquitur [1]).

Iosua Maruzaeus (ܝܘܫܘܥ) Bar-Ali tempore prior fuit, et in praefatione lexici ab hoc collecti commemoratur [2]).

Gabriel medicus, *Bochtiesu filius*, genere Elamita, Aaronis Raschidi Chalifae tempore floruit, non medicinae tantum, sed etiam linguarum Syriacae, Persicae et Arabicae peritus; scripsit idem, uti aequalis suus *Honainus*, lexicon Syriacum [3]).

His vero quae modo commemoravimus multo maioris momenti est illud, quod *Iosua* sive *Isa Bar-Ali* [4]), medicus, Honainique discipulus [5]), composuit lexicon. Floruit vir ille celeberrimus anno circiter 885 [6]), et lexicon eius Syro-Arabicum ordine alphabetico compositum, quod Abrahamo cuidam dedicavit, in Bibl. Vaticanae Codic. Ecchell. XXVII, in Medicea secreta, Dubliniensi in Hibernia [7]), et Lugduni Batavorum exstat [8]); eiusque in Bodleian. IV [9]) et Parisiis II Codices (Syriac. 290—291.) servantur. Praefationis eiusdem specimen Syriace, Arabice et Latine exhibet *Hottingerus* [10]), sed menda multa tam in textu, quam in versione deprehenduntur. Maruzaei et Honaini lexicis Bar-Ali, quod in praefatione ipse profi-

---

1) Cfr. *Hottingerum* in Bibl. Orient. p. 297.

2) Cfr. *Hottingeri* Bibl. Orient. p. 297.

3) *Asseman.* Bibl. Orient. T. III. P. I. p. 258.

4) Isa est Arabica nominis Iosuae in bibliis usitatioris forma; ideo utrumque idem significat, Isa vero in hoc viro appellando saepius utuntur.

5) *Assem.* Bibl. Orient. I. p. 630.

6) *Assem.* l. l. III. P. I. p. 257.

7) *Assem.* Bibl. Orient. III. P. I. p. 257.

8) In bibliotheca reg. Gotting. servatur apographum huius Cod. Lugdunens., olim iussu et auspiciis *Muenchhusii*, suasore *I. D. Michaeli* factum. Satis diligenter scriptum esse nobis videtur, haud raro tamen puncta diacritica aut omissa sunt aut male posita partim haud dubie codicis ipsius vitio. Ex Cod. MS. Lugdunensi hoc apographum, quod in littera *Nun* desinit, esse sumtum, ipse docet *I. D. Michaelis* in sua Lex. Syriac. Castelliani editione p. 2. In Arabicis *Bar-Ali* explicationibus multa sunt obscura; vocabula enim reperimus in lexicis frustra quaesita, certe e vitae communis usu ducta. Arabicae apposita est explicatio Syriaca; multae autem lexico desunt voces. Praeterea male est institutum, quod saepius non radices ipsae, sed formae earum participiales sub ܟ et ܐܬܦ, earumque tempora futura sub ܢ et ܐ proponantur, quo fieri solet, ut multa respicere debeas loca vocem quandam quaesiturus. Exemplum Lugdunense scriptum est anno Graecorum 1865 i. e. 1554 p. Chr. n. secundum epigraphen Arabicam in calce annexam. — Cfr. etiam Michaelis Beurtheilung der Mittel, welche man anwendet, die hebr. Sprache zu verstehen p. 239.

9) *Uri* Catalog. Codicum Orientalium. Codic. Syriaci 119—122.

10) Bibl. Orient. inde a pag. 295.

tetur[11]), usus est. Idem scripsit et *explanationem vocum exoticarum e Syriaco in Arabicum*, quae exstat in Biblioth. Vatican. Codic. Arabic. 81.[12]).

Ananiesus Barsaru, episcopus Hirtae (ﻪﺗﺮﺑ), qui sub annum 900 floruit, scripsit *vocabularium cum interpretamentis* (ﻪﻴﺴﻔﻨﻟا ﻪﻤﻫ ﻪﻠﻴﺼﻓ). Huius et aliorum virorum vocabularia cum ab amanuensibus ita sint permista, ut vix discerni queant, *Assemanius*[13]) illud, quod in Vatic. Bibl. Codic. Syriac. 4. exstat, *vocum Syriacarum interpretatio* inscriptum, huic *Ananiesu* adscripsit.

Opus vero in hac litterarum parte nobis longe utilissimum *Abulhasan, Isa bar Bahlul* (ﻞﻬﺑ ﻰﺴﻴﻋ ﻦﺑ ﻦﺴﺣﻮﺑأ) edidit. Lexicon illius, Syro-Arabicum circa annum 963 in coenobio Kuzchaia (ﺎﻴﺋﺪﻘﻟ) congestum, exstat manu scriptum Oxoniae Cod. Huntingt. 157. Marsh. 198., in Cantabrigian. bibl. Cod. 2492. (olim codex Erpenianus), in bibliotheca Laurentiana Florentiis inter Cod. Palatin. 327. 328., nunc 2. 3.[14]) et fortasse etiam aliis in locis. Ingens ex multis libris collectum volumen in fol., in quo multi auctores saepissime citantur utpote Syriace loquentes, ex quibus *Bar Seruschai*, *Zacharia*, *Raban Almeruzi* lexicographi esse videntur; ceteros partim adhuc ignotos, quos affert scriptores, *Castellus* in praefatione ad lexic. heptaglott. recenset; qua tamen in recensione plures reperies mendas[15]).

Annot. *Castellus* hoc quidem lexicon saepe adhibuit ei, quod ipse elaboravit; sed idem multa adhuc in lexicis et locupletandis et emendandis superesse in praefatione luculenter docet; itaque ad nostram usque exiguam Syriacae linguae scientiam augendam illud Barbahluli lexicon ab eruditis excerpatur necesse est. Quod ad oeconomiam huius lexici attinet, eam non diversam esse ab ea, quae supra Bar-Ali lexico inesse diximus, *Gesenius*, qui Oxoniensem Cod. Barbahl. MS. partim excerpsit, mecum benigne communicavit[16]).

Elias, quem inter grammaticos commemoravimus, scripsit et *nomenclatorem Syro-Arabicum* non ordine alphabetico, sed secundum materias dispositum. Exstat ille manu scriptus in biblioth. Vaticanae Codic. Ecchellens. XXVII, etiam in bibliotheca Gothana, ubi eum nobis inspicere licuit; duplex eiusdem exemplum in bibl. Bodleiana Codic. 310 et 3069 servatur. Eundem addita latina interpretatione typis Congregationis de Propag. fide *F. Thomas a Novaria* 1636 in 8., suppresso licet Eliae nomine edidit, mendis vero multis inquinatum.

Gothae etiam aliud *lexicon anonymum* Syriacum servatur, sed eius initium desideratur.

De his omnibus Syrorum lexicis et Syriace et Arabice scriptis conferendus est *Gesenius* in *Commentatt. Oxoniens.* P. I. brevi edendarum. Cfr. *eius* hebr. und chald. Handwoerterb. ed. 2. p. XXII sq.

---

11) Hotting. Bibl. Orient. p. 297.
12) Cfr. Asseman. Bibl. Or. III. P. I. p. 257.
13) Bibl. Or. III. P. I. p. 261.
14) *Adler* version. Syriac. p. 99.
15) *Lorsbachii* Archiv. I. p. 12.
16) Vid. *eiusdem* hebr. und chald. Handwoerterb. ed. 2. p. XXIII.

14) Prisca Syrorum lingua etsi iam saeculo XII exeunte ab Arabica paene summota erat sermoque vulgaris esse desierat, in sacris tamen cultuque divino apud omnes diversasque Syrorum ecclesias partesque etiam seriori tempore usurpata est, ut apud *Maronitas* [a]), quorum plures saeculo XVI, XVII et XVIII Syriaca institutione (§. 5. I, 2.), mirifica eruditione et praecipua librorum Syriace scriptorum cognitione atque diligentia insignes fuerunt, qua litterarum monumenta undique collegerunt et conservare studuerunt, *Moses Mardenus* scilicet, *Amira*, *Isaac Sciadrensis*, *Iosua Acurensis*, *Abrahamus Ecchellensis*, *Assemanius uterque;* deinde apud *Nestorianos* [b]) et apud *christianos Sancti Thomae* inter Indos versantes [c]), quamquam Maronitis et Nestorianis *Arabice*, christianis vero Sancti Thomae *Malabarice* vulgo loqui solenne est.

Annot. *Nestoriani* ubique officia divina, quae dicuntur, in lingua Syriaca celebrant, Epistolam et Evangelium, primum Syriace, deinde vulgari sermone ad populum recitantes; idque non solum in Syria, Mesopotamia, Chaldaea et Perside, sed etiam in India, Tataria et Sinis. Ceterae Syrorum gentes, ut *Maronitae*, *Iacobitae* et *Melchitae* Syriaco quidem idiomate in sacris utebantur olim atque etiam nunc utuntur: sed Melchitae, ritum Graecum sequentes, Syriacae linguae Arabicam cum Graeca commistam omnino substituerunt; Maronitae vero et Iacobitae praeter scripturae lectiones etiam in precibus hymnisque Arabicum sermonem pro Syriaco usurpant, et cum Syriaco passim et pro arbitrio coniungunt [1]).

15) *C. Niebuhrius* quidem [d]) Syriacam linguam in paucis Syriae regionibus adhuc vernaculam esse ait, nominatim *in pagis quibusdam montanis*, et *Wahlius* [e]) christianorum idioma in vicis *circa Merdin et Mosul*, quod idem *Niebuhrius chaldaicum*

---

a) De illorum historia praeter ea, quae *Asseманius* in Bibl. Orient. I, 498 sq. affert, brevem omnium rerum memorabilium narrationem ab ipsis gestarum invenies in notissimo illo *Volneii* libro: *Reise nach Syrien und Palaestina* II. p. 7 sq. convers. Germanic.

b) Cfr. de illis tractatum copiosum in *Asseman.* Bibl. Or. T. III. P. II; et *Eichhornii Geschichte der Syrer* (i. e. *Nestorianorum*) in *Meusel's Geschichtsforscher* T. V. p. 117 — 147.

c) Cfr. *Asseman.* Bibl. Orient. T. III. P. II. in pluribus locis et *Fr. Wrede* account of the St. Thomé christians on the coast of Malabar in *Asiatik Researches* VII. p. 362 — 380. Coll. *Staeudlin's Magazin für Religion, Moral und Kirchengeschichte* IV. p. 92 sq. Ii a *Nestorianis* non tanquam diversa religionis christianae pars differunt, sed regione tantum, quam incolunt, distinguuntur.

1) *Asseman.* Bibl. Orient. T. III. P. II. p. 377 sq.

d) Reisebeschreibung nach Arabien und andern umliegenden Laendern. Bd. II. p. 352. Cfr. Voyage de *M. Niebuhr* en Arabie et en d'autres pays de l'Orient avec l'extrait de sa description de l'Arabie et des observations de Mr. Forskal. En Suisse 1780. T. II. p. 275. *En Syrie*, ait, *et en Palestine, on n'entend parler qu'arabe, il est vrai; mais le syriaque n'est pas cependant une langue morte, et on le parle encore dans plusieurs villages du gouvernement de Damask.*

e) Morgenlaendische Sprachgesch. p. 546 sq.

nominat [a]), Syriacum esse existimat. Quae res, quamquam ob *Niebuhrii* auctoritatem plurimis probata est viris doctis, parum tamen nobis videtur firma et stabilita. Abiit quidem in eandem sententiam alius Syriae terrarumque vicinarum viator, *W. G. Brownius* [b]), qui in oppidis *Wara* et *Malala* Damascum inter et Balbek sitis linguam Syriacam contendit in usu esse; sed hac in re ne *Niebuhrio* quidem, alioquin fide dignissimo, cum linguam Syriacam ignoraret, multum tribuas necesse est. Quid? quod non modo *Ferrières-Sauveboeuf* [c]), sed etiam, quod maioris est momenti, *Volneius* huic rei contradicit [d]), qui illo *Niebuhrii* nuntio incitatus, hanc rem accuratius ac diligentius investigavit, Syriacamque linguam non amplius vigere, sed prorsus emortuam esse invenit. Qui vero eum secuti sunt in illis terris perscrutandis *Chateaubriand* [e]), *Seetzen* [f]), *Mayr* [g])

---

a) L. l. enim addit: *Dans beaucoup d'endroits aux environs de Merdin et de Mosul, les chrétiens parlent le chaldéen et les habitans des villages qui ne fréquentent pas les villes, n'entendent que cette langue, qui leur est maternelle. Elle ne l'est pas pour les chrétiens nés dans les villes même de Merdin et de Mosul, qui au lieu du chaldéen, parlent l'Arabe, qu'ils écrivent avec des lettres chaldaïques, comme les Maronites écrivent aussi l'arabe avec des lettres syriaques, et les Grecs le turc avec des lettres grecques.* Vid. descript. de l'Arabie p. 81.

b) *W. G. Brown's* Reisen in Afrika, Egypten und Syrien, aus dem Englischen uebersetzt und mit Anmerkungen versehen von *M. C. Sprengel;* etiam sub hoc titulo: Bibliothek der neuesten Reisebeschreibungen T. I. p. 489: *Bald nachher kamen wir nach Wara, einer kleinen Stadt, auf der noerdlichen Seite der Landstrafse. Merkwuerdig ist es, dafs sich blofs hier und zu Malala das Syrische noch immer als eine lebendige Sprache erhaelt, die der Vater den Sohn lehrt, ohne hierzu eines Buchs benoethigt zu seyn. Es schien mir, als wenn sich zwey unsrer Mauleseltreiber viel lieber in dieser als in arabischer Sprache unterhielten, wiewohl die letztere mit jener viel Aehnlichkeit hat.*

c) Mémoires historiques, politiques et geographiques des voyages du Comte de *Ferrières-Sauveboeuf*, faits en Turquie, en Perse et en Arabie depuis 1782 jusqu'en 1789. Tom. II. p. 169.: *Les Maronites se sont encore établis dans les environs du Mont-Liban, où ils ont bâti plusieurs Monastères. Quoiqu'ils soient sujets au Siège de Rome, ils ont leur rite en langue syriaque, qu'ils bredouillent sans l'entendre.*

d) Voyage en Syrie et en Egypte, pendant les années 1783, 1784 et 1785. T. I. p. 331 sq.: *L'idiome général de la Syrie est la langue arabe. M. Niebuhr rapporte, sur un oui-dire, que le syriaque est encore usité dans quelques villages des montagnes; mais quoique j'aye interrogé à ce sujet des Religieux qui connoissent le pays dans un grand détail, je n'ai rien appris de semblable: seulement on m'a dit que les bourgs de Maloula et de Sidnâïa, près de Damas, avoient un idiome si corrompu, que l'on avoit beaucoup de peine à l'entendre. Mais cette difficulté ne prouve rien, puisque dans la Syrie, comme dans tous les pays Arabes, les dialectes varient et changent à chaque endroit. On peut donc regarder le Syriaque comme une langue morte pour ces cantons. Les Maronites, qui l'ont conservé dans leur liturgie et dans leur messe, ne l'entendent pas pour la plupart en le récitant.*

e) Vid. *F. A. de Chateaubriand itineraire de Paris à Ierusalem et de Ierusalem à Paris en allant par la Grece, et revenant par l'Egypte, la Barbarie et l'Espagne.* ed. 2. 1811. 3. Tom.

f) *U. F. Seetzenii* itinerarium invenitur in *von Zach's monatlicher Correspondenz zur Befoerderung der Erd- und Himmelskunde* T. XII sq. et in *Fundgruben des Orients.* Cll. *a brief account of the countries adjoining the lake Tiberias, the Jordan, and the dead Sea.* London. 1810.

g) Schicksale eines Schweitzers waehrend seiner Reise nach Jerusalem und dem Libanon, von ihm selbst beschrieben. St. Gallen. 1815.

Clarke [a]), *Forbin* [b]), *Joliffe* [c]), *Buckingham* [d]), *Legh* [e]), *Burckhardt* [f]) *et Scholz* [g]) aut hanc rem omnino praetermiserunt, aut loca ea, in quibus *Niebuhrius* Syriacam linguam vigere ait, ipsi non perlustrarunt. Etenim *Burckhardtus* quoque, cum diligente et accurata observatione, tum veri studio nemini cedens, nihil hunc in finem attulit, nisi Maronitas aliquot ad *Kascheiae* coenobium non solum linguae Syriacae cognitione excellere, sed etiam Syriace loqui posse [h]), pariter ac nos latine loqui discimus [i]). Quae cum ita essent, antiquam Syrorum vernaculam inter linguas mortuas esse referendam, non temere statuisse nobis videbamur.

§. 5.

Syriaca lingua recentiori aetate grammaticis et lexicis culta.

Inter Europaeos inde ab initio saeculi XVI non omnino defuerunt, quibus quaedam, quamvis mediocris, esset Syriacae linguae cognitio. Quorum primum, *Theseum Ambrosium*, iuris consultum, Syri *Acurius Iosephus Sacerdos*, *Moses Monachus Diaconus* et *Helias Hypodiaconus* Romam Leone X pontifice maximo ad Lateranum concilium missi litteras Syriacas docuerunt inde ab a. 1514. [k])

---

a) *Travels in various countries of Europe, Asia and Africa by Edw. Dan. Clarke.* 8 Vols. 8. Lond. 1818.

b) *Voyage dans le Levant en* 1817 et 1818 *par M. le Comte de Forbin.* Paris 1820. ed. 2.

c) *Letters from Palestine, descriptive of a Tour through Gallilea and Judea, with some account of the dead Sea etc. by T. R. Joliffe.* London. 1820. 8. ed. 2.

d) *Travels in Palestina through the countries of Basan and Gilead, including a visit to the cities of Geraza and Gamala in the Decapolis.* Lond. 1821. 4.

e) *Leghii* itinerarium adiectum est illi, quod *William Macmichael* edidit *Journey from Moscow to Constantinople in the years* 1817. 1818. London. 1819. 4. p. 181 sq.

f) *J. L. Burckhardt Travels in Syria and the holy Land.* Lond. 1822.

g) *J. M. A. Scholz Reise in die Gegend zwischen Alexandrien und Paraetonium, die libysche Wueste, Siwa, Aegypten, Palaestina und Syrien in den Jahren* 1820 *und* 1821. Leipzig. 1822.

h) *Travels in Syria and the holy Land.* p. 22.: *Three hours distant from Kanobin* (quod coenobium Maronitarum patriarcha habitat) *at the convent Kashheya, which is near the village Ehden, is a printing office, where prayerbooks in the Syriac language are printed. This language is known and spoken by many Maronites, and in this district the greater part of them write Arabic in the Syriac characters. The names of the owners of the silk-worms were all written in this character in different hands, upon the bags suspended in the church.*

i) Non vernaculam iis esse linguam Syriacam, docet idem *Burckhardtus* alio loco, (*Travels in Syria* etc. p. 186.) de schola Maronitarum, in qua clerici erudiuntur, in coenobio Ain Varka (عين وارقة) ante aliquot annos instituta inter alia ita disserens: *Besides the Arabic language they are taught to speak, write and read the Syriac.*

k) *Thesei Ambrosii* introductio in Chaldaicam linguam, Syriacam atque Armenicam et decem alias linguas fol. 14.: *paucos abhinc annos* (editus est liber a. 1539, in quo imprimendo plures consumebantur anni) *ab Iulio eius nominis secundo, Pontifice maximo, convocato oecumenico inchoatoque Concilio et sub Leone Decimo perseverante, venere Romam ad Synodum a Presbitero Iano seu Ioanne directi Indi. Venerunt et Syri Chaldaei, Iosephus Sacerdos, Moyses monachus diaconus et Elias. Quorum sacerdos cum divinam lyturgiam (quam missam he-*

Acri ille animo difficile subiit studium et ne senex quidem deseruit; codices ut sibi compararet magnam dedit operam; sed fortasse omnia, quae multo sudore didicerat, prorsus periissent [a]), nisi is, quem has litteras restituisse haud immerito aiunt, *Albertus Widmanstadius*, iuris consultus et ex Caroli V imperatoris comitatu Bononiam a. 1529 profectus forte cum eo convenisset et a sene illo ad Syriacam linguam discendam excitatus libentissime ipsius institutione usus atque apographo antiquae Syriacae evangeliorum conversionis donatus esset [b]). Qui qui-

---

braico (?) nomine appellamus) celebrare sacraque Deo offerre munera intenderet, nec prius illi permissum, quam quo ritu sacrosanctum munus perficeret et quibusnam verbis in conficiendo uteretur, clare intellectum foret. Tuncque mihi a Reverendissimo Cardinali Sanctae Crucis, apud quem fuerant hospitio recepti, delatum fuit onus, ad verbum (quod dicitur) libellum missae chaldaicae transferendi. Tum ego, ne munus assignatum defugisse viderer, operae pretium me facturum arbitratus sum, si ascitis mecum Hebraicis et Punicis, seu Arabicarum litterarum gnaris, quod vix tunc temporis elementa chaldaica, hebraica atque punica cognoscebam, ad id exequendum me protinus mature accingerem. Rogavique primum hominem quendam dicaculum olim hebraeum, — — et dum ad rei effectum devenissemus, non mihi omnino satis pro voto faciebat, proinde Iosephum Gallum, Hebraeum Doctorem et illius celebrati nominis Rabbi, Iulii pontificis medici, physici filium — — — rogavi, ut in re hac paululum operae tribueret. — — Nec sane defuit. Elia namque Chaldaeo, verba Chaldaice et Arabice (quod scilicet Syriacum omne vulgus ea lingua passim utatur) recitante, ille mihi materno nec minus latino referebat sermone. Atque hoc a nobis modo in scriptis redacta sunt omnia et praedicto Cardinali una cum dictis Chaldaeis et Iosepho pariter consignata. Dataque tum fuit Chaldaeis istis Syris libera in Urbe licentia libertasque sacra celebrandi. Cfras et fol. 78. a. *et Widmanstadii* praef. ad suam N. T. Syriaci edit. p. 19 sq.

a) Permultae quoque turbae illius temporis studiis Ambrosii nocuerunt, ut ipse fol. 15—16. *Introduct. Chald.* monet. „*Id*, ait enim, *animo ac mente concepi, ut — — Psalterium Chaldaicum ex Syria advectum in publicum ederem. Cum — — aeneis comparatis typis conflatisque ex convenienti metallo litterarum formulis et adiecta pene manu post maximos infinitosque propemodum sumptus, — — iam necessariis omnibus ordine suo dispositis chalcographoque ad rei expeditionem parato, Psalterium illud chaldaicum et collectanea quaedam nostra, ad linguae illius multarumque aliarum linguarum lectionem, notionem, mutuamque inter sese conformationem spectantia, in unum volumen redacta, propediem imprimenda sperarem: ad annuam patrum meorum synodum Ravennam proficiscor et dum dissolutionis finem praestolor reditumque in patriam desidero, — — patria mea infelix — — civitas — — a Gallorum exercitu obsidetur, — — vi capitur. — — — — Factumque est, ut in illa immani clade ac patriae ruina omnia quoque mea, librorum inquam — — — gratam supellectilem — — in uno fere temporis momento perdiderim. — — Post septem vero annos — — in manibus publici cuiusdam fartoris reperto iam semilacero Psalterii libello — — iterum ad illius publicationem animum adieci, praemissa nihilominus quadam prius ex locupletissima illa iam deperdita nostra, ad linguarum multiplicium notitiam introductione, particula.*“

b) *Widmanstadius* in praef. ad suam N. T. Syriaci editionem p. 18 sq. ita rem narrat: „*Arabicae et Syrae linguae fundamenta quaedam exilia, urgente quasi numine, iacta fuerunt Romae primum, Leone X Pont. Max. Christianam remp. administrante. Nam cum is patrum concilium a Iulio II convocatum, ad Lateranum haberet, missi eo ex Syria fuerunt Legati Acurius Iosephus sacerdos, Moses monachus diaconus, et Helias Hypodiaconus, homines religiosi et eruditi, qui Theseum Ambrosium Albonesii Regulum, iurisc. litteras Syriacas tum docuerunt. Is annis postea multis intra monasticas cellas (erat enim voto suo S. Augustini Canonico instituto obstrictus) meditando tantum perfecit, ut Syri quoque ingenium ipsius et acrem praesentemque in eo labore animum vehementer admirarentur. Ceterum cum ego a. 1529*

dem quarto anno post Sienae in bibliotheca Lactantii Ptolemaei reperit quatuor Evangelistarum libros una cum nonnullis Ephraemi et Iacobi Syrorum opusculis, quae sibi exscripsit, ita ut Syriacae linguae cognitionem suam magis augere et certiorem reddere posset, qua in re *Simeonis*, Syrorum, qui iuga Libani incolunt, Episcopi Catholici institutio multum eum adiuvit [a]). Haud multo post, dum vir ille diligentissimus Novum Test. Syriacum typis excudere frustra studebat, anno 1552 *Moses Mardenus* (Meredinaeus), sive *Antiochenus*, uti nominari maluit, ab Ignatio, patriarcha Antiocheno ad Iulium III papam Romam missus est cum ob alias caussas gravissimas, tum ut vetustis iisdemque optimis instructus codicibus Novum Test. Syriacum imprimendum curaret [b]). Quod quidem utroque viro coniuncto anno 1555 sumtibus Ferdinandi imperatoris Viennae perfectum; quo facto primus liber Syriacus impressus est. Mosis autem illius familiaritatem atque institutionem cum omnes litterarum orientalium cultores, tum praecipue et *Andreas Masius* ambivit [c]), qui etiam iam antea *Sulaca* (سولاقا Arabice صعود) Seleuceno sive Mozollano [d]) magistro usus erat. Mox grammaticae et lexica prodierunt, quibus quicunque in Syriacam librorum sacrorum versionem tractandam incumberent, valde adiuti sunt. Uti vero Romanae ecclesiae coniunctione cum Maronitis inita prima hanc linguam discendi copia erat facta, ita etiam Romae praecipue illius studium floruit ibique inde a saeculo XVI exeunte ab eruditis Syris (*Amira*, *Abrahamo Ecchellensi*) praestantissima in

---

in divi Caroli Caesaris invictissimi, Sacri diadematis caussa Bononiam proficiscentis comitatu essem et mihi contubernalibusque meis Regii Lepidi, a metatoribus hospitium iuxta coenobium, ubi Theseus iam senex vitam agebat, forte attributum fuisset, postridie eius diei templum ingressus, venerandum senem casu obvium salutavi, qui ut me de Coenobii Bibliotheca rarisque in ea libris sciscitari intellexit, e vestigio in conclave introduxit, et arreptis e pluteo SS. Evangeliis Syriace scriptis, Hospes, inquit ingemiscens, peregrinis his studiis deditus sum annis circiter XV eaque sine rivali ad hanc diem amavi. Utinam obveniat mihi aliquando prompto paratoque ingenio vir, qui sermonem hunc Iesu Christi sanctissimi labris consecratum, posteris tanquam per manus tradendam, nam aetas mihi prope iam exacta est, a me accipere velit. Cui ego, pater, inquam, si paucarum horarum operae parcere nolueris, auditorem me habebis in hac ipsa expeditione expeditissimum. Quo audito Theseus omneis in ea lingua thesauros multo sudore sibi comparatos protulit, manuque sua, quantum angustia temporis, ingeniique mei vires tum ferebant, ex commentariis suis descripsit, et mihi ea obtestatione suppeditavit, ut quo me beneficio tum complecteretur, id olim apud Ecclesiam Iesu Christi collocarem.“

a) Cfr. *Widmanstadii* praefat. ad suam Novi Test. Syriaci editionem p. 20.

b) *Widmanstad.* l. l. fol. 12 et *Mülleri* Symbol. Syriacae I. p. 1. et II. p. 37.

c) *Muelleri* symbol. Syriac. p. 1 sq., ubi litteras ab utroque scriptas invenies; *Waseri* instit. linguae Syrae in praefationis initio et *Masii* Grammat. Syr. in Bibl. Polygl. Antwerp. Tom. VI. p. 4. et 14. et in Pecul. Syr. ibid. pag. 8. et 45.

d) De hoc viro eiusque historia memorabili vid. Asseman. Bibl. Orient. I, p. 523 sq.

lucem prolata sunt opera. *Moses* iam *Mardenus* grammaticam et dictionarium Syriace conscriptum secum in Europam tulerat [a]); deinde vero codices plurimi ex omnibus Asiae partibus conquisiti in bibliothecam Vaticanam migrarunt, ita ut Romam, hanc rem si respicias, veram Syriacae eruditionis sedem iure vocaveris. Praeterea continua Romanae ecclesiae cum Syriacis ecclesiis consuetudo necessario postulabat, ut illius sectatores ritus, liturgias, antiquitates et historiam ecclesiasticam accuratius inspicerent linguamque ideo Syriacam callerent. In cuius studio propagando et adiuvando Romanae orientalium litterarum typographiae cum illo Maronitarum collegio et cum congregatione de propaganda fide coniunctae multum profuerunt; deinde aliis quoque locis, uti Viennae iam 1555, Genevae 1569, Antwerpae inde ab 1571, Lugduni Batavorum inde ab 1594, Vitembergae 1611, Cothenis Anhaltinorum 1621 et fere ab omnibus academiis Syriacae typographiae sunt institutae. Neque apud Maronitas montem Libanon colentes Syriacae linguae studium evanuit omnino; quippe quorum nonnulli certe codicibus describendis, interdum et libris componendis operam dederunt. (N. 3.) Recentiori tempore in coenobio *Kascheia* ad vicum *Ehden* typographia est instituta, qua saltem breviaria et formulae precum Syriace scriptae vulgantur [b]). Multi vero Europaei, inprimis Germani linguae illius recens impertitae studium magna cum diligentia propagarunt, variam probe perspicientes utilitatem omnibus linguis Semiticis et sacrarum scripturarum interpretationi et illustrationi inde redundaturam. Sed subsidiis destituti id tantum praestiterunt, ut Novi Test. Syriaci editiones multiplicarent, idque legentibus grammaticas et lexica crebro subministrarent; alios vero libros Syriacos cum ne vidissent quidem, nedum perlegere potuissent, in institutionibus suis respicere sane nequibant. Sic res diu mansit. Ineunte demum saeculo XVIII *Iosephus Simonius Assemani*, quo viro immortali Europa nunquam vidit linguae atque litteraturae Syriacae peritiorem, limites angustos, quibus harum litterarum studium erat inclusum, feliciter superavit tanta ac tam varia ex thesauris in bibliotheca Vaticana scatentibus depromens, ut fere toti nostrae christianorum Orientem habitantium cognitioni haud speratam adduceret lucem novisque stimulis ad accuratius litterarum orientalium studium impelleret. Haud multo post *Benedictus* et *Steph. Evod. Assemanius* Syriaca *Ephraemi* opera 1743, hic et *acta martyrum orientalium* 1748 Romae ediderunt. Sic creverat plenior linguae Syriacae cognitio, auctaeque erant opes, ex quibus illa

---

a) *Masii* Grammat. Syriac. p. 4 et 14. in Bibl. Polygl. Antwerp. T. VI.

b) *Burckhardt* Travels in Syria and the holy Land p. 22. cfr. §. 4, 15. not. h.

promenda esset. Iam initio saeculi XVIII *Schaafius* ex Syriaca N. T. versione lexicon concordantiale composuerat, quod non amplius satisfaciebat; grammaticae quoque ab *Opitio* tantum meliorem in ordinem redactae, et a *Ludovico de Dieu* ex reliquarum dialectorum analogia bene illustratae, in qua antea passim non ea quae ex libris Syriacis fideliter excerpserant, sed quae sibi aliqua ex analogia finxerant grammatici, proposita invenis, nunc demum contigit ab exactissimo eoque eruditissimo *Chr. Bened. Michaeli* perspicue simulque accurate retractari. Cuius deinde filius, *Ioh. Dav. Michaelis*, grammatica Syriaca et Syriaco Castelli lexico editis, *Brunsius* et *Kirschius* Barhebraei chronicon a. 1788—1789 evulgantes et Latine vertentes, *Adlerus* praecipue versiones N. T. Syriacas perscrutans de lingua Syriaca optime meriti sunt. Quibuscum et *Lorsbachius*, cum in aliis tum in Aramaeis litteris singulari eruditione miraque simul modestia insignis, grammaticae perficiendae et veriori locorum in libris Syriacis difficilium explicationi magnam dedit operam; praecipue vero quantum lexicon Syriacum ab eo, quem consequi potest et debet, perfectionis gradu adhuc distet, probe perspiciens, ad Castelli lexicon a Michaeli locupletatum ex omnibus libris impressis et aliquot manuscriptis, quae prorsus deerant verba aut quorum significatio adhuc dubia erat relicta, diligenter collegit et annotavit; sed mors praematura eum quo minus id, quod susceperat, opus utilissimum omnino absolveret atque finiret, proh dolor! impedivit. Dum supellectili eius locupletissima, quam inspicere nobis licuit, in ordinem redacta lexicon diutius sperabamus editum iri, certiores facti sumus, *Etienne Quatremère* Parisiis non solum omnes libros impressos sed etiam aliquot manuscriptos codices perlegisse et iam thesauros quoque litterarios Oxoniae Romaeque diu latentes aditurum esse, ut perfectum componere possit lexicon Syriacum, nobis gratulantes talem virum, ne litterae orientales detrimenti hac parte aliquid capiant, tandem consuluisse. Uti vero in lexico Syriaco, ita et in grammatica Aramaea multum adhuc esse supplendum et emendandum, idem *Lorsbachius* saepissime [a]) et *Gesenius* passim [b]) ostenderunt. Quo diligentius et felicius *Arabicam* linguam *Silvestre de Sacy*, et Hebraeam *Gesenius*, uterque in his litteris facile princeps, in libris suis grammaticis illustrarunt, eo magis videtur necessarium, ut quae illi viri celeberrimi invenerunt et emendarunt, cognatis quoque dialectis novam et iam diu desideratam lucem afferant.

---

a) Cfr. e. c. *Paulus* neues Repertorium III, 103 sq.

b) In libro suo: *Lehrgebaeude der hebr. Sprache.*

Iam, postquam, quae fuerint recentiorum in Europa in litteras Syriacas merita, obiter exposuimus, restat, ut, quae ab illis editae sunt grammaticae et lexica, eas nominatim recenseamus.

I. *Grammatici.*

1) Qui primi grammaticam Syriacam recentioribus temporibus elaborandam sibi susceperunt, cum iis, quae a Syris ipsis de hac re scripta erant (§. 4, 9—12.) prorsus destituerentur, omnia, quae in institutionibus suis proposuere, a magistris Syris discerent, necesse erat. Qua de re per se facile colligitur, primos huius rei conatus mancos fuisse nec nisi minimam grammaticae partem spectantes; accedit autem, quod illi Syri Syriaca lingua non amplius tanquam vernacula uterentur, sed ipsi grammaticarum et lexicorum ope hanc emortuam didicissent linguam, multisque in rebus incerti essent [a]). Qui primus inter Europaeos exstiterat linguae Syriacae gnarus, idem primum quoque grammaticae linguae componendae fecit periculum, *Theseus* nempe *Ambrosius* a. 1539. Cuius institutio iam ab initio, ut videtur, perrara, grammaticos antiquiores, quin etiam doctum huius viri discipulum, *Widmanstadium*, omnino latuit. Ducem ergo hac in re se praebuit *Widmanstadius* anno 1555 prima elementa Syriacae linguae edens; quem *Immanuel Tremellius* 1569 excepit. Qui vero sequenti anno 1570 grammaticam edidit, *Andreas Masius* eas, quae iam exstabant, omnino non novisse videtur [b]); hic et *Tremellius* praeter elementa iam magnam etymologiae partem proposuerunt atque illustrarunt; Masii vero, Tremellio multo praeferendi, vestigia *Caspar Waserus* persecutus est.

---

a) *Andr. Masius* in grammat. Syr. in Polyglott. bibl. Antwerp. p. 10. „*verum*, ait, *non potuit mihi meus doctor* (*Moses Mardenus*), *quamvis saepe multumque rogatus, ullam istarum rerum* (vocalium quantitatis) *explicare rationem certiorem, quam ut diceret, in grammatica definitas esse de iis leges. Sed grammaticam neque ipse memoriter tenebat, neque librum, quem ex Assyria asportarat, apud se habebat; reliquerat enim Venetiis. Quare nos illius modo subtilibus magis, quam necessariis artis praeceptis aequo animo careamus, tantisper, dum alicunde ea, quam ille dicebat, grammatica pervulgetur edaturque in lucem.*“

b) Ait enim *Masius* in praefat. ad grammatic. p. 4.: „*nunc autem veniam iure postulare videor, si nimis rudia haec rudimenta atque inchoata aut etiam manca tibi mitto; qui praeter talium librorum accuratissime atque emendatissime scriptorum penuriam, qua maxime impedior, neque facultate insuper vacui atque liberi temporis neque ingenii ubertate affluo; neque ullius hominis, quae sequar, vestigia hac in re ante me video.* Deinde de *Widmanstadio* loquitur, sed rudimenta illius ne verbo quidem commemorat; inscripsit quoque librum suum: *opus novum et a nostris hominibus adhuc non tractatum.* Vid. et *eius* Pecul. Syriac. in Bibl. Antwerp. T. VI. p. 2. Qua re factum putamus, ut multi *Masium* grammaticorum primum fuisse referrent, ut *Pfeifferus* (Critic. sacr. cp. X. §. 3. III. et Introduct. in Orientem p. 40 sq.) et *Bohnius* (de fatis studii linguarum orientalium inter Europaeos p. 46).

Theseus Ambrosius grammaticam ita inscripsit: Introductio in Chaldaicam linguam, Syriacam atque Armenicam et decem alias linguas. Characterum differentium alphabeta, circiter 40 et eorundem invicem conformatio. Mystica et Cabalistica quamplurimum scitu digna. Et descriptio ac simulachrum Phagoti Afranii. *Theseo Ambrosio* ex comitibus Albonesii I. U. Doct. Papiensi. Canonico Regulari Lateranensi ac Sancti Petri in Coelo Aureo Papiae Praeposito Authore. 1539. — Linguarum vero et Alphabetorum nomina sequens pagella demonstrat, quae hoc loco praetermittere liceat [1]). In fine (fol. 213. b.) legimus: Excudebat Papiae Ioan. Maria Simoneta Cremonensis. In Canonica Sancti Petri, in Coelo Aureo. Sumptibus et Typis authoris libri. Anno a virginis partu 1539. Quinto Kal. April. Liber ipse 15 capita complectitur; cap. 1. Alphabetum Chaldaicum [2]), cap. 2. connexiones nominum ex alphabeto, cap. 3. de nominibus Deo attributis ex ordine litterarum, cap. 4. de divisione litterarum in vocales et consonantes, in quo de omnibus aliarum linguarum vocalibus et multa scitu digna, cap. 5. de consonantibus Chaldaicis ac ceterarum linguarum, in quo descriptio phagoti Afranii [3]) et curiosa multa, cap. 6. de litteris puncto rubro notandis, cap. 7. de vocalium Hebraicarum, Chald. et Arab. notis, cap. 8. de instrumentis, quibus litterae proferuntur, cap. 9. de litteris duplicibus Hebr. Chald. et Punorum, cap. 10. de litteris radicalibus et servilibus et inibi cabalistica plura, historiae et curiosa, non ingrata quaedam, cap. 11. de numeris Chald. et mos numerandi, et cap. 12. de syllabis servilibus Chaldaeorum. Reliqua linguam Armeniorum respiciunt; additur vero et *exercitamentum Chaldaicum et Armenicum* fol. 184—185. Tota fere introductio in regulis de legendis vocibus Syriacis versatur, attamen nonnullae formae haud male explicantur praecipue inde a fol. 135. b.

Aug. Caninii institutiones linguae Syriacae. Paris. 1554. In praefatione ait, se in consilium adhibuisse doctissimorum christianorum et Iudaeorum iudicium, multorum codicum collationem et postremo aliquot annorum laborem. Sine dubio in Hispania, ubi diu versatus est, adeundi et perscrutandi codices illos nactus est opportunitatem.

Widmanstadius grammaticam suam inscripsit: ܩܕܡܝܐ ܕܠܫܢܐ ܣܘܪܝܝܬܐ ܐܝܠܝܢ ܫܘܪܝ ܕܡܨܠܘܬܐ ܕܐܝܬ ܒܗ ܫܘܪܝ ܕܬܫܡܫܬܐ ܕܕܝܢܐ ܘܫܘܪܝ ܕܨܠܘܬܐ ܕܒܝܥܐ ܕܐܝܬ ܒܗ ܫܘܪܝ ܕܩܘܪܒܢܐ ܕܫܒܝܢ ܒܗ ܫܘܪܝ ܕܬܫܒܘܚܬܐ ܕܫܒܝܢ ܒܗ ܫܘܪܝ ܕܫܒܘܥܬܐ ܕܫܒܝܢ ܒܗ ܫܘܪܝ ܕܬܫܒܝܚܬܐ ܕܫܒܝܢ ܒܗ ܫܘܪܝ ܕܬܫܒܘ

necessario ad illud pertineat; cetera enim Novi Test. exempla, quae praeter nostrum vidimus, carent illis linguae Syriacae primis elementis. — Altera huius libri editio 1572 Antwerpiae prodiit in 32 fol. 4., quae, Widmanstadii nomine in titulo haud commemorato, inscribitur: *Syriacae linguae prima elementa.* Antwerpiae ex officina Plantini, prototypographi regii. 1572 [4]). Neque tamen hoc *Boderiano*, qui illud alphabetum repetiit et *D. Severi Alexandrini quondam patriarchae de ritibus baptismi et sacrae synaxis apud Syros christianos receptis libro* adiecit, opprobrio esse potest, cum in epistola libri laudati dedicatoria Widmanstadii illud alphabetum esse, ipse profiteatur [5]), neque suum nomen titulo adscripserit. Quae ergo passim laudantur *Guid. Fabricii Boderiani* prima elementa linguae Syriacae, falso hoc nomine appellantur [6]). Ad pronuntiationem sublevandam Boderianus textum Syriacum et Syriacis et Hebraicis scripsit litteris.

Joh. Merceri tabulae in grammaticen linguae chaldaeae, quae et Syriaca dicitur. Paris. 1560. 4. *Eiusdem grammatica Chaldaica et Syriaca.* Witeb. 1579. 8.

Immanuel Tremellius, professor Heidelbergensis, Novum Test. Syriacum a *Widmanstadio* editum repetiit an. 1569 in Henrici Stephani officina fol., eique brevem Aramaeae linguae grammaticam adiecit 27 folia complectentem, quae eodem anno a H. Stephano Genevae etiam seorsim, forma 4. maior. in 155 paginis impressa est hoc titulo: *Tremellii grammatica Chaldaea et Syra. Excud. Henr. Stephan.* In iis praecipue, quae ad recte legendum et pronuntiandum pertinent, manca atque mutila est, ut in quibus, sicuti in caeteris, Hebraicae tantum dialecti analogiam respexerit multaque ex Hebraicis grammaticis desumserit, quae in Syriaca lingua non valent. In verbis enim flectendis, ut hoc solum moneamus, docet praeformativum 3. pers. Fut. esse *Jud*, et in 3. persona plur. Praeterit. pronuntiandas esse litteras Jud et Waw finales, quae apud reliquos grammaticos prorsus non audiri dicuntur. Orationis partes ita absolvuntur, ut verbum initium faciat, tum nomen cum pronomine sequatur; de particulis denique hoc tantum monet, nullam subire eas posse mutationem et significationem illarum in lexicis tradendam esse. Syntaxis, quam ponit, nihil continet, nisi suffixorum coniunctionem cum verbis, nominibus et particulis. Sola et unica huius libri praestantia in eo est, quod permulta exempla eaque aptissima afferuntur variam nominum formationem illustrantia et in diversis verborum classibus distinguendis perspicuitas ordoque laudabilis deprehenditur. Ex quodam praefationis loco [7]) coniiciat aliquis, *Tremellium*, quod ab editore Novi Test. Syriaci expectari debebat, Syriacis Widmanstadii elementis [8]) et chaldaeis grammaticis, quae tunc exstabant, usum fuisse. Quae in editione Novi Test. Syriaci desiderantur litterae Syriacae, eas ne in

---

4) Cfr. *Hirtii* Bibl. Orient. et Exeget. II. pag. 249 sq. IV, 322 sq. 343 sq.

5) P. 5. *Praeter ritus baptismatis et sacrificii incruenti preces — — ex evangeliorum quoque libro aliquot capita selegimus, quae una cum Alphabeto Syriaco Widmanstadii nunc primum excuderentur.* Qui quidem locus *Hirtium* effugit.

6) *Adelung.* in *Mithrid.* T. I. p. 336 post alios.

7) P. 5.: „*Iam vero doctis plerisque opera nostra post clarissimorum et de his litteris optime meritorum lucubrationes supervacanea fortasse videbitur. — — Arrogantiae suspicionem extimescere non debeam, si aliquid mihi videar animadvertisse, quod aliorum aciem (ut unus aut alter non videt omnia) effugerit.*

8) Abfuerunt fortasse ab eius exemplo.

grammatica quidem propter typorum penuriam Tremellius adhibere potuit, quam ob caussam in lingua illa illustranda saepius magna laborat obscuritate, praecipue cum ne ullum quidem signum diacriticum aut orthographicum commemoret.

Andreas Masius (*Dumas*), a Plantino rogatus, primus *integram* grammaticam Syriacam tractavit, quam Bibliis Polyglott. Antwerp. inseruit (Tomo VI.), anno 1573 fol., 59 paginas complectentem et ita inscriptam: *grammatica linguae Syriacae inventore atque auctore Andrea Masio. Opus novum et a nostris hominibus adhuc non tractatum: quod laboriosa animadversione atque notatione vocalium aliorumque punctorum Syricorum quibusque dictionibus in optimis emendatissimisque libris appositorum ille nuper composuit.* Docet is elementa legendi atque scribendi; in partibus orationis illustrandis verbum primo loco ponit, secundo nomen, tertioque particulas simul cum pronominibus. Hinc Mosis Mardeni institutionem, qua Masius usus est, praestantissimam fuisse luculenter apparet; sed hic quoque Hebraicae dialecti analogiam respiciens, ubique sagacitatem singularem adhibuit, omniaque bene perpendit ac perspicue proposuit, quanquam methodus interdum minus apta videatur; institutio quidem brevis est, sed omnia, quae necessaria sunt, continet et sermone plano conscripta est.

Masius [9]) a *Mose Mardeno* eam grammaticam, quam ex Syria ille secum tulerat Venetiisque reliquerat, et lexicon in usum Widmanstadii esse descriptam narrat. Omnes vero Widmanstadii libros, ergo et illam grammaticam cum lexico Bavarorum dux emit; sed quo deinde illa Mosis Mardeni apographa venerint, nusquam commemoratum videmus, forte tamen a *Tremellio* usurpata sunt et in aliqua bibliotheca Bavarica scatent [10]).

Bonav. Cornel. Bertramus, linguae hebr. in schola Lausannensi professor, a. 1574 בְּלָעֵר comparationem linguae hebraicae atque adeo Aramicae et dialectorum Aramicarum prolixam in publicum protulit. Chaldaicam a *Caninio* et *Mercero* ipsis, Syriacam e *Tremellii* libro didicit.

Caspar Waserus Tigurinus, cum *Masii* grammaticam in Bibliis Polygl. Antwerp. adire haud facile cuiquam contingeret, eam meliorem in ordinem redactam nonnullisque observationibus tabulisque singula magis et facilius illustrantibus auctam typis denuo imprimendam curavit. Primarius vero eius finis in emendanda hac grammatica fuit, ut singula praecepta memoriae facilius mandarentur. Idem Hebraicas grammaticas tunc exstantes assidue comparavit virumque se praebuit, qui non solum iis, quae ab aliis proponuntur, optime uti possit, sed etiam ipse linguae indolem atque naturam satis perspiciat. Librum suum inscripsit: *institutio linguae Syrae ex optimis quibusque apud Syros scriptoribus, inprimis A. Masio collecta.* Lugd. Batav. 1594. 4. 101 pagg. Repetita est haec grammatica adiecto et explicato Mariae cantico, et inscripta: *grammatica Syra duobus libris methodice explicata a C. Wasero Tigurino. Editio posterior priori ita emendatior, ut nova videri possit. Leidae* 1619. 4. 178 pagin. Quamvis vero haec secunda editio in elementis copiosior sit et uberior atque etymologiam et syntaxin distinguat, prior tamen sine dubio ei multo praeferenda, cum in partibus orationis eundem, quem Syri ipsi exhibent,

---

9) In praefat. ad grammatic. suam p. 4.

10) *Corn. Bertrami* Comparat. ling. hebr. et Aram. in epist. dedicat. p. 3.

ordinem linguae Semiticae magis consentaneum sequatur, ita ut primo verbum, deinde nomen et particulae, quibus pronomen adnumeratur, accurate tractentur, illa vero altera editio ex Europaearum linguarum natura primum de nomine cum pronomine, tum de verbo et variis denique particulis praecipiat, et syntaxis, quam ab etymologia separat, nihil nisi suffixorum coniunctionem cum nomine, verbo et particulis, uti apud *Tremellium*, contineat. Prior praeterea editio tabulis optime dispositis rem collustrat, altera vero minus aptis utitur et quae in illa de nominum formatione et flexione proposita erant utilissima, nescio quam ob caussam omnino omittit. Multum sane *Waserus* his institutionibus grammaticis sua aetate profuit, neque nunc quidem a grammatico prorsus negligendus.

2) Quantumvis autem operae viri illi institutionibus grammaticis tribuerent, magnam tamen partem earum rerum, quae grammatica spectare debet, non omittere, quin etiam falsa proferre non poterant [a]), cum quae docebant, e libris mutuandi nulla esset opportunitas, sed ex *magistri* alicuius institutione discerent necesse esset. Maximam igitur attulit utilitatem, quod Maronitae nonnulli Romae versantes ex grammaticis Syriaca lingua, dum ea vivebat, conscriptis assidue ea eruebant atque colligebant, quae accuratiorem comparare videbantur linguae Syriacae scientiam. Iam exeunte saeculo XVI *Georgius Michaelis Amira* ex antiquis grammaticis, quae elementa et etymologiam Syriacae linguae illustrarent, assidue et exacte depromsit atque in sua grammatica satis perspicue proponere studuit, ita ut hac in re a nullo ne nostrae quidem aetatis grammatico sit superatus [b]). Qui quidem conatus quamvis multis obnoxius esset difficultatibus, cum illi antiqui grammatici magna laborent obscuritate, artemque grammaticam non satis clare, distincte ordinateque tractaverint; vir tamen ille insignis illa impedimenta non moratus felici gavisus est successu. Latina lingua conscripsit grammaticam, ut usus communior fieret. Qui vero eum secuti sunt

---

a) Inter alias rationes, quibus ad grammaticam scribendam impulsus sit, hanc *Amira* ait (in praefat. ad grammat. Syriac.) fuisse praecipuam, quod multorum huius linguae Syriacae esset desiderium, et grammaticae quaedam in multis potius ad linguae Hebraicae, quam Syriacae normam constructae circumferrentur, maximique aestimarentur; quae quidem tantum absit, ut veram huius linguae cognitionem studiosis traderent, ut multis implicitam erroribus in eorum animis ita ingenerarent, ut quidam studiosi aliis veram ac germanam, contrariam tamen illi, quam edocti fuerint, cognitionem habentibus vix fidem haberent.

b) Idem sensisse videmus *Volneium* celeberrimum in libro *L'Alphabet Européen appliqué aux langues asiatiques.* Paris 1819. 8. p. 95. Cfr. (*Richard Simon*) *nouvelle bibliothèque choisie.* Amst. 1714. 8. T. I. Chap. 20. p. 124.: *La grammaire Syriaque de George Amira est généralement estimée de tous ceux, qui ont quelque connoissance de la langue Syriaque. Ceux, qui ont fait depuis lui des Grammaires Syriaques, l'ont pris pour leur modèle ou plutôt, n'ont fait que le copier. Mais comme elle est devenuë rare, il seroit à souhaiter, qu'on en donnât une nouvelle edition sur celle de Rome, et qu'on l'imprimât en plus petits caracières pour la commodité des particuliers, qui étudient cette langue.*

Maronitae, ut *Abrahamus Ecchellensis* 1628, *Isaac Sciadrensis* 1636, *Iosua Acurensis* 1645, ab eo perraro differunt, sed saepissime iisdem quoque verbis utuntur.

Inter multos Maronitarum illorum aemulos, plerumque in Germania, praestantiores *Crinesius*, *Dilherr*, *Leusdenus*, *Cellarius*, maxime vero *Opitius* fuerunt; alii Chaldaeam et Syriacam dialectos coniunctim, alii Syram cum reliquis dialectis collatam tractarunt; ex illis *Io. Buxtorfium*, *Hottingerum*, *Schaafium*, *Iahnium* et *Vaterum*, ex his vero *Ludovicum de Dieu* laudandos putamus.

Georgius Amira, *Michaelis Edenensis filius*, Romae in collegio Maronitarum a Gregorio XIII recens instituto inde ab a. 1583 usque ad an. 1595 versabatur, quo tempore laudabili cum assiduitate philosophiae et theologiae studio se dedidit, praecipue vero patrias litteras linguamque olim vernaculam sibi perspiciendam sumsit et acriter perlustravit. Deinde in patriam reversus iam sequenti anno propter doctrinae ac prudentiae copiam episcopus Edenensis consecratus et 1633 communi episcoporum consensu Patriarcha cooptatus est; obiit demum 1644. Grammatica ipsius Romae a. 1596 in typographia linguarum externarum apud Iacobum Lunam prodiit et inscribitur: ܟܬܒܐ ܕܩܠܝܢ ܥܡ ܫܘܠܡܐ ܕܥܠ ܟܠ ܫܘܠܡܐ ܕܥܠ ܟܠ ܫܘܠܡܐ ܕܥܠ ܟܠ

re sententiam, sed id quoque, quod aliis visum est, accurate afferre solet [13]). Neque autem hos neque ceteros nominatim citatos invita Minerva grammaticam tractandam adiisse, sed philosophiae quoque, inprimis logices studio imbutos fuisse, ex subtilibus discriminibus atque accuratis notionum in grammatica obviarum definitionibus luculenter apparet [14]). Praeter illos vero grammaticos, quorum sententiam Amira fideliter affert, ne dictionaria quidem aliosque libros qui ad rem suam facerent, neglexit; ubi aliter ac priores grammatici sentit, primum horum sententiam profert, deinde se cum iis consentire negat argumenta adiiciens, quibus in contrariam partem abire cogatur [15]). Quae res cum ita se habeat, quanti momenti sit illa Amirae grammatica, facile intelligitur; praestantissimorum enim grammaticorum veterum sententias de sua vernacula litteris mandatas simulque quae ipse sagacissimus artisque grammaticae valde peritus de iis iudicarit, accurate exhibet. — In numero partium orationis Amira latinos sequitur grammaticos et distinguit *nomen cum numeralibus*, *pronomen*, *verbum*, *verbum nominis* seu *participium*, *adverbium*, *praepositionem*, *interiectionem* et *coniunctionem*; *syntaxis* ipsius, quamvis mutila sit, multas tamen observationes praebet grammatico valde utiles. In *arte* vero *metrica* nimia obscuritate laborant, quae de vocalium quantitate et de carminum componendorum ratione praecipit. Methodus cum in aliis rebus, tum praecipue in verborum flexione minus apta videtur, quamquam eam, quam priores grammatici inierint, viam multo difficiliorem esse Amira iudicat [16]). Sed cum ad singula, quae apud Amiram laudanda inveniuntur, in grammatica nostra haud raro recurrendum esse videam, hîc ea missa faciamus. — *Amirae* librum praestantissimum in compendium redegerunt *Petrus Metoscita* et *Gabriel Avodius Hesronita*, quorum grammaticae exstant manuscriptae Romae in collegii Maronitarum et congregationis de propaganda fide bibliothecis [17]).

Petri Victorii Palmae Caietani paradigmata de IV linguis orientalibus praecipuis, Arabica, Armena, Syra, Aethiopica. Paris. 1596. 4. De lingua Syriaca p. 126—160.

Christophorus Crinesius, (Colleg. Philos. Vitemberg. adiunctus) de litteris Syriacis maxime meruit grammatica, quam inscripsit *gymnasium Syriacum, hoc est, linguae Iesu Christo vernaculae perfecta institutio* ex N. T. Syro et aliis rerum Syriacarum scriptoribus collecta novis et genuinis characteribus adornata. Wittebergae typis et sumptibus Iohannis Gormanni A. C. 1611. Quanquam *Masii* et aliorumque libros legerat, indeque multum poterat repetere, Novo tamen Test. Syriaco legendo et relegendo plurima, quae

---

13) P. 6 sq. in Grammat. Amirae: „*variae a variis redduntur rationes apud David grammaticum*“ et p. 250: „*varias verbi definitiones grammaticorum apud auctorem Chald. grammaticae invenis.*“

14) *Amira* interdum Syros grammaticos reprehendit, quod subtilius quam par sit, de rebus grammaticis agant, ut pag. 454, ubi *nos*, ait, *haec* (de syntaxi) *hic et alibi Syrorum praecipue atque Arabum consuetudine coacti attigimus, quorum est saepe res dialecticas cum grammaticis commiscere.*

15) Sic p. 7. opiniones de caussa recenset, ob quam litterae XXII a Syris accipiantur, additque: „*alii aliter; ego vero, ut haec et similia omittam, existimo tot litteras fuisse constitutas, quot auctor cognovit esse necessarias ad linguae voces exprimendas.*“ cet. et pag. 43. „*et haec sunt*, ait, *quae de hac re varii docent grammatici. Ego vero si meam tamen licet interponere sententiam, existimo:*“ cet.

16) Gramm. Syriac. p. 256.

17) *Assem.* Bibl. Orient. I. p. 552. et *Faust. Naironi Banensis* Maronitae dissertatio de origine, nomine ac religione Maronitarum p. 123.

proponit, collegit inque ordinem redegit satis lucidum. Complectitur duobus libris etymologiam et syntaxin; in hac vero fere nihil nisi suffixorum coniunctionem cum nominibus, verbis et particulis docet. In parte dein *practica*, quae dicitur, tria N. T. cantica Luc. I, 46. seq. v. 68. seq. II, 29. seq. et Catechismum Lutheri minorem, Syriasmo donatum, omissa tamen explicatione Lutheri Syriacis et Hebraeis litteris edidit adiecta analysi grammatica.

Io. Buxtorfii grammaticae Chaldaicae et Syriacae Libri III, quorum primus vocum singularum proprietatem declarat; secundus coniunctarum rationem ostendit; tertius praxeos Chaldaicae et Syriacae exempla varia et luculenta continet, ex Daniele, Onkelo, Ionathane, ex Targ. Hieros., Talmud Babylonico et Hieros., ex Zohar et *versione N. T. Syra*, cum facili vocabulorum difficilium explicatione grammatica, et pravorum ad veram linguae analogiam collatione. Inserta quoque passim est dialectus *Talmudica et Rabbinica*. Basileae. 1615. ed. 2. emend. et auct. 1650. 8. Quae hic liber, Chaldaeis litteris praecipue dicatus, de Syriaca lingua continet, Chaldaicae institutioni cursivis subiecta sunt litteris; cum Syri deessent typi, Hebraice Syriaca impressa sunt, unde multa vitia praesertim in pronuntatione derivabis. Matth. VI, 5—13. Syriace cum latina versione et notis grammaticis p. 373—381. exercendi gratia additum habes.

Grammatica Aramaea h. e. Chaldaicae et Syriacae elementa. Brem. 1616. 8.

Io. Casp. Myricaei Grammatica Syro-chaldaea. Genev. 1619. 4.

Herm. Nicolai idea linguarum Aramaearum per comparationem unius cum altera, et utriusque cum Hebraica. Copenh. 1627. 8.

Abraham Ecchellensis, Maronita Romanoque archigymnasio praepositus [16]), haud multum post *Amiram* magna patriae linguae eruditione insignis [17]) parvam quidem, aptam tamen ac necessaria complectentem Syriacae linguae grammaticam Syriace composuit, quam inscripsit ܥܘܠܡܐ ܕܣܘܪܝܝܐ ܐܘ ܟܠܕܝܐ ܠܐܒܪܗܡ ܐܟܠܝ ܡܠܦܢ ܡܢ ܟܠܝܬ ܡܪܘܢܝ ܒܪܘܡܐ ܠܒܢܝ ܫܘܒܚܐ ܕܥܕܬܐ ܕܡܪܘܢܝܬܐ *Abrahami Ecchellensis Collegii Maronitarum alumni linguae Syriacae* sive Chaldaicae [18]) perbrevis Institutio ad eiusdem nationis studiosos adolescentes. Romae Typis Sac. Congr. de prop. fide. 1628. 16. [19]). Ad hanc rem eum impulit cum

---

18) *Assem.* Bibl. Orient. T. I. praef. fol. 4. b.

19) Faust. Naironi dissert. de origine nomine ac religione Maronitarum p. 124.

20) *Chaldaicam et Syriacam* linguam tanquam synonyma usurpat *Amira* aliisque praeeuntibus cfr. §. 1. 3. Annot. 4.

21) Idem *Ebediesu* Sobensis *scriptorum ecclesiasticorum catalogum* latine versum notisque illustratum Romae. 1653. typis Congreg. de prop. fide edidit et scriptores omnes Syriacos in *Bibliotheca Orientali* percensendos sibi sumserat, verum egregium viri molimen mors coercuit ingentisque operis vix specimen nobis reliquit ad calcem *Eutychii vindicati*, ubi perbrevem scriptorum, quos in eo libro laudaverat, attexuit notitiam. *Faustus* enim *Naironus*, ipsius haeres et in cathedra successor, illum librum *ad umbilicum iam perductum* (*Abrah. Ecchellens.* praef. ad Catalog. Hebediesu p. 36.) fortasse alio distractum non reperit, certe diligentissima perquisitione post eius obitum facta nusquam illud scriptum apparuit (*Assem.* l. l. fol. 7. b.). Bibliis quoque Polyglottis Paris. edendis inde ab a. 1640 aliquamdiu operam dedit, et *Gabrielis Sionitae* latinam Syriacarum et Arabicarum

auctoritas atque iudicium *Fabii Bruni*, tunc collegii Maronitarum rectoris, tum grammaticae Syriace scriptae penuria. Praemittitur commendatio Sergii Archiepiscopi *Carschunice* (§. 6, 14.) conscripta; quam excipiunt duo carmina Syriaca; deinde sequitur index mendorum Carschunice et Icannis denique metropolitae vota pro libri utilitate. In rebus ipsis earumque ordine Abrahamus fere cum Amira consentit.

Ludovici de Dieu, (obiit 1642). דקדוק לשונות הקדם של עברים וכשדים וארמים : ∴ ܕܩܕܘܩ ܠܫܘܢܘܬ ܗܩܕܡ ܫܠ ܥܒܪܝܡ ܘܟܫܕܝܡ ܘܐܪܡܝܡ *id est grammatica linguarum orientalium, Hebraeorum, Chaldaeorum et Syrorum inter se collatarum.* Lugd. Bat. 1628. ex rec. *Clodii.* Francof. ad M. 1683. 4. Ad hanc linguarum collationem perquam laudabilem, in qua Syriacae linguae, cum eius praecepta certiora quam Chaldaicae regulas esse videret, maiorem impendit operam, Amiram in Syriacis, Bertramum vero et praecipue Buxtorfium in Chaldaeis habuit duces. Quae docet ita sunt comparata, ut nullam fere relinquant dubitationem.

Grammatica Chaldaea ac Syra Dn. M. Thomae Erpenii opera ac cura Constantini l'Empereur de Oppijk SS. T. D. et L. H. ac C. P. in Academ. Lugduno-Batava in lucem edita. Amstel. 1628. 12. Succincta est institutio post Erpenium mortuum luce donata; Syriaca Hebraeis litteris exprimuntur.

Alphabetum Chaldaicum antiquum Estranghelo dictum, una cum alphabeto Syriaco, cum oratione dominicali, salutatione evangelica et symbolo fidei. Romae typ. Congr. de prop. fide. 1634. 8. Textus Syriacus [20]) et Estrangelis litteris et simplici exhibetur scriptura. Alia alphabeti Chaldaici editio, quam una cum priori Roma accepimus, minoribus litteris Estrangelis exarata est et pronuntiationem melius illustrat.

Isaac Sciadrensis, Maronita et archiepiscopus Tripolis Syriae [21]) maiorum suorum vernaculam grammatica Syriace conscripta coluit, quae ita inscribitur: ܟܬܒܐ ܕܩܠܝܣ ܐܝܣܚܩ ܣܝܕܪܢܣܝ ܡܢ ܠܒܢܢ ܐܣܩܘܦ ܛܪܝܦܘܠܝ ܕܣܘܪܝܐ ... *Grammatica Linguae Syriacae authore Isaac Sciadrense Maronita e Libano Archiepiscopo Tripolis Syriae.* Romae in Colleg. Maronit. 1636. 8. Praefatio Arabica *Carschunice* (§. 6, 14.) scripta quid auctorem ad scribendum impulerit, copiose docet. Grammatica ipsa IV constat partibus, prima agit de litteris Syriacis legendique ratione, secunda de nomine et pronomine, inde a pag. ... ܟ, tertio de verbo et participio, inde a pag. ... ܣܟ et quarta denique ... *de coniunctione eiusque sociabus sive de praepositione* et *interiectione sive verbo animi motum significante* [22]). Quaevis vero pars in capita (ܢܝܢ) dispertita, quo facilius omnia perspiciantur.

---

versionum interpretationem diiudicans et Arabicam ac Syriacam versionem libri Ruth et tertii Maccabaeorum libri vulgans. (*Abr. Ecchellens.* Epist. Apologet. sec. p. 142. et 149.

20) Syriacum enim Chaldaei nomine editores significant, quod in praefatione (ab initio) diserte dicunt.

21) De eius meritis vid. Naironi diss. laud. p. 122—123.

22) Grammatici antiqui Graecorum exempla secuti (§. 4, 11.) hanc orationis partem non agnoscunt, et ne *Barhebraeus* quidem, qui in gramm. metric. Cod. Gotting. p. 152—156 interiectiones

Io. Mich. Dilherri (orat. hist. poëseos prof. Ien.) eclogae sacrae N. T. Syriacae, Graecae, Latinae cum observationibus philologicis, quibus praemittuntur *rudimenta grammaticae Syriacae.* Hal. Sax. 1637. ed. 2. 1646. 12. Concinnata est haec institutio utilissima secundum Amirae et L. de Dieu praecepta.

Grammatica linguae Syriacae authore illustrissimo et reverendissimo Domino D. Iosepho Acurense patriarcha Antiocheno e Libano. ܟܬܒܐ ܕܩܠܝܢܝܬܐ ܕܡܫܝܚܝܬܐ ܐܬܝܐ ܡܢ ܠܒܢܢ ܡܢ ܥܡ ܐܒܗ ܝܘܣܦ ܐܪܙܝ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܐܢܛܝܟܝܐ ܘܟܠ ܡܕܝܢܚܐ ܕܡܫܪܩ ܘܡܥܪܒ ∴ ܕܪܘܡܝ ∴ Romae ex typogr. S. Congr. de prop. fide a. 1647. 8. Secundum epistolam dedicatoriam *Ioseph Elia* e monte Libano, olim collegii Maronitarum alumnus, Maronitis petentibus hunc librum sane praestantem imprimi curavit. Syriacae institutioni subiecta est Arabica versio Carschunice scripta; vel etiam in verborum paradigmatibus, quia Maronitis praecipue erat destinata. Praefatio plane Arabica est [23]).

Christ. Ravis discourse on the original tongues, viz. Ebrew, Samaritan, Calde, Syriac, Arabic and Aethiopic, together with a general Grammar of the said tongues. London. 1648. 12.

(*Io. Ernst. Gerhardi*) Σκιαγραφια *linguae Syro-chaldaicae cum analyseos Syriacae specimine.* Hal. Sax. 1649. Continet 32 pagg. elementa Syriaca et Chaldaea, analysin grammaticam loci Act. III, 19—21 et tabulas non male institutas ad varias verborum formas facilius distinguendas.

Andr. Sennerti (P. P. in acad. Vitemberg.) דקדוק הקדם בהרמוניה *i. e. grammatica orientalis eademque harmonica* etc. ab altera tituli parte legitur: *A. Sennerti Ebraismus, Chaldaismus, Syriasmus, Arabismus nec non Rabbinismus h. e. praecepta gramm. totidem LL. Orientt. diversis quidem in libris, in harmonia tamen una et perpetua, nova, concinna atque perspicua conscripta methodo; exemplis itemque confirmata illustrataque sufficientibus: additis in fine singulorum librorum totidem Lexicorum sive Dictionariorum compendiis. Additur supplementi loco in fine de idiotismis superiorum lingg. Centuria Canonum philolog., praemittitur omnibus et singulis dissertatio de Ebraeae orientaliumque reliqq. LL. origine, antiquitate, progressione, incremento similibus etc.* Wittenb. 1666. 4. Grammaticam Chaldaeam et Syram, in qua concinnanda Boderianum, Bertramum, Masium, Waserum, Mercerum, Buxtorfium, Crinesium, inprimis vero *L. de Dieu* consuluit additis annotationibus a *Trostio* et *Wellero* collectis, iam antea 1651. ediderat et 1666. repetiit ita inscriptam: *Chaldaismus et Syriasmus, hoc est praecepta utriusque linguae in harmonia ad Ebraea eademque universalia (ipsa antehac edita illa ab autore seorsum et vice tertia)*

---

ita circumscribit ܩܠܐ ܕܒܟܝ ܩܠܐ ܕܥܘܝܠܐ *voces, quibus exclamatio inest*, et ܩܠܐ ܕܣܦܕܐ *voces lamentationis* cet. *Amira* vero perinde ac *Sciadrensis* latinum sermonem respiciens interiectionem tanquam peculiarem orationis partem proponit (Gramm. Chald. p. 448.)

23) Etiam huius libri descriptionem uti reliquarum institutionum, quae partim rarescunt, exhibebit *bibliotheca Syriaca* nostra.

conscripta, exemplis itemque sufficientibus e Daniele Esra et N. T. Syro confirmata illustrataque, accessit in fine lexici utriusque linguae compendium, radicum et vocum quarumcunque notabiliorum ex iisdem Daniele, Esra Novoque Test. Syro etc. Praeter hasce grammaticas satis apte compositas *Hypotyposin harmonicam lingg. orient., Chaldaeae, Syrae Arabicaeque cum matre Ebraea* edidit. Quae adduntur vocabularia, voces complectuntur usitatiores.

Io. Henr. Hottingeri grammatica Chaldaea Syra et Rabbinica. Turic. 1652. 8. *Eiusdem grammatica quatuor lingg. Hebraicae, Chaldaicae, Syriacae et Arabicae harmonica, ita perspicue et compendiose instituta, ut ad linguam Hebraicam, tanquam matrem, caeterarum etiam ceu filiarum, linguarum, accommodentur praecepta. Cui appendicis loco accedit technologia linguae Arabicae theologico-historica.* Turici 1659. 4. Haec vero tertium *smegmatis* ab eodem auctore editi librum ab initio constituit, sed, ne illud opus nimium cresceret, seorsim edita est.

Briani Waltoni introductio ad lectionem lingg. orientt. Hebraicae, Chaldaicae, Samaritanae, Syriacae, Arabicae, Persicae, Armenicae, Copticae. *Londin.* 1653. 12.

Joan. Leusdeni (Ling. Hebr. in acad. Ultraiect. prof.) *Scholae Syriacae libri tres una cum dissertatione de litteris et lingua Samaritanorum. Ultraiecti.* 1658. 8. In plurimis sequitur Ludov. de Dieu, ubi vero, Buxtorfio plerumque duce ab eo dissentit, falsus est, e. g. in pronunciandi ratione. Liber tertius comprehendit varia exempla ex N. T. Syriaco maximum partem desumta.

ܦܫܩܐ ܕܢܘܡܣܐ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ [24]) *id est grammatica linguae Domini nostri Iesu Christi, sive Grammatica Syriaca tribus libris tradita, quorum primus vocum singularum proprietatem, secundus syntaxin, tertius figuras grammaticas et praxin continet. Omnibus adeo breviter et dilucide explicatis et menstruo spatio (uti praefatione ad lectorem docetur) ipsa linguae medulla exugatur, opera et studio Guiliel. Beveridgii e Col. S. Iohan. Cantabr.* Φιλογλώττου. *In usum Bibliorum* πολυγλωττάτων *Waltoniensium.* Londini. 1658. 8. Hic primus est liber grammatices praeceptis dicatus, in quo adornando etiam V. T. Syriacum adhibitum, praecipue vero regulis, syntacticis quoque observationibus et larga exemplorum copia insignis est. Minus probanda est pronunciatio Hebraicis litteris punctisque indicata.

Edmundi Castelli brevis et harmonica quantum fieri potuit grammaticae (Hebraeae, Chaldaeae, Syrae, Samaritanae, Aethiopicae, Arabicae et Persicae linguarum) *delineatio. Londini.* 1669. Praemittitur lexico Heptaglotto, de quo infra dicemus.

Aeg. Gutbirium vid. sub lexicographis.

ܩܘܕܡܐ ܕܢܘܡܣܐ ܣܘܪܝܝܬܐ ܥܡ ܢܘܢܝܬܐ ܫܠܡܬܐ ܥܕ ܗܫܬܐ ܠܐ ܐܬܝܗܒ ܘܠܩܝܣ ܙܥܘܪ ܠܫܘܡܫ ܒܝܬ ܣܦܪ̈ܐ ܘܠܝܠ̈ܦ̈ܐ ܕܐܬܝܗܒ ܗ̈ܘ ܐ̈ܝܟ ܕܒܪ ܡܢ ܠܝ ܒܠܚܘܕ ܘܒܬܪ̈ܥ ܝܟ ܠܗ̈ܕܐ ܠܫܢܐ ܢܣܒ ܠܡܐ ܥܒ̈ܕ ܡܫܪ̈ܝ ܕܫ̈ܡ ܡ̈ܪ ܓ̈ܪܦ̈ܘܢ̈ܕ ܣ̈ܝ ܕ̈ܝ ܐ̈ܝ ܕ̈ܝ ܐ̈ܝ ܕ̈ܝ ܐ

Io. Merceri et Leusdeni, praecipue syntaxi adornandae et locupletandae multum operae tribuit, annexo lexici Syriaci compendio eiusque indice latino, et aliquot locis N. T. cum fide apostolica ad exercendas grammatices regulas.

Io. Nicolai grammatica linguarum Ebraicae, Chaldaicae, Syriacae, Arabicae, Aethiopicae, Persicae, orientalium secundum prima praecepta delineata harmonica. Ienae 1670. 4. Est *Hodegetici Orientalis* Pars II. Brevis in tabulis lingg. nominatarum institutio proponitur et in *complemento defectus harmonici* tabulis subterposito omnia maiori distinctione illustrantur. A. 1686. Francof. et Hamburgi totus liber non mutatus denuo prodiit *Critica sacra* inscriptus.

Iac. Altingi (S. S. Litt. et ling. Hebr. in acad. Groning. prof.) synopsis institutionum Chaldaearum et Syrarum. Francof. ad M. 1676. ed. 6. 1701. 8. a *Georgio Othone* (Graec. et lingg. orientt. et poës. in acad. Marb. prof.) adornata. Cum libri forma coniunctionem Chaldaearum institutionum cum Syriacis prohiberet, utraeque seorsim propositae sunt.

Io. Wilh. Hilligeri .ܫܡܪܝܐ .ܟܠܕܝܐ .ܐܪܡܝܐ*) *sive Summarium linguae Aramaeae i. e. Chaldaeo-Syro-Samaritanae, olim in acad. Witteb. Orientt. lingg. consecraneis parietes inter privatos praelectum et nunc ad rogatus* Φιλαραμαιων *crebriores publico bono accommodatum.* Wit. 1679. 4. Auctor Chaldaeam et Samaritanam linguam una cum Syra docet et praecipue tabulis aptissimis eas illustrat. Syntaxis vero nimis curta.

Christoph. Cellari porta Syriae. Cizae. 1677. 4. *Eiusdem porta Syriae patentior sive grammaticae novae, perspicuis praeceptis ita adornatae, ut primigenia Christianorum lingua a quolibet, qui non plane rudis est Ebraeae, paucis diebus feliciter arripi possit, ed. 2. innumeris accessionibus atque exemplis aucta et illustrata. Ciz.* 1682. Haec quidem complectitur omnia tyroni necessaria.

Henrici Opitii (in Acad. Kilon. prof.) ܐܫܠܡܘܬܐ ܕܠܫܢܐ ܐܪܡܝܬܐ[25]) *sive Syriasmus facilitati et integritati suae restitutus simulque Hebraismo et Chaldaismo harmonicus, exemplis plurimis et singularibus ex versione Syriaca totius V. et N. T. illustratus Lips. et Francof.* 1678. 4. Castelli lexicon tunc iam luce donatum multa ad illustrandum Syrorum sermonem praebuit et V. et N. T. diligenter legendo et relegendo huius linguae grammaticam ita eximiam Opitius composuit, ut omnes priores multo superarit neque postea a quoquam, *C. B. Michaeli* excepto, hac in re sit superatus. Huc pertinet etiam *Syriasmus a M. Christ. Ludovici eum in finem, ut labor linguam Syram discentibus quodammodo levetur ex Opitio in Compendium redactus. Vitemb.* 1669. 42 pagg. in 4.

Car. Schaaf opus Aramaeum complectens grammaticam Chaldaico-Syriacam, selecta Targumin cum versione latina et annotationibus, lexicon Chaldaicum libris V. T. Chaldaeis item selectis Targumicis accommodatum. Lugd. Bat. 1686. 8. Syriaca Hebraeis litteris exornata sunt et Chaldaicae Buxtorfio duce plus operae, quam Syriacae linguae tributum est.

---

*) Proprie *Circumdans (complectens) linguam Aramaeam* a ארם seu ארמ *circumdedit.*

25) I. e. *perfectio linguae Aramaeae;* Estrangelis litteris substituimus formas vulgares.

I. A. Danzii ܐܝܬܝ ܠܒܝܬ ܦܬܝܚ [26]) *sive Aditus Syriae reclusus compendiose ducens ad plenam linguae Syriacae* Antiochenae seu Maroniticae cognitionem iuxta viam Literatoris Ebraeo-Chaldaei. Ienae. 1689. ed. 3. 1715. 8.

Io. Ern. Gerhardi harmonia linguae Chaldaicae, Syriacae et Aethiopicae. Adiecta est *Guil. Schickardi instit. linguae Ebraeae.* Ienae. 1693. 4.

Herm. von der Hardt Syriacae linguae fundamenta. Helmst. 1694. 8. Fere nihil nisi paradigmata continent.

Ge. Otho Palaestra lingg. orientt., nempe Chaldaicae, Syriacae, Arabicae, Aethiopicae, Persicae cum versione latina. Francof. 1702. 4.

Grammatica Aethiopica Io. Henr. Maii; Hebraicae, Chaldaicae, Syriacae, atque Samaritanae linguarum institutio harmonica Io. Phil. Hartmanni. Francof. ad M. 1707. 4.

Sam. Frid. Bucheri (Antiquit. in acad. Vitemb. prof.) *thesaurus orientalis sive compendiosa et facilis methodus linguarum Hebraeae, Chaldaeo-Targumicae, Talmudico-Rabbinicae, Syriae, Samaritanae, Arabicae, Persicae orientalium, accedunt unpartheyische Gedanken von der neuen Methode in orientalischen Sprachen wider die bisherigen ungegründeten Beschuldigungen.* Francof. et Lips. 1725. 4.

Alberti Schultens institutiones Aramaeae, quae ab auctore mortuo imperfectae relictae, sine titulo ac praefatione prodierunt. Complectuntur 224 pagg. fere 4 sectiones, scilicet de elementis pag. 1—31; de verbis perfectis pag. 32—90; de verbis imperfectis pag. 90—181; et de nominibus, in qua tamen sectione multa desiderantur. Ad illustrandum quidem sermonem Syriacum pauca inde repeti possunt, ad chaldaicum vero sat multa.

Christ. Bened. Michaelis (obiit 1764.) *Syriasmus, id est, grammatica linguae Syriacae cum fundamentis necessariis, tum paradigmatibus plenioribus, tum denique ubere syntaxi, et idiomatibus linguae, instructa.* Hal. Magd. 1741. 4. Concinnavit singulari cum diligentia et mirifica eruditione hanc institutionem ex Syriaca S. S. Librorum V. et N. T. versione et in singulis exempla et paradigmata tam larga manu et eo ordine addidit, ut pleniora et magis digesta apud alios auctores reperias nulla. Cum Amiram aliosque fontes certissimos adire non licuerit, omnia fere proprio marte colligeret necesse fuit. Ex eiusdem dissertationibus praestantissimis huc pertinent *Lumina Syriaca pro illustrando Hebraismo sacro.* Hal. 1756; de quibus denuo edendis *Pottius* bene meruit [27]). Omnes, qui Michaelem secuti sunt, eius vestigia presserunt, in quorum numerum praecipue referendus est eius filius. Namque

I. D. Michaelis grammatica Syriaca, Hal. 1784. 4. fere totum Syriasmum repetiit, hic illic nonnullis additis aut mutatis ab ipso aut ipsius patre. Ille vero quid alia ratione in litteris Syriacis propagandis praestiterit, vid. infra in lexicorum Syriacorum enumeratione.

---

26) Mendo typographi nullo sensu legitur ܐܝܬܝ.

27) Sylloge comment. theol. P. I. p. 170 sq.

Iac. Scherking Nyckelen til de fyra Oriental Sprahen, Hebraik, Chaldaik, Syriak, och Arabisk. Skara. 1754. 8.

I. G. Kals grammatica Hebraeo-harmonica cum Arabica et Aramaea. Amstelod. 1758. 8.

Iac. Georg. Christ. Adleri brevis linguae Syriacae institutio in usum tironum edita. Altonae. 1784. Cum provectioribus Michaelis grammatica destinata esset, Adlerus breviorem instar illius, quam olim Hermannus von der Hardt ediderat, curavit. Palaeographiae deinde Syriacae primus et solus dedit opus nitidissimimum libro suo saepius a nobis laudato: *Novi Testamenti versiones Syriacae simplex, Philoxeniana et Hierosolymitana denuo examinatae et ad fidem Codd. Mscr. bibliothecarum Vaticanae, Angelicae, Assemanianae, Mediceae, Regiae aliarumque novis observationibus atque tabulis aere incisis illustratae. Hafniae.* 1789. Grammaticae adiecit *narratiunculas e Barhebraei narrationibus facetis* e Cod. Vat. 178. Edidit etiam *chrestomathiam.*

Wilh. Hezel's Syrische Sprachlehre, durchaus nach seiner hebraeischen eingerichtet zum Gebrauch seiner Zuhoerer, nebst den noethigen Paradigmen in Tabellen. Lemgo. 1788. 4. Cfr. *Eichhorn.* Bibl. der bibl. Litterat. T. II. p. 550.

Io. Gottfr. Hasse praktisches Handbuch der Aramaeischen oder Syrisch-Chaldaeisch-Samaritanischen Sprache. Des praktischen Unterrichts der gesammten orientalischen Sprachen dritter Theil. Iena. 1791. 8. Adiecta est, quae in praecedentibus omnino desideratur concisa *Aramaeae linguae historia* et *methodologia.* Cfr. *Eichhornii* Biblioth. der bibl. Litt. T. V. p. 679. seq.

Innoc. Fessler institutiones linguarum orientalium, Hebraicae, Chaldaicae, Syriacae et Arabicae. Pars prior introductionem in studium lingg. orientt. et linguae hebraicae, posterior institutiones lingg. chaldaicae, syriacae et arabicae complectens. Vratisl. Hal. et Ien. 1787 et 1789. Synoptica methodus, quam titulus indicare videtur, non est adhibita. Cfr. *Eichhorn.* Bibl. der bibl. Litt. T. VIII. p. 647. seq.

Ol. Gerh. Tychseni elementale Syriacum vid. *chrestomathias.*

Io. Iahn's Aramaeische oder Chaldaeische und Syrische Sprachlehre fuer Anfaenger. Wien. 1793. 8. Cfr. *Eichhornii* Bibl. der bibl. Litterat. T. VIII. p. 697. seq. Hunc librum *Andreas Oberleitner latine redditum et nonnullis accessionibus auctam* repetiit hoc titulo: *Ioannis Iahn elementa Aramaicae seu Chaldaeo-Syriacae linguae.* Viennae. 1820. Cfr. *Allg. Litt. Zeit.* 1821. N. 180. et *Wiener Iahrbuecher.* 1822. p. 202—223.

Io. Sever. Vater's Handbuch der Hebraeischen, Syrischen, Chaldaeischen und Arabischen Grammatik, fuer den Anfang der Erlernung dieser Sprachen bearbeitet. Leipz. 1802. ibid. 1817. 8. Praecipue methodo simpliciori et accuratiori declinationum, quae dicuntur, illustratione grammaticam Syriacam provexit *Vaterus.*

Thomas Yates Syriac grammar principally adapted to the new Testament in that language. Lond. 1821. 8. Quid auctor praestiterit, in *Ephemerid. litterar.* (A. L. Z.) suo tempore indicabimus.

II. *Lexicographi.*

3) Sequitur nunc lexicorum recentiori aetate editorum cum enumeratio tum censura. Ac primum quidem cum vocum Syriacarum significatus non uno, sed vario modo queat investigari, quemnam lexicographi sint secuti, paucis definiamus. Poterant enim aut lexica a Syris ipsis scripta consulere, aut solum loquendi usum, quem contextus singulorum locorum, in quibus libri Syriaci vocem aut phrasin exhibent, eorumque collatio accurata produnt, respicere aut cognatas dialectos in auxilium vocare aut denique plures vel omnes hasce significationis eruendae vias ingredi. Cum vero Syriaca N. T. versio litterarum Syriacarum adytum aperuisset, primi et plurimi lexicographi eam legentes et cum Graeco conferentes textu singularum vocum et phrasium potestatem notarunt, nempe *Masius*, *Boderianus*, *Schindlerus*, *Crinesius*, *Buxtorfius*, *Trostius*, *Hottingerus*, *Gutbirius*, *Nicolai*, *Schaafius* ceteris hac in re multo praeferendus et *Zanolini*. Alii vero, *Thomas a Novaria* [a]), *Ferrarius* et praecipue *Castellus* scripta Syrorum ipsorum hancce philologiae partem respicientia haud neglexerunt, nam hicce lexica quidem N. T. iam typis impressa consultavit, sed etiam Barbahlulum suo fere operi iniecit. Praeterea ad tyrones adiuvandos aut grammaticis aut chrestomathiis *glossaria* adiunxerunt *Sennertus*, *Grafunderus*, *Cellarius*, *Kirschius*, *O. G. Tychsen* et *Grimm*. Lexicon igitur Syriacum qui nunc ornandum suscipiunt alias quidem significatus eruendi vias habent paratas, alias tamen a nemine usque tactas; nisi vero cunctas simul ingrediuntur, perfectum omnibusque numeris absolutum efficere nequeunt [b]). Nam vero loquendi usu ex Syriacis libris eruto antiqua Syrorum lexica sunt conferenda, quae quamquam vocum copiam non permultum augebunt, quia in Graecis praecipue vocibus nimis longa, Syriaca parce explicare solent, tamen linguae cognitioni mirum quantum dabunt emendationis [c]). Itaque *Bernstenius*, qui pariter ac *Quatremère* lexicon promisit Syriacum, recte haec in eo concinnando voluit respicere.

Syrorum peculium, h. e. vocabula apud Syros scriptores passim usurpata, Targumistis vero aut prorsus incognita, aut in ipsorum vocabulariis adhuc non satis explicata. *Andreas Masius* sibi suae memoriae iuvandae caussa colligebat. Antwerp. ex officina Christ. Plant. 1521. 54 pagg. fol. Inserta est haecce prima vocum Syrarum collectio Bibl. Polygl. Antwerp. T. VI. Pro paucitate librorum Syriacorum, quos Masio videre contige-

---

a) De eius *nomenclatore Syriaco* vid. p. 33.

b) Vid. quae *Gesenius* hunc in finem monuit in *Hebr. und Chald. Handwoerterbuch*, ed. 2. pag. XXIII sq.

c) *Gesenius* l. l. p. XXIV sq.

rat, manca est et curta; quae vero, Chaldaeis et Syris communia, ex Chaldaicis lexicis peti poterant, in Masii peculio omnino praetermissa sunt[28]).

Dictionarium Syro-chaldaicum, Guidone Fabricio Boderiano collectore et auctore. Antwerpiae excud. Christoph. Plantin. 1572 in Bibl. Polyglott. Antwerp. T. VI. 198 pagg. fol. complectens. Syriaca sparsim explicata e N. T., partim ex rituali libro Severi Patriarchae desumta inque radicibus quidem signandis simplices litterarum formae, in locis vero e N. T. et Severo allatis Estrangelae adhibitae sunt. Praemittitur grammatica Chaldaica passim Syriaco quoque dicendi genere collato.

Val. Schindleri (prof. Vitembergensis, deinde Helmstadiensis, obiit 1610) lexicon pentaglotton Hebraicum, Chaldaicum, Syriacum, Thalmudico-Rabbinicnm et Arabicum. Hanoviae. 1612. 49. Lond. 1635. Francof. 1653. 95. fol. Continet voces Syriacas, quae in N. T. reperiuntur, sub radicibus digestas neque male expositas.

Edem anno *Christophorus Crinesius* suum lexicon edidit ita inscriptum: صدّوثـا مُـنا *h. e. lexicon Syriacum e N. T. et Rituali Severi, Patriarchae quondam Alexandrini, Syro collectum, tribus linguis Cardinalibus expositum*, atque in illustri Witebergensium Academia tredecim disputatt. propositum. Witteb. 1612. pagg. 408. 4. praeter indicem latinum. Inceptum est 27 Novembr. 1611. et finitum 12 Aug. 1612. Radix quaevis Syriacis litteris, reliqua vero Hebraeis impressa sunt. Teste Laurentio Fabricio in praefatione ad hoc ipsum lexicon si typographi ratio tulisset, toties vocem unamquamque exhibuisset, quoties ea in N. T. legitur, ut lexicon pleniores simul concordantias potuisset exhibere.

Litterae Syriacae quamquam in Syria ipsa recentiori aevo parce tantum colerentur, attamen inter Maronitas in Libano monte non omnino defuisse videntur, qui illarum studiis se darent. Desiderantur autem necessariae huius rei notitiae. *Burckhardtus* quidem[29]) in coenobio *Ain Warka* a Maronitis habitato lexicon Syriacum satis amplum invenit quod *Gregorius* quidam, pago Kerem Seddani oriundus, a. 1619 composuisse dicitur, sed de eius indole nihil retulit. Forte etiam alia huius generis scripta recentiori tempore a monachis exarata latent.

Io. Bapt. Ferrarii (*e soc. Iesu*) *Nomenclator Syriacus.* Romae 1622. 4. mai. Index latinus isque permagnus adiectus est; nomenclator ipse 944 pagg. in 236 fol. complectitur. In quo adornando cum lexica a Syris scripta adhiberentur, nulla adferri poterant loca probantia.

Io. Buxtorfii iun. lexicon Chaldaicum et Syriacum, quo voces omnes tam primitivae,

---

28) *Masio* quidem hoc vocabularium sibi collectum cum ulla in parte limandi tum satis accurate digerendi nulla exstitit opportunitas, unde ipse satis modeste de eius pretio in praef. ad Ariam Montanum iudicavit.

29) Travels in Syria and the holy Land pag. 185.: *I saw a beautiful dictionary in large folio of the Syriac language, written in the Syriac character, which, I suppose, to be the only copy in Syria. Its author was Djorjios el Kerem Seddany, who composed it in the year* 1619. *Kerem Seddany is the name of a village near Bshirrai. This dictionary may be worth in Syria eight hundred or a thousand piastres; but the convent would certainly not sell it for less than two thousand, besides a present to the bishop.*

quam derivativae, quotquot in sacrorum V. T. librorum Targumim seu paraphrasibus Chaldaicis, Onkeli in Mosen, Ionathanis in prophetas et aliorum autorum in Hagiographa, item in Targ. Hierosol., Ionathane altero in Legem et Targum secundo in librum Esther, *denique in N. T. translatione Syriaca* reperiuntur, accurate et methodice dispositae et fideliter explicatae copiose absoluteque describuntur. Bas. 1622. 640. pagg. 4. mai.

Martini Trostii lexicon Syriacum ex inductione omnium exemplorum N. T. Syriaci adornatum adiecta singulorum vocabulorum significatione latina et germanica cum indice triplici. Cothenis Anhaltin. 1623. 722. pagg. 4. Quanquam in hoc pariter atque in omnibus, quae antea composita erant, lexicis pronomina et particulae desiderantur, Trostius tamen in genuina singularum vocum significatione accurate investiganda multum praestitit.

Thomas a Novaria nomenclator Syriacus. Romae. 1636. 8. vid. supra §. 4. 13. Annot.

Andr. Sennerti lexici Chaldaici et Syriaci compendium radicum et vocum quarumcunque notabiliorum e Daniele, Esra, et N. T. Syro in gratiam tyronum. Adiectum est eiusdem Chaldaismo et Syriasmo inde a p. 116. Witteb. 1666. 4.

Io. Henr. Hottingeri etymologicon orientale s. lexicon harmonicum heptaglotton Hebraicum, Chaldaicum, Syriacum, Arabicum, Samaritanum, Aethiopicum et Talmudo-Rabbinicum. Francof. 1661. Turic. 1664. 4.

David. Grafunderi compendium lexici Syriaci, in fine grammaticae Syriacae. 1185 voces continens et indice latino ornatum.

Aegidii Gutbirii (Gymnasii Hamb. prof.) *lexicon Syriacum continens omnes N. T. Syriaci dictiones et particulas cum spicilegio* vocum quarundam peregrinarum et in quibusdam tantum N. T. Codicibus occurrentium et *appendice*, quae exhibet diversas punctationes a praecipuis huius linguae doctoribus in Europa circa N. T. Syr. hactenus usurpatas, adiecto indice latino accuratissimo, et catalogo nominum propriorum, brevissima et discentium studiis accommodata methodo in usum N. T. Syr. olim ita concinnatum, ut simul latinae versionis vicem explere possit; nunc vero in lucem demum editum. Hamb. 1667. 8. typis et impensis auctoris. Excepit eiusdem auctoris N. T. Syriacum, et repetitum est titulo ita mutato: *Aegidii Gutbirii SS. Theol. Doct. et Gymnas. Hamburg. P. P. lexicon Syriacum — — nominumque propriorum catalogo nova hac editione prioribus a mendis expurgatum nonnullis etiam accessionibus locupletatum a Iohanne Michaele Gutbirio LL. Sanct. et poës. in ill. augusteo, quod Leucopetrae floret, prof. publ. Hamburgi typ. et sumtibus Gutbirianis* 1667. 8. Inveniuntur etiam exempla huius editionis secundae alio titulo insignita; v. c. *Numburgi* loco Hamburgi. Lexicon breve quidem et concisum sed in usum tyronum N. T. legentium accommodatissimum. Grammaticam quoque Syriacae linguae promiserat Gutbirius, neque tamen, quantum scimus, promissis stetit.

Edmundi Castelli (S. Th. D., ling. Arabic. apud Cantabrigiens. prof.) *lexicon Heptaglotton Hebraicum, Chaldaicum, Syriacum, Samaritanum, Aethiopicum, Arabicum coniunctim et Persicum separatim*, in quo omnes voces Hebraeae, Chaldaeae, Syrae, Samaritanae, Aethiopicae, Arabicae et Persicae tam in MSS. quam impressis libris, cum primis autem in Bibl. polyglottis, adiectis hinc inde Armenis, Turcicis, Indis, Iapanicis etc. ordine alphabetico sub singulis radicibus digestae continentur, earumque significationes, omnium praesertim in SS. Hebraeis Bibliis semel tantum occurrentium, multo aliter

quam apud Modernos, sive Hebraeos sive Christianos, ex tribus Chaldaeis Targumim, utroque Babylonico et Hieros. Talmúde, vetustiss. Rabbinorum commentatoribus, theologis et philosophis, variis S. Scripturae lectionibus Hebr. Chald. cet. tribus exemplaribus V. et N. T. *Syris*, tribus magna ex parte *Aethiopicis*, tribus *Arabicis*, duobus *Persicis*, tribus Pentateuchis *Samaritanis:* lexicis item in omnibus hisce linguis vix numerandis, *Alcorano*, *Avicenna*, *Geographo Nubiensi* etc. ut et Graeca LXX interprett. versione ample et dilucide eruuntur, proponuntur et explicantur. Variorum insuper Interpretum difficiles ac discrepantes sententiae conferuntur et examinantur, quam plurima errata in aliis lexicis, nec non in Bibl. Polygl., etiam pravae haud raro translationes emendantur, et ad verum suum sensum restituuntur. Cui accessit brevis et harmonica, quantum fieri potuit, Grammaticae omnium praecedentium lingg. delineatio. Londini. 1669.[30]). — In Syriaca libri parte socium habuit acerrimum *Beveridgium*, grammatica de Syris litteris meritum; eamque reliquis heptaglotti partibus felicius elaboravit[31]). Hanc igitur *I. D. Michaelis* ex eius lexico heptaglotto seorsim typis describi curavit ita inscriptam *Edmundi Castelli Lexicon Syriacum*, P. I. et II. Gotting. 1788; dein Adnotata sua et ex *Barali* apographo Gottingae servato (§. 4, 13. not. 8.) nonnulla adiecit a Castellianis diligenter seiuncta. Quid in hoc libro desideraveris, *I. Fr. Gaabius* probe exposuit[32]) et emendationes atque auctuarium suppeditarunt *I. G. Hassius*[33]), prae ceteris vero *G. W. Lorsbachius*[34]).

Io. Frid. Nicolai (Facult. Philos. Ienens. adiunct.) *hodogeticum orientale harmonicum*, quod complectitur I. *lexicon lingg. Ebraicae, Chaldaicae, Syriacae, Arabicae, Aethiopicae et Persicae harmonicum.* II. *Grammaticam* lingg. earundem secundum prima praecepta delineatam, *harmonicam.* III. *Dicta biblica* cum et sine analysi grammatica exhibita, *harmonica.* Ienae. 1670. 4. Lexico Castelliano *Nicolai* non usus est, voces linguarum cognatarum sibi respondentes ex adverso posuit, notis vero subiectis, quas *complementum defectus harmonici* nominat, earum diversitatem attigit.

Christoph. Cellarii glossarium Syro-latinum nuper vulgatis utriusque Testamenti Excerptis accommodatum. Cizae. 1683. 48 pagg. 4.

---

30) Totum lexici heptaglotti sicuti aliorum librorum titulum attulimus, quia eius indoles illo luculenter indicatur. Quaedam exempla a. 1686 prae se ferunt; etenim Robertus Scott bibliopola Castello mortuo titulum operis mutavit. De *Castelli* de Bibliis Polygl. et lexico heptaglott. immortaliter meriti vita cfr. *Memoirs of the life and writings of Brian Walton* etc. *by Henry Iohn Todd.* 2 Voll. London. 1821. et quae *Staeudlinus* inde excerpsit: *Ueber Brian Walton's und Edmund Castell's Leben und Schriften* in *Kirchenhistorisch. Archiv von K. F. Staeudlin, H. G. Tschirner et I. S. Vater fuer* 1823. II. p. 109 sq. In libro colligendo et adornando XVII annos consumsit et aes alienum circiter 1000 pondo contraxit, malis plurimis cruciatus et a sociis fere omnibus mox desertus.

31) In hanc sententiam etiam *I. D. Michaëlis* eiusque pater abierunt, cfr. *I. D. Michaelis Abhandlung von der syr. Sprache* p. 109 sq.

32) In commentatione *Wuensche bey Castellus Syrischem Lexicon nach Michaelis Ausgabe* in *Pauli* Memorabil. I. p. 82 — 96.

33) *Magazin fuer die biblisch-orient. Litterat.* Vol. I.

34) *Archiv fuer die morgenl. Litterat.* in utroque quod prodiit, volumine, et in *Pauli Neu. Repertor. fuer bibl. und morgenl. Litterat.* T. III. p. 110—115.

Car. Schaafii lexicon Syriacum concordantiale omnes N. T. Syriaci voces, et ad harum illustrationem multas alias Syriacas et lingg. affinium dictiones complectens, cum necessariis indicibus, Syriaco et Latino, ut et Catalogo Nominum propriorum ac Gentilium N. T. Syr. Lugd. Batav. 1708. Hoc lexicon omnia, quae titulus promittit, accurata et facili methodo revera praestitit, ita ut N. T. legentem fere nullo in loco deserat.

ܠܟܣܝܩܘܢ ܣܘܪܝܝܐ ܕܐܢܛܘܢ ܙܢܠܝܢܝ *Lexicon Syriacum ab Antonio Zanolini* I. U. D. in Seminario Patavino lingg. orientt. professore collectum, voces omnes, quae in N. T. translatione Syriaca inveniuntur, complectens. Accedit eiusdem auctoris disput. de lingua Syriaca, versionibus Syriacis et de Maronitis, quibus praecipue nunc lingua Syriaca in usu est. Ad usum eiusdem Seminarii. Patavii. 1742. XVIII et 294. pagg. 4. Quibusnam subsidiis usus sit, Zanolini non dixit, *Schaafium* sane non videtur adhibuisse.

4) Cum ad linguam discendam grammaticae ac lexica non sufficiant, post has litteras in Europam translatas non solum N. et V. T. aliisque scriptis Syriacis, sed etiam libris in usum tyronum edendis recte provisum est. Quamdiu vero sola Syriaca bibliorum versio manibus versaretur, nihil potuit praeberi, nisi libri N. T. seorsim impressi aut excerpta N. T., ut I Epist. Ioannis a *Trostio* edita et Excerpta *Cellarii*; sed fontibus magis apertis aptiores prodiere chrestomathiae, quarum nonnullae etiam indice instructae linguae Syriacae studium probe propagarunt [a]).

Ioh. Dav. Michaelis Syrische Chrestomathie. Erster Theil. Gotting. 1768. 8. Etiam ita inscripta est: *I. D. Michaelis Abhandlung von der Syrischen Sprache und ihrem Gebrauch nebst dem ersten Theil einer Syrischen Chrestomathie.* Pars posterior non prodiit; prior vero a. 1786 repetita, et commentationi tantum de lingua Syriaca passim in annotatt. nonnulla addita sunt. Cfr. *Eichhorn. allgem. Biblioth. der bibl. Litterat.* T. I. p. 114 sq. Huius libri partem illustravit *Th. Imman. Dindorf* in *Specim. animadverss. in epistol. Syriac. Simeonis Beth-Arsamensis de Barsuma episcopo Nisibeno deque haeresi Nestorianorum.* Lips. 1788. 4. et *Gaabius* hic illic emendavit in *Pauli* Neu. Repert. T. III. p. 366 sq. Textum Syriacum *Michaelis* ex *Assemani* Bibl. Orient. mutuavit.

I. C. G. Adleri chrestomathia Syriaca. Hafn. 1784.

Ioan. Godofr. Hasse lectiones Syro-Arabico-Samaritano-Aethiopicae, tabulis elementaribus ad addiscendas illas linguas necessariis instructae. Regiom. et Lips. 1788. 8.

Georg. Guil. Kirschii chrestomathia Syriaca maximam partem historici argumenti. Hofae. 1789. 8. Accedit *lexicon Syriacum chrestomathiae Syriacae accommodatum.* De huius libri pretio vid. *Eichhorn. Bibl. der bibl. Litterat.* T. II. p. 548 sq. Quae hic illic in textu, e Barhebraei chronico potissimum desumto emendanda inveniuntur, Lorsbachius,

---

a) Quanti momenti sit chrestomathia bene instituta, docent *I. D. Michaelis Abhandlung von der Syrischen Sprache.* §. 16. et Kirsch Chrestom. p. V sq.

Arnoldi, *Fr. G. Mayer* coniiciendo, *Bernstenius* codices inspiciendo optime docuerunt [35]). Nova huius chrestomathiae utilissimae editio paratur.

Olai Gerhardi Tychsen elementale Syriacum sistens grammaticam, chrestomathiam et glossarium, subiunctis novem tabulis. Rostochi. 1793. 8. Grammatica perbrevis est, tabulae ex *Adleri* N. T. verss. Syriac. cet. repetuntur. Cfr. *Eichhornii* Bibl. der bibl. Litterat. T. VIII. p. 699 sq.

Henr. Adolph. Grimm neue syrische Chrestomathie mit einem Glossarium zum Gebrauch fuer Anfaenger herausgegeben. Lemgo. 1795. 8. Vid. *Eichhornii Bibl. der bibl. Litterat.* T. VII. p. 492 sq.

Gust. Knoes chrestomathia Syriaca maximam partem e Codicibus manuscriptis collecta. Gotting. 1807. 8. Plura carmina inedita continet et ita est adornata, ut chrestomathiae *I. D. Michaelis* tanquam posterior pars accedere queat.

§. 6.

Syrorum scriptura eiusque historia.

Cfr. *Ed. Bernardi litteratura orbis eruditi a charactere Samaritico deducta.* 1689. ed. *Carol. Morton.* 1759. — *Walton Apparat. biblic.* sive in Biblia Polygl. Prolegom. II. *de litteris sive characteribus, ipsarum usu mirabili, origine et inventione prima et diversitate in linguis praecipuis.* — *Buettner figurae variaeque formae litterarum hebr. syr. arab.* Gott. 1769. fol. *Eiusdem Vergleichungstafeln der Schriftarten verschiedener Voelker.* Fasc. 1. Gotting. 1771. Fasc. 2. 1779. 4. (imperfect.). Tres tabularum a Buettnero libro suo adiectarum repetiit *Eichhornii Einleit. in das A. T.* Tom. I. — *Wahlii allgemeine Gesch. der morgenlaend. Sprachen.* p. 585 sq. *Skizze einer morgenlaendischen Graphik* cll. tabb. VII—X. — *Pauli archaeologische Beobachtungen und Muthmassungen ueber semitische, besonders hebraeische Lesezeichen* in eius *Memorabil.* Fasc. 6. pag. 102 sq. — *Neues Lehrgebaeude der Diplomatik. Aus dem Franz. von I. Chr. Adelung.* 4. P. II. p. 90 sq. — *I. G. C. Adleri N. T. versiones Syriacae Simplex, Philoxeniana et Hierosolymitana.* Hafniae 1789. 4. Cum VIII tabb. aere incisis. — *G. Gesenii Geschichte der hebr. Sprache und Schrift.* Leipz. 1815. 8. p. 137 sq. — *Ulrich Friedrich Kopp aus Hessen-Cassel Bilder und Schriften der Vorzeit.* Tom. II. Manhem. 1819. 8. N. IV: *Entwickelung der semitischen Schriften.*

1) Inter veteres de gente litterarum inventrice nihil constabat; ex prisca vero fama Aegyptiis aut Phoenicibus aut Aramaeis litterarum inventionem tribuere solebant. Qua quidem in re vetustatis tenebris plane obruta quanquam ne accuratissima quidem investigatione certi quicquam extricaveris, iis tamen maiorem fidem habeas necesse est, qui hoc munus honorificum non Aegyptiacae sed Se-

---

35) *Lorsbach's Archiv fuer die morgenlaend. Litterat.* T. I. et II. et in *Pauli Neu. Repertorium* T. III. p. 81 sq. *Alb. Iac. Arnoldi specimen chronici Syriaci Abulfaragiani e scriptoribus graecis emendati, illustrati.* Marburgi. 1805. 4. *Frid. Greg. Mayer Beytraege zu einer richtigen Uebersetzung der syrischen Chronik des Gregorius Barhebraeus.* Vindobon. 1819. 8. *Eiusdem Nachtrag zu den Beytraegen einer richtigen Uebersetzung der syrischen Chronik.* Ibid. 1820. et *Wiener Jahrbuecher der Litteratur.* Vol. XIII. Ian. — Mart. 1821., *Anzeigeblatt* p. 39. 40. cll. Censura libri Mayeriani in Ephemerid. litt. Ienens. 1821. No. 26—28. — *Georg. Hen. Bernstein Gregorii Barhebraei Chronici Syriaci e Codd. MSS. passim emendati atque illustrati specimen primum.* Lips. 1822. 4.

miticae potius genti tribui voluerunt [a]). Hoc enim suadent cum alphabeti indoles et natura, tum vestigia satis conspicua, quibus plurimas non modo Asiae sed etiam Europae gentes a Phoenicibus litteras accepisse extra omnem fere ponitur dubitationem [b]). Ordo enim litterarum sonis constat Semiticae genti prorsus propriis neque in ulla alia obviis ut ו et ש (§. 7), earumque nomina Semiticam etymologiam facillime sequuntur (§. 7. III Annot. 10.); vocales deinde, praeter tres longas litteris non notantur, quod cum Semitica quidem, neque vero alia, ut Aegyptiaca lingua conspirat. Multum autem habet probabilitatis, non Phoenices ipsos litteras invenisse, sed eas tantum in occidente divulgasse; *Aramaeos* (Babylonios) contra, primos inter Semitas praecipue in rebus sermonem spectantibus excultos [c]), pro litterarum inventoribus esse habendos [d]). Qua quidem in

---

a) Hanc inventionem Aegyptiis esse tributam docent Plinius H. N. VII, 56. (57 ed. Bip.) et Cic. de nat. Deor. III, 22: (*Mercurius dicitur*) *Aegyptiis leges et litteras tradidisse.* cll. Plut. quaest. sympos. X, 3. Diod. Sicul. I, 69. Tertullian. de corona milit. cap. 8. et de testimon. animae cap. 5. Vid. etiam Walton. l. l. §. 3. et Buettner. l. l. p. 12. *Th. Chr. Tychsen in Biblioth. der alt. Litterat.* Fasc. 5. p. 45 sq. *Hezel. palaeographische Fragmente.* p. 6 sq.

b) Herod. V. 58.: οἱ δὲ Φοίνικες οὗτοι οἱ σὺν Κάδμῳ ἀπικόμενοι, — — — ἐσήγαγον διδασκάλια ἐς τοὺς Ἕλληνας, καὶ δὴ καὶ γράμματα, οὐκ ἐόντα πρὶν Ἕλλησι, ὡς ἐμοὶ δοκέειν. — — Χρεώμενοι δὲ, ἐφάτισαν, ὥσπερ καὶ τὸ δίκαιον ἔφερε, ἐσαγαγόντων Φοινίκων ἐς τὴν Ἑλλάδα, Φοινικήια κεκλῆσθαι. Lucan. Pharsal. III, 220. *Phoenices primi famae si creditur ausi Mansuram rudibus vocem signare figuris.* Plin. H. N. VII, 56. (57. ed. Bip.): *litteras semper arbitror Assyrias fuisse: sed alii apud Aegyptios a Mercurio, ut Gellius; alii apud Syros repertas volunt. Utique in Graeciam intulisse e Phoenice Cadmum sedecim numero. — — In Latium eas attulerunt Pelasgi.* Cll. V, 12. (13. ed. Bip.): *Ipsa gens Phoenicum in magna gloria litterarum inventionis, et siderum, navaliumque ac bellicarum artium.* Diod. Sicul. V, 74. ed. Wessel.: Πρὸς δὲ τοὺς λέγοντας, ὅτι Σύροι μὲν εὑρεταὶ τῶν γραμμάτων εἰσὶ, παρὰ δὲ τούτων Φοίνικες μαθόντες τοῖς Ἕλλησι παραδεδώκασιν· οἵτοι δ'εἰσὶν οἱ μετὰ Κάδμου πλεύσαντες εἰς τὴν Εὐρώπην· καὶ διὰ τοῦτο τοὺς Ἕλληνας τὰ γράμματα Φοινίκια προσαγορεύειν, Φασὶ τοὺς Φοίνικας οὐκ ἐξ ἀρχῆς εὑρεῖν, ἀλλὰ τοὺς τύπους τῶν γραμμάτων μεταθεῖναι μόνον, καὶ τῇ γραφῇ ταύτῃ τοὺς πλείστους τῶν ἀνθρώπων χρήσασθαι, καὶ διὰ τοῦτο τυχεῖν τῆς προειρημένης προσηγορίας. cll. not. *Wesselingii* ad h. l. et *Th. Chr. Tychsen* in *Biblioth. der alt. Litterat.* Fasc. 5. praecipue inde a pag. 24 sq. *Gesenius* l. l. pag. 137 sq. *Hug von Erfindung der Buchstabenschrift* pag. 7 sq.

c) Vid. Genes. XI. cll. supra §. 1, 4. Annot. 1. 2. et §. 2, 1. Annot. 1.

d) Vid. Diod. Sicul. l. l. Plin. l. l. cfr. Clem. Alexandr. Stromat. I. p. m. 132. v. 28.: οἱ δὲ Φοίνικας καὶ Σύρους γράμματα ἐπινοῆσαι πρώτους λέγουσιν et Euseb. de praep. evang. X, 5.: εἰσὶ δὲ οἱ Σύρους γράμματα ἐπινοῆσαι λέγουσι πρώτους. Antiqui cum Assyriace, Syriace, Chaldaice et Babylonice minus accurate distinguerent, quae de Assyriis, Syris, Chaldaeis, Babyloniis utpote litterarum inventoribus narrarunt, ad Aramaeos volumus referri Relandio (Palaest. illustr. p. 1012 sq. ed. Trai.), Muentero (Antiquar. Aufsaetze p. 136), Gesenio (l. l. p. 143) et Koppio (l. l. p. 148) praeeuntibus. Hoc ergo sensu huc pertinet Theophili Antiocheni dictum (ad Autolyc. L. III. in fine): Φάσκουσι τὰ γράμματα εὑρῆσθαι, οἱ μὲν παρὰ Χαλδαίων, οἱ δὲ παρ' Αἰγυπτίων, ἄλλοι δ'αὖ ἀπὸ Φοινίκων. Haec vero antiquitatis testimonia confirmat plurimarum gentium consuetudo in antiquo scripturae genere appellando obvia. Hoc enim Arabes *Suri* (*Adler's kurze Uebersicht seiner biblisch-krit. Reise nach Rom* p. 15. *Sylvestre de Sacy in Mémoires de l'Academie des belles-lettres* Tom. L. p. 266. 293. 298. et 313), Aethiopes, si verum est, *Surianum* (Sacy. l. l. p. 285.) et Iudaei כתב אשוריח (*Gesenius* l. l. pag. 142. 156 et quos ibi laudat scriptores) nominant; qua in re ne de quadrata cogites scriptura caveas (Kopp. l. l. p. 149.).

re non praetermittas, Graecarum litterarum nomina, quae certo cum signis ipsis simul ad Graecos pervenerunt, articulo in fine instructa sive in statu emphatico Aramaeorum posita esse (§. 92.). Praeterea populus, navigationi atque mercaturae exercendae prorsus deditus, qualis Phoenicum gens fuit, vix ab animalibus et eius generis rebus, quae agricolarum et hominum pecuariorum vitam spectant, sed potius ab iis nomina litterarum suarum repetere poterat, quae navigatori atque mercatori graviora magisque in propinquo erant [a]).

Annot. 1. *I. M. Hartmann* [1]), *Hugius* (l. l.), et alii, antiquissima alphabeta, etiam Hebraeorum alphabetum (itaque et reliquorum Semitarum) *syllabaria* fuisse arbitrantur, i. e. ductibus constitisse, quibus consona cum certa vocali ad eam pertinente significaretur, quod in *Aethiopum* (neque autem in *Zabiorum*) lingua vere locum habet, nobis vero syllabarium videtur scriptura artificiosior, simplicissima autem, itaque antiquissima, nuda consonarum scriptura.

Annot. 2. Quin etiam antiquas Persarum litteras Semiticae originis esse iam in eo cernitur, quod scriptura ab Herodoto assyriaca nominata apud Strabonem persicae nomine insignitur [2]); comparatio vero illarum cum Phoenicum alphabeto, qualem Koppius [3]) instituit, hoc extra omnem ponit dubitationem. Cum vero Darius in columnis ad Bosporum positis ad significandos populos, quos duxerat, graecis tantum litteris et Assyriis i. e. Aramaicis [4]) uteretur, cumque Artaxerxes Xerxis filius [5]) Assyriis litteris et Eumenes Alexandro mortuo *Syriacis* [6]) suas scriberent epistolas, scriptura Aramaeorum in plurimorum Asiae populorum usu fuisse recte colligitur. De eius usu apud priscos *Armenos* vid. Mos. Chor. hist. arm. I, 2.

2) Quamquam vero ex illis quae modo diximus verisimile est, Aramaeis inde a vetustissimis, quae memoria consequi possumus, temporibus litteras fuisse, nulla tamen, quod propter altissimam vetustatem, praesertim si adversam illius gentis fortunam perpetuasque totius regionis ab ipsa habitatae calamitates (§. 4, 1. 2.) animadvertis, vix sperare poteras, nobis exstant litterarum monumenta tunc temporis exarata. Varia scripturae genera inter Semitas usitata ex primo alphabeto tanquam ex fonte communi profecta et quasdam exhibent litteras, figurae similitudine cum antiquissimis conspirantes [b]). Ad nos pertinet praecipue *scriptura inscriptionis Carpentoractensis*, *Palmyrena*, unde *quadratam* Hebraeorum *scripturam* prodiisse *Koppius* optime demonstravit [c]), *Estrangela*, varii scribendi

---

a) *Hug Erfindung der Buchstabenschrift* p. 25.

1) *Anfangsgruende der hebr. Sprache.* ed. 2. 1819. §. 10.

2) Herod. IV, 87. Strab. XV. p. 502. cll. Gesen. l. l. p. 143. not. 22. Iablonskii Opusc. ed. *te Water* T. III. p. 130.

3) L. l. §. 243 sq.

4) Herod. l. l.: στήλας ἔστησε δύο ἐπ' αὐτῷ (Βοσπόρῳ), λίθου λευκοῦ, ἐνταμὼν γράμματα, ἓς μὲν τὴν Ἀσσύρια, ἓς δὲ τὴν Ἑλληνικὰ, ἔθνεα πάντα ὅσαπερ ἦγε. Assyriae litterae i. e. Aramaicae vid. p. 61. not. d.

5) Thucydides L. IV, 50.

6) Diod. Sicul. XIX, 23.

b) *Gesen.* l. l. p. 154.

c) L. l. §. 101 sq.

modi a Syris usurpati, *Duplicatus*, *Nestorianus*, *Simplex*, *Adlerianus*, minus vero qui ex Syriaco charactere prodierunt; huc pertinet etiam rigidum et inhabile scribendi genus in *Zabiorum* libris obvium. Samaritana vero dialectus antiquiores formas retinuit Phoenicumque litteris similiores.

3) Quanquam igitur scripturae vestigia omnibus fere historiae testimoniis destituti ad antiquissima tempora persequi nequimus, hac tamen re nequaquam probatur, eam tunc nondum in usu fuisse. Inscriptiones quidem Palmyrenae modo ad Christi tempora redeunt, si vero coniunctim omnia respicis, ex quibus hac in re possis argumentari, Aramaeum scribendi genus multo antiquius esse invenies. Attulit *Koppius* [a]) inscriptionem in coctilibus murorum Babyloniorum lateribus inventam, in qua scripturam Phoenicum litteris satis similem non potes non cognoscere (vid. tab. I.). Cum vero Babylonis muri, postquam a Dario erant diruti [b]), nullum consecuti essent instauratorem, inscriptionem certe eiusdem aetatis esse voluit idem Koppius [c]). Qua in re haud scio an recte ita statuerit, quia nullis certis vestigiis exstantibus [d]) vix potest accurate definiri et circumscribi verus murorum situs et ambitus, et annon later ille cum inscriptione Semitica fortasse in alia urbis regione effossus sit, omnino ignoramus. Quod igitur hoc modo in ambiguo relinquitur, ita planum reddi putavimus. Quadratam Hebraeorum scripturam Aramaeae originem debere, a Koppio graphice est demonstratum [e]); cum vero et propter antiquas narrationes [f]) et propter indolem Alexandrinae V. T. versionis [g]) quadrata scriptura aliquantum ante Chr. nat. in usu necessario fuerit, Aramaeam eius matrem multo antiquiorem esse nullus dubito. Confirmant denique hanc sententiam cum maxima Aramaeorum cultura in universum tum praecipue subtiliores coeli observationes litteris in lateres coniectae, quae *Idlero* auctore [h]) annum 721 a. Chr. nat. attingunt.

4) Nunc vero antequam demonstretur, quaenam inter varias Syrorum scripturae rationes antiquior et primigena sit et quomodo alia in universum ad aliam se referat [i]); explicemus necesse est, quo tandem modo Aramaeorum scriptura

---

a) L. l. p. 154 sq.

b) Herod. III, 159.

c) L. l. p. 156.

d) Vid. *Gesenius* in Encyclop. Halens. T. VII. s. v. *Babylon.*

e) L. l. §. 99 sq.

f) Vid. loca a Gesenio l. l. p. 150 sq. laudata.

g) *Gesen.* l. l. p. 158. Quae *Koppius* l. l. §. 111. contra hanc argumentationem monuit, parum probare docuit *Censor in Ephemerid. litt. Ienens.* 1822. No. 119.

h) *Ueber die Sternkunde der Chaldaeer in den Abhandlungen der historisch-philolog. Klasse der Berliner Akademie von* 1814—1815. Berol. 1818. p. 219 sq.

i) Ad iudicandam quidem codicum aetatem etsi maxime valeat experientia eorum, qui codices multos non modo obiter spectavere, sed etiam curiosius tractarunt: tamen etiam pro-

a reliquis Semiticis differat. Litterae vero illae, quae lateris Babylonici inscriptione exhibentur, cum fere Phoeniciae sint, ut e tab. I. videre licet, characterem aramaeum nondum reddunt. Quanquam non omnis varietas apud Aramaeos litteris oborta ad certas regulas queat restringi, tamen in universum capita summo aperta manifesto Aramaeum produnt characterem [a]), quod inscriptionis *Carpentoractes* in Provincia australi servatae litteras cum Phoeniciis conferentem non latebit; prae ceteris vero hanc mutationem subierunt litterae ב, ד, ע et ר olim capitibus clausis insignes (Vid. Tab. I.). Mutati huius et quae secuta sunt, scribendi generis caussam putaveris cum *Koppio* [b]) praecipue usum crebriorem, postea et calligraphiam, minus vero, quae in aliis scribendi generibus maximi momenti est, scripturae translationem [c]). Maximam vero vim exercuit etiam mos Aramaeorum crebriori usu obortus, et in Palmyrenis quoque inscriptionibus passim observatus [d]), litteras singulas annectendi. Genuit enim postea Estrangelo aliaque scribendi genera ligata.

5) Inscriptio, quae nunc a *Carpentoracte*, ubi in bibliotheca episcopali servatur, nomen traxit [e]), quanquam qua aetate exarata sit, non liquet, litteras tamen offert Palmyrenis, quae vulgo appellantur, sat antiquiores. Quod ut facilius perspicias, Tab. I. alphabetum huius marmoris et Palmyrenum vulgare ex adverso posita repraesentavi. Postquam a. 1705 *Rigord*, cui primo marmor fuerat [f]), a. 1723 *Montefalconius* [g]) et a. 1752 *Caylus* [h]) epigraphen ediderant non satis accuratam, *Barthelemius* diligentissimum imaginis et epigraphes exhibuit apographum et explicationem [i]). Alphabetum dein ab eodem erutum repetiit a. 1763 *Encycl. Parisiensis* [k]), deinde a. 1771 *Buettnerus* [l]), a. 1784 *Wahlius* [m]), a. 1799 *Edmund Fry* [n]), et *Grotefendus* [o]) non sine multis vitiis; *Koppius* denique [p]) alphabetum et epigraphen qua solet diligentia denuo exhibuit. Idem tentavit inscriptionis

---

dest, quae cuiusque aetatis scriptura fuerit scire et inspiciendis codicum speciminibus cognoscere, praesertim eorum, de quorum aetate satis constat.

a) Kopp. l. l. §. 100.

b) L. l. §. 102. 168. cll. §. 13.

c) Praestantissimam huius rei dilucidationem invenies apud *Koppium* l. l. §. 13—16.

d) *Kopp.* l. l. T. I. p. 233.

e) Vid. de ea eiusque fatis *Millin. magasin encyclop.* 1805. T. VI. p. 352. cll. *Kopp.* l. l. T. II. §. 169 sq.

f) Memoires de Trevoux. Amsterd. 8. Iuin 1705. T. IX. p. 438.

g) Antiquit. expliq. Suppl. T. II. p. 207.

h) Recueil d'antiquités I, 74. Pl. 26.

i) Memoir. de l'acad. des inscr. XXXII. 725. Pl. 1.

k) Recueil des Planch. P. I. Pl. V.

l) *Vergleichungs Tafeln* cet. Tab. II. n. 4.

m) *Allg. Gesch. der morg. Sprach.* Tab. VII.

n) Pantograph. 56.

o) *Fundgruben des Orients.* IV. 244.

p) L. l. T. II. ad p. 157 et ad p. 229.

Tab. I.

Babyl.	Phoen.	Antiqu. Hebr. et Samarit.	Aramaicum Inscr. Carpent.	Aramaicum Palmyr. vulg.	Hebr.
1:0.000,0.000,0.031,0.048	1:0.000,0.000,0.031,0.048	1:0.000,0.000,0.031,0.048	1:0.000,0.000,0.031,0.048	1:0.000,0.000,0.031,0.048	1:0.000,0.000,0.031,0.048
1:0.031,0.000,0.062,0.048	1:0.031,0.000,0.062,0.048	1:0.031,0.000,0.062,0.048	1:0.031,0.000,0.062,0.048	1:0.031,0.000,0.062,0.048	1:0.031,0.000,0.062,0.048
1:0.062,0.000,0.093,0.048	1:0.062,0.000,0.093,0.048	1:0.062,0.000,0.093,0.048	1:0.062,0.000,0.093,0.048	1:0.062,0.000,0.093,0.048	1:0.062,0.000,0.093,0.048
1:0.093,0.000,0.124,0.048	1:0.093,0.000,0.124,0.048	1:0.093,0.000,0.124,0.048	1:0.093,0.000,0.124,0.048	1:0.093,0.000,0.124,0.048	1:0.093,0.000,0.124,0.048
1:0.124,0.000,0.155,0.048	1:0.124,0.000,0.155,0.048	1:0.124,0.000,0.155,0.048	1:0.124,0.000,0.155,0.048	1:0.124,0.000,0.155,0.048	1:0.124,0.000,0.155,0.048
1:0.155,0.000,0.186,0.048	1:0.155,0.000,0.186,0.048	1:0.155,0.000,0.186,0.048	1:0.155,0.000,0.186,0.048	1:0.155,0.000,0.186,0.048	1:0.155,0.000,0.186,0.048
1:0.186,0.000,0.217,0.048	1:0.186,0.000,0.217,0.048	1:0.186,0.000,0.217,0.048	1:0.186,0.000,0.217,0.048	1:0.186,0.000,0.217,0.048	1:0.186,0.000,0.217,0.048
1:0.217,0.000,0.248,0.048	1:0.217,0.000,0.248,0.048	1:0.217,0.000,0.248,0.048	1:0.217,0.000,0.248,0.048	1:0.217,0.000,0.248,0.048	1:0.217,0.000,0.248,0.048
1:0.248,0.000,0.279,0.048	1:0.248,0.000,0.279,0.048	1:0.248,0.000,0.279,0.048	1:0.248,0.000,0.279,0.048	1:0.248,0.000,0.279,0.048	1:0.248,0.000,0.279,0.048
1:0.279,0.000,0.310,0.048	1:0.279,0.000,0.310,0.048	1:0.279,0.000,0.310,0.048	1:0.279,0.000,0.310,0.048	1:0.279,0.000,0.310,0.048	1:0.279,0.000,0.310,0.048
1:0.310,0.000,0.341,0.048	1:0.310,0.000,0.341,0.048	1:0.310,0.000,0.341,0.048	1:0.310,0.000,0.341,0.048	1:0.310,0.000,0.341,0.048	1:0.310,0.000,0.341,0.048
1:0.341,0.000,0.372,0.048	1:0.341,0.000,0.372,0.048	1:0.341,0.000,0.372,0.048	1:0.341,0.000,0.372,0.048	1:0.341,0.000,0.372,0.048	1:0.341,0.000,0.372,0.048
1:0.372,0.000,0.403,0.048	1:0.372,0.000,0.403,0.048	1:0.372,0.000,0.403,0.048	1:0.372,0.000,0.403,0.048	1:0.372,0.000,0.403,0.048	1:0.372,0.000,0.403,0.048
1:0.403,0.000,0.434,0.048	1:0.403,0.000,0.434,0.048	1:0.403,0.000,0.434,0.048	1:0.403,0.000,0.434,0.048	1:0.403,0.000,0.434,0.048	1:0.403,0.000,0.434,0.048
1:0.434,0.000,0.465,0.048	1:0.434,0.000,0.465,0.048	1:0.434,0.000,0.465,0.048	1:0.434,0.000,0.465,0.048	1:0.434,0.000,0.465,0.048	1:0.434,0.000,0.465,0.048
1:0.465,0.000,0.496,0.048	1:0.465,0.000,0.496,0.048	1:0.465,0.000,0.496,0.048	1:0.465,0.000,0.496,0.048	1:0.465,0.000,0.496,0.048	1:0.465,0.000,0.496,0.048
1:0.496,0.000,0.527,0.048	1:0.496,0.000,0.527,0.048	1:0.496,0.000,0.527,0.048	1:0.496,0.000,0.527,0.048	1:0.496,0.000,0.527,0.048	1:0.496,0.000,0.527,0.048
1:0.527,0.000,0.558,0.048	1:0.527,0.000,0.558,0.048	1:0.527,0.000,0.558,0.048	1:0.527,0.000,0.558,0.048	1:0.527,0.000,0.558,0.048	1:0.527,0.000,0.558,0.048
1:0.558,0.000,0.589,0.048	1:0.558,0.000,0.589,0.048	1:0.558,0.000,0.589,0.048	1:0.558,0.000,0.589,0.048	1:0.558,0.000,0.589,0.048	1:0.558,0.000,0.589,0.048
1:0.589,0.000,0.620,0.048	1:0.589,0.000,0.620,0.048	1:0.589,0.000,0.620,0.048	1:0.589,0.000,0.620,0.048	1:0.589,0.000,0.620,0.048	1:0.589,0.000,0.620,0.048
1:0.620,0.000,0.651,0.048	1:0.620,0.000,0.651,0.048	1:0.620,0.000,0.651,0.048	1:0.620,0.000,0.651,0.048	1:0.620,0.000,0.651,0.048	1:0.620,0.000,0.651,0.048
1:0.651,0.000,0.682,0.048	1:0.651,0.000,0.682,0.048	1:0.651,0.000,0.682,0.048	1:0.651,0.000,0.682,0.048	1:0.651,0.000,0.682,0.048	1:0.651,0.000,0.682,0.048
1:0.682,0.000,0.713,0.048	1:0.682,0.000,0.713,0.048	1:0.682,0.000,0.713,0.048	1:0.682,0.000,0.713,0.048	1:0.682,0.000,0.713,0.048	1:0.682,0.000,0.713,0.048
1:0.713,0.000,0.744,0.048	1:0.713,0.000,0.744,0.048	1:0.713,0.000,0.744,0.048	1:0.713,0.000,0.744,0.048	1:0.713,0.000,0.744,0.048	1:0.713,0.000,0.744,0.048
1:0.744,0.000,0.775,0.048	1:0.744,0.000,0.775,0.048	1:0.744,0.000,0.775,0.048	1:0.744,0.000,0.775,0.048	1:0.744,0.000,0.775,0.048	1:0.744,0.000,0.775,0.048
1:0.775,0.000,0.806,0.048	1:0.775,0.000,0.806,0.048	1:0.775,0.000,0.806,0.048	1:0.775,0.000,0.806,0.048	1:0.775,0.000,0.806,0.048	1:0.775,0.000,0.806,0.048
1:0.806,0.000,0.837,0.048	1:0.806,0.000,0.837,0.048	1:0.806,0.000,0.837,0.048	1:0.806,0.000,0.837,0.048	1:0.806,0.000,0.837,0.048	1:0.806,0.000,0.837,0.048
1:0.837,0.000,0.868,0.048	1:0.837,0.000,0.868,0.048	1:0.837,0.000,0.868,0.048	1:0.837,0.000,0.868,0.048	1:0.837,0.000,0.868,0.048	1:0.837,0.000,0.868,0.048
1:0.868,0.000,0.899,0.048	1:0.868,0.000,0.899,0.048	1:0.868,0.000,0.899,0.048	1:0.868,0.000,0.899,0.048	1:0.868,0.000,0.899,0.048	1:0.868,0.000,0.899,0.048
1:0.899,0.000,0.930,0.048	1:0.899,0.000,0.930,0.048	1:0.899,0.000,0.930,0.048	1:0.899,0.000,0.930,0.048	1:0.899,0.000,0.930,0.048	1:0.899,0.000,0.930,0.048
1:0.930,0.000,0.961,0.048	1:0.930,0.000,0.961,0.048	1:0.930,0.000,0.961,0.048	1:0.930,0.000,0.961,0.048	1:0.930,0.000,0.961,0.048	1:0.930,0.000,0.961,0.048
1:0.961,0.000,0.992,0.048	1:0.961,0.000,0.992,0.048	1:0.961,0.000,0.992,0.048	1:0.961,0.000,0.992,0.048	1:0.961,0.000,0.992,0.048	1:0.961,0.000,0.992,0.048

Litterae Palmyr. coniunctae.



Inscr. nummi Tars.



Inscriptio Babylon.



(Ad pag. 64.)

explicationem q), ad quam post Barthelemium unus, *O. G. Tychsen*, successu tamen parum felici, aggressus erat r). Quod tab. I. exhibet alphabetum huius inscriptionis, ex *Koppii* libro mutuavimus. Quanquam ubi marmor inventum sit, nusquam commemoratur, rectius tamen epigraphis scripturam et linguam cum Koppio s) Aramaicam nominaveris, quam Phoeniciam.

Annot. 1. Ad Aramaeam scripturam *Koppius* 7) retulit etiam epigraphen nummi, qui Tarsi Ciliciae urbe cusus esse dicitur 8); unam partem Iovis imago, et voces בעל תרז ornant, alteram vero leo bovem dislacerans et litterae מזרך סם.

Annot. 2. Non solum omnibus Aramaeis, sed etiam Phoenicibus diu unus idemque scribendi modus fuisse videtur; quae res, si inscriptio in latere Babylonico inventa tantae esset aetatis, quantae Koppius coniecit, extra omnem dubitationem esset posita. Nummi vero alicuius inscriptione nisus 9), quam tab. II. exhibet, inde ab a. 300 a. Chr. n. diversitatem inter Phoeniciam et Aramaeam scripturam exstitisse idem aestimavit 10).

6) Alphabetum *Palmyrenum* ex inscriptionibus Palmyrenis erutum (§. 2, 4. Annot. 2.) initio paululum tantum, sensim vero, uti fieri solet, temporis decursu magis ab antiquo Aramaeorum genere scribendi deflectebat, ita ut quae in pluribus diversarum inscriptionum litteris occurrunt discrimina, eo maiora esse soleant, quo magis singulae inscriptiones aetate distant; nihilo tamen minus has omnes formas varias ex *uno* fonte communi manasse apparet a). Ne vero propter nomen scripturae Palmyrenae in eum errorem te sinas duci, ut in Palmyra tantum eam putes adhibitam fuisse; etenim vel nonnullae inscriptiones b) Syros quoque in monumentis publicis illa scriptura usos esse probant. Unde hoc scribendi genus cum *Koppio* appellare maluerim recentiorem Aramaeorum scripturam, ita ut antiquiori, qualis in inscriptione Carpentoractensi conspicitur, opponatur c).

---

q) L. l. inprimis §. 181.

r) Act. nov. Upsal. VII. 1815. p. 92. cll. *A. Th. Hartmann's Oluf Gerhard Tychsen oder Wanderungen durch die mannigfaltigsten Gebiete der biblisch-asiatischen Litteratur.* T. II. P. 2. p. 610 sq.

s) L. l. §. 195. cll. §. 168.

7) L. l. §. 200 — 203.

8) Eckhell. doctrin. numm. T. III. p. 61. 71. 412. T. E. Mionnet déscription de médailles antiques Grecques et Romaines. Recueil des Pl. XXII plura affert apographa; *Koppius* vero l. l. nummi argentei nunc Gothae servati inscriptionem satis perspicuam attulit a nobis in tab. I. repetitam.

9) *Mionnet Déscription de médailles antiques* cet. p. 42. *Recueil des Pl.* LXI, 1. cll. *Bellermann Bemerkungen ueber die phoenizischen und punischen Muenzen.* III. p. 13 — 14.

10) *Kopp.* l. l. §. 196 — 199.

a) *Barthélemy* p. 206. et *Swinton* p. 705. in libris supra (p. 13. not. 17 et 18.) laudatis. Kopp. l. l. §. 99 §. 204 sq.

b) *Swinton* l. l. p. 748.

c) Recensionem omnium periculorum, quae viri docti in his inscriptionibus explicandis collocarunt, reperies in *A. Th. Hartmanni* libro: *Oluf Gerhard Tychsen oder Wanderungen durch die mannigfalt. Gebiete der biblisch-asiat. Litterat.* T. II. P. 2. p. 254 — 295. cll. *eiusdem biblisch-asiatischer Wegweiser zu Oluf Gerh. Tychsen* p. 70.

Annot. 1. In singulis quidem inscriptionibus a variis hominibus neque una aetate exaratis discrimina tibi occurrunt, praecipue in littera י, quae pro parva unius eiusdemque characteris varietate velis habere. Si modo in litterarum figura definienda ad ductum primarium et necessarium, tanquam ad elementum eius, animadverteris, diversitas, quae vix vitari poterat in delineatione et litterae cuiusdam ductibus te non offendet.

Inter illud vero alphabetum, quod in Palmyrenis inscriptionibus Romae servatis, et illud, quod in Palmyrae ruinis invenitur, maior intercedit diversitas [a]; nominatim in illo litterarum ז et ע figurae propius accedunt ad recentiores figuras apud Syros usitatas, quam ad earundem litterarum signa in alphabeto Palmyreno [b]; ad quadratas vero formas litterae ב et ש, vel ם in inscriptione aliqua a *Grutero* [c] divulgata. Vere differunt praeterea in utroque alphabeto א, ד, ו, ח, ל, ר et ת [d]. Quam quidem diversitatem *Barthélemius* [e] ita explicat, ut inscriptiones Romae conservatas, aliis eodem tempore exaratis in litterarum ductibus valde dissimiles, non Palmyra ipsa, sed ex vicinis urbibus Romam allatas esse existimet. Neque temere, diversis enim locis scriptura sine dubio in quibusdam ductibus valde mutatur.

Annot. 2. In Syriacis, uti in Arabicis aliisque Semiticis, aliquot figuras inter se simillimas *puncto* solo distingui nemo ignorat; Palmyreni vero in monumentis, uti Arabes in scriptura *Cufica*, illud punctum omiserunt, qua re illae litterae sibi simillimae aut potius prorsus eaedem connexu tantum cognoscuntur [11], ut ד et ר, quae quidem litterae etiam apud Hebraeos et Zabios, ubi tale punctum diacriticum non adhibetur, magnam habent similitudinem (Vid. Tab. III.).

Annot. 3. Propter eximiam, quam diximus, litterarum Palmyrenarum in diversis inscriptionibus diversitatem aptissimum visum est, in Tab. I. duo alphabeta, *Barthelemio*, *Swintono* et *Koppio* praeeuntibus proponere; praesertim cum hoc exemplum, quomodo iidem scripturae ductus a diversis scriptoribus sensim mutari coeperint, luculenter ostendit. Cum vero litterae quae coniunguntur חו, מו, בד, בו, בר, formam quodammodo mutent, eas quoque Tab. I. offert.

Annot. 4. Palmyrenis etiam peculiares numerorum notae fuere. Cfr. de iis §. 8, 4.

Annot. 5. *Scriptura quadrata*, e charactere Palmyreno exorta, ad Aramaea quidem scribendi genera pertinet, unde in Tab. I. reliquis apponitur, diligentiori vero descriptione non eget, cum satis nota sit.

---

a) *Swinton.* l. l. p. 738.
b) *Swinton.* ibid. pag. 740.
c) Corp. Inscript. ex Rec. et Annotat. Ioan. Georg. Graevii Amst. 1707. fol. p. 86. Vid. de hac inscriptione p. 13. not. 16. et 20.
d) *Barthélemy* l. l. pag. 204. Annot.
e) L. l. p. 207.
11) *Barthelem.* l. l. pag. 193.

7) ***Estrangelo***, antiquissimum inter ea scribendi genera, quae in Syriacis libris inveniuntur, Syriace اسطرنجيلا nominatur; quod quidem nomen *Assemanius* [a]) a Graeco στρογγύλος derivans *rotundum* significare ait; cum vero, quod iam *I. D. Michaelis* [b]) et *Adlerus* [c]) recte monuerunt, minime rotunda sit haec litterarum forma, (Vid. Tab. II.) nomen potius cum illis viris Arabicae originis esse arbitramur, quod Syri primum Carschunice i. e. litteris Syriacis scribendo usurpabant, deinde vero civitate donabant, ortum e سطر *scriptura* et انجيل *evangelium*, ut significet: *scriptura evangelii* h. e. scriptura maiuscula, qua in scribendis evangeliis exemplis utebantur, opposita minusculis et velocius scriptis litteris, quas eodem tempore in vulgo iam usitatas fuisse *Adlerus* [d]) docet [e]).

Annot. 1. *I. D. Michaelis* scripturam evangelii eo sensu sumsit, ut haec non alteri Syrorum scripturae, in vita communi et familiari usitatae opponatur, sed Arabicae, qua Moslemi atque in rebus saecularibus saepe et Christiani usi sint. Cum vero scriptura illa Estrangela, antequam Muhammedes eiusque asseclae Christianis opponi possent, usitata esset, quin etiam haud multo post a scriptura minuscula fere summota esset, non omnino est improbabile, Syros etiam illius scripturae nomine Estrangelo iam ante Muhammedem usos esse. Nusquam quidem commemoratum invenimus, quo tandem tempore illud scripturae nomen exortum sit; attamen verisimile videtur, eius originem antequam scriptura obsoleverat, esse statuendam.

Haec scriptura in pervetustis codicibus conspicitur, nominatimque in plurimis eorum, qui ante annum Christi 800 exarati sunt. Praeter hanc, etiam in monumentis publicis obviam aliam vulgarem iam in usu fuisse certe a. 548 ex Codic. Syriac. Vatican. XII apparet [f]). Neque hoc novum et inauditum putabis, sed potius aliorum populorum mori consentaneum, nostratum nimirum, qui praeter litterarum notas maiores et crassiores alias minores vulgari usui inservientes adhibent. Temporum vero tractu, ut fieri solet, pedetentim huc illuc haec scriptura immutata est; praecipue cum in usum celeriter scribentium difficiliores litterarum figurae magis flexibiles redderentur [g]).

---

a) Bibl. Or. T. III. P. II. pag. 378. Rotunda et maiuscula forma idem significantia sive synonyma ille opinatur, qua in re neminem consentientem habebit.

b) Gramm. Syr. pag. 15.

c) Versiones Syriac. N. T. pag. 4.

d) L. l. pag. 7 sq.

e) Haec vox si a Graeco στρογγύλος esset repetenda, melius littera ζ scriberetur.

f) Cfr. *Adleri* l. l. p. 7. atque in tab. Ima prim. epigraph.

g) *Blanchini* Evangel. quadrupl. T. I. p. 541—542; Tab. I. apud *Adlerum* l. l., ubi omnes fere commutationum gradus tibi obveniunt, quibus vetus illud scribendi genus ad nostras usque voluhiliores formas descendit. Quo enim longius aetate distant epigraphae versionis N. T. simplicis in Codic. Vatic. XII allatae, eo maior, quo propius accedunt, eo minor varietas esse videtur.

Annot. 2. *Serioribus* etiam temporibus [12]) sed fere in titulis tantum Estrangela scriptura invenitur; hoc in caussa est, cur nonnulli, ut *Widmanstadius* [13]), titulos hoc scripturae genere cudendos curaverint. In nonnullis Codicibus magna conspicitur inconstantia vario charactere exaratis, ita ut in una eademque pagina modo hoc, modo illo charactere librarii utantur [14]). Postquam Estrangelae scripturae usus iam diu erat abolitus, Ioannes Episcopus coenobii Cartaminensis (ordinatus est 988 p. Chr.) eam restituit; libros antiquos inspiciens ipse eam didicit, postea *Emanuelem* et *Nache-Bezirvotho*, fratris sui filios docuit, quorum prior 70 codices illo charactere exarasse fertur [15]).

8) Alia antiquae scribendi rationi, Estrangelae scilicet, simillima sive potius Estrangela ipsa est illa, *duplicem* ductum eiusdem litterae habens medio cavo relicto, qua Syri in brevi aliquo dicto aut epigrammate et in librorum titulis uti solent. (Vid. Tab. II.). Propter duplicem litterarum ductum hoc alphabetum *duplicati* nomine insignitur, Syriace ܕܒܝܩܐ; singula vero litterarum signa ܦܠܝܓܢܐ i. e. *scissa* eandem ob caussam nominantur. *Amira* [a]) in libris antiquissimis se illud scribendi genus vidisse negat, quod praecipue ornamenti caussa adhibetur et propterea etiam variis coloribus decoratur.

9) *Nestoriani* antiquam litterarum Syriacarum formam in scribendo retinebant, sed simul formas minusculas habebant ex Estrangela scriptura ductas, mediumque inter antiquam et recentiorem scripturam tenentes, quas Syri simpliciter *Nestorianas* ܢܣܛܘܪܝܢܐ vocant [b]). Utraque forma etiam apud reliquos Syros, *Melchitas* [c]) *Maronitas* et *Iacobitas* [d]) adhibita est; codicesque utraque forma scripti multi exstant [e]). Litterae solent satis minutae esse, neque diversis temporibus omnino pares manserunt. (Vid. Tab. II.) Cum Nestorianis Chaldaeorum nomen tribuatur, etiam haec eorum scriptura apud Syros recentiores Chaldaica vocatur [f]).

---

12) *Silvestre de Sacy* (note d'un manuscrit Syriaque du Pentateuque cet. in *Eichhornii* Biblioth. der bibl. Litterat. T. VIII. p. 578) „*en effet*, ait, *quoique le caractère nommé Nestorien ait commencé à s'introduire à cette époque* (a. 800), *on ne cessa pas pour cela de faire usage de l'ancien*. cet.

13) In editione Novi Testamenti. Viennae 1555.

14) *Ridleius* de Syriacis novi foederis versionibus in *Wetstenii* libellis ad crisin N. T. p. 303.

15) Asseman. Bibl. Orient. II. pag. 352. ex *Barhebraeo*.

a) Gramm. Syriac. p. 2.

b) *Asseman.* Bibl. Orient. III. P. II. p. 378.

c) Cfr. de iis *Assem.* Bibl. Orient. I, 507 sq.

d) *Asseman.* Bibl. Orient. T. II. dissert. de monophysitis.

e) Cfr. *Adler* l. l. p. 4. p. 19. et tab. III.

f) Neque consentiunt Nestoriani cum reliquis Syris in vocalibus designandis; namque puncta tantum addunt, nullibi vero, vocalium signa a Graecis desumta (§. 10, 2.). Obscurius *I. D. Michaelis* (*Abhandlung von der syr. Sprache.* §. 3.) hanc sententiam elocutus est.

Tab. II.

Estrangelo.		*Hierosol. s. Adlerian.*	*Duplicatum.*	*Nestorianum.*	*Simplex.*
in fine	med. ab initio				
ﻙ	ﻛ	א	𐡀	ʾ	ʾ
ﺑ	ﺒ	ב	𐡁	ב	ב ב
ﺟ	ﺠ	ג	𐡂	ג	ג ג ג
ﺩ	ﺪ	ד	𐡃	ד	ד ד
ﻫ	ﻬ	ה	𐡄	ה	ה ה
ﻭ	ﻮ	ו	𐡅	ו	ו ו
ﺯ	ﺰ	ז	𐡆	ז	ז ז
ﺣ	ﺤ	ח	𐡇	ח	ח ח
ﻁ	ﻄ	ט	𐡈	ט	ט ט
ﻱ	ﻲ	י	𐡉	י	י י
ﻝ	ﻠ	ל	𐡋	ל	ל ל ל
ﻡ	ﻤ	מ	𐡌	מ	מ מ
ﻥ	ﻨ	נ	𐡍	נ	נ נ
ﺱ	ﺴ	ס	𐡎	ס	ס ס
ﻉ	ﻌ	ע	𐡏	ע	ע ע
ﭖ	ﭙ	פ	𐡐	פ	פ פ
ﺹ	ﺼ	צ	𐡑	צ	צ צ
ﻕ	ﻘ	ק	𐡒	ק	ק ק
ﺭ	ﺮ	ר	𐡓	ר	ר ר
ﺷ	ﺸ	ש	𐡔	ש	ש ש
ﺕ	ﺘ	ת	𐡕	ת	ת ת
					ﺃ

Signa numerorum Palmyr.

1. 2. 3. 4. 5. 20.

I II III IIII 𐡚 𐡛

Inscriptio nummi aramaea.

𐡀𐡋𐡉 𐡀𐡃

(Ad pag. 68.)

10) Usitatissima vero scriptura atque in libris nostris typis impressis usurpata est ea, quae ܩܫܝܛܐ i. e. *simplex* aut ܩܘܣܛܐ i. e. *linea* [a]) sine dubio propter lineam fere omnes litteras infra annectentem vocatur [b]). *Assemanius* [c]) a Maronitis et Iacobitis has figuras excogitatas, aliique a *Iacobo*, saec. VII. Edessae episcopo, profectas esse referunt [d]); quibus iudiciis nullam habemus fidem, propter quod non intelligimus, quo tandem modo illi hominibus, qui litteras habebant satis aptas, alias ex arbitrio profectas, necessitate non urgente, antiquarum loco obtrudere potuerint [e]). Nihil est illud scribendi genus, nisi Estrangelum obliquum et inclinatum: sensim propter communem usum, per varios gradus transiit magnisque vicissitudinibus obnoxium fuit [f]). Quamvis vero antiquissimae litterarum formae diversae videantur ab his, quibus nunc utimur, in iis tamen veteris scripturae vestigia remanserunt. Qui in magna illa recentioris et antiquioris figurae diversitate eas animadverterit litterarum formas, quae quasi mediae inter utramque figuram sunt, is nullo modo ex arbitrio recentiorem profectam esse putabit [g]).

Annot. *Assemanius* [16]) verba ܩܫܝܛܐ et ܩܘܣܛܐ tanquam unum scripturae nomen con-

---

a) *Amira* Gramm. Syriac. p. 1.

b) *I. D. Michaelis* in editione sua lexici Castelliani s. v. ܩܘܣܛܐ putat, hanc vocem et *litteras, scripturam* significare, quod tamen in hoc nomine explicando minus videtur adhibendum.

c) Bibl. Or. T. III. P. II. pag. 578.

d) *I. D. Michael.* Bibl. Orient. XI. pag. 32.

e) Rectissime *Koppius* (Bilder und Schriften der Vorzeit B. II. p. 102) ait: *Die Veraenderung geschiehet der Natur gemaefs nur allmaehlich, und man hat Ursache, wenigstens mifstrauisch zu seyn gegen alle geschichtliche Angaben, welche ploetzliche Veraenderungen, als durch einzelne Personen eingefuehrt, vorstellen; diefe moegen nun Esras, Palamedes, Simonides, Moramer, Ebn Mokla, oder wie sonst genannt werden. Ein anderes ist, eine Schrift einfuehren da, wo noch keine gewesen: ein anderes, eine schon bestehende, einem ganzen Volke gelaeufige, durch lange Gewohnheit eigen gewordene Schrift ploetzlich abaendern. Letzteres konnte nicht einmal in Ansehung weniger Buchstaben Claudius, Roms Beherrscher, durchsetzen: es konnte es nicht einmal der maechtige Merovinger Childerich. Wie viel weniger haette ein Privatmann eine ganze Schrift abschaffen und eine neue einfuehren koennen.*

f) Vid. Tabb. in *Adleri* libro laudato. Nobiscum etiam *Amira* (Gramm. Syriac. p. 2) consentit; *scriptura simplex*, inquit, *est recentior et a prima* (Estrangela) *dimanavit.*

g) Parva discrimina in ductibus passim obvia caudulis et apiculis aut adiectis aut omissis, elegantiore aut rudiore litterarum designatione praesertim in litteris, quae *scribuntur* tantum aut *insculpuntur*, nihil contra nostram sententiam valent. Si enim, ut exemplo utamur, alphabetum latinum, uti in Hispania, Gallia, Anglia, Suecia *scribitur* et ante plura saecula *scribebatur*, aut nostrum alphabetum Germanicum, uti in una eademque urbe a variis hominibus scribendo formatur, diligenter observaveris, quantum in singularum litterarum formis invenies differentiae? Sed nihilominus eadem alphabeta esse quisque concedit. In Oriente idem deprehendimus; diversissimas enim figuras Arabicum alphabetum tanquam *Neschi* apud Arabes ipsos, tanquam *Talik* apud Persas et tanquam *Diwani* apud Turcas accepisse inter omnes constat.

16) Bibl. Orient. T. III. P. II. p. 578.

iungit et *simplici linea* sive *charactere* explicat; nos *Amiram* secuti pro duobus ea huius rei nominibus habemus. Praeterea vocem ܦܫܝܛܬܐ solam, quae nulla re addita simplicem librorum sacrorum versionem significare solebat, etiam sine ullo additamento, sicuti et ܦܫܝܛܐ per se spectatum, usitatam ac simplicem scribendi rationem signare potuisse magnae probabilitatis nobis videtur.

11) Praeter ea, quae *Amira* proposuit alphabeta, *Adlerus* in bibliotheca Vaticana in Cod. XIX aliud invenit, primum a *I. D. Michaeli* [a]), deinde iterum cum scripturae specimine ab *Adlero* ipso [b]) evulgatum et ab *Ol. Gerh. Tychsen* [c]) repetitum. Litterarum forma rudior ad veterem quidem scribendi modum vergit; sed quadratae scripturae multo similior, quam antiquae Syriacae. Dialectus illius codicis *I. D. Michaeli* et *Adlero* [d]) *Hierosolymitana* est appellata (§. 2, 4. Annot. 4.), unde etiam huic scribendi generi nomen *Hierosolymitani* datum est; *I. D. Michaelis* vero, quia nondum certo de illa dialecto diiudicare posset, alphabeto nomen ab Adlero, eius inventore, ductum tribuit; *Adlerianum* igitur et *Hierosolymitanum* idem censeas (Vid. tab. II.).

12) Sequitur alphabetum *Mendaeum*, quo utuntur Zabii gnosticae doctrinae asseclae, praecipue in *Howaiza*, Persiae provincia, habitantes [e]); syllabarium, ut Aethiopicum, revera dici nequit; etenim quod etiam in Talmudica et Rabbinica solenne est, vocales vel brevissimae designantur litteris quiescibilibus ℵ, ו et י, aut separatim positis, aut consonae annexis; quod quidem ex scriptura *Pehlevica* [f]) profectum esse, non sine probabilitate existimatum est, cum lingua et religio illorum permultum a Persis adoptaverit [g]). Ductus vero inhabiles, crassi, obtusa arundine scripti, ac fere omnes angulosi sunt, paucisque tantum aliquid inest rotunditatis. Errat *la Crozius* [h]), Zabiorum scripturam Estrangela antiquiorem putans, cum illa ex hac sit orta. Patria illius scripturae et idiomatis in *Aramaea* est quaerenda; qua aetate vero exstiterit, certo contendi nequit. Sunt etiam, qui hoc alphabetum *Galilaeum* nominant, quia Zabii ipsi, fortasse nimio tantum in christianos perducti odio, e Galilaea originem suam repetunt.

---

a) In Bibl. Orient. T. XIX. p. 127. et Gramm. Syr. pag. 20—21.

b) Vers. Syriac. pag. 137 sq. cll. tab. VIII.

c) Element. Syriac. cll. Tab. VIII.

d) Vers. Syr. pag. 140.

e) Liber Adami ed. Norberg. T. III. pag. 98. lin. 1.

f) Cfr. *Wahlii* Morgenlaend. Sprachgesch. p. 620. de hac scripturae Pehlevicae proprietate.

g) Cfr. *Gesenius* in Encyclop. Halens. *Probeheft* s. v.: Zabier, et Ien. A. L. Z. Mart. 1817. No. 48—51.

h) Thesaur. Epistol. T. I. p. 22. Tom. III. pag. 31. 32.

Tab. III.

Litterarum Palmyr. varietas.

A.	*B.*	*Hebr.*	*lit. c. voc. u.*	*lit. c. voc. i.*	*lit. c. voc. a.*	*Fig. non annexa.*	*cognatum est cum*
		א				0	Palm.
		ב				1	id.
		ג				2	Sass.
		ד				3	Palm.
		ה				4	Sass.
		ו				5	id.
		ז				6	Palm.
		ח				7	Sass.
		ט				8	Palm.
		י				9	id.
		כ				10	id.
		ל				11	Nest.
		מ				12	Estr.
		נ				13	Nest.
		ס				14	id.
		ע				15	Palm.
		פ				16	Nest.
		צ				17	id.
		ק				18	Palm.
		ר				19	id.
		ש				20	Sass.
		ת				21	Palm.

(Ad pag. 70.)

Annot. 1. *Norbergus* quidem [17]), qua in re *I. D. Michaelis* [18]) eum secutus est, Zabiis nonnisi XX litteras esse contenderat, qua in re errasse se ipse postea confessus est [19]). Nam litterae *gutturales* quamquam non satis distinguuntur, tamen quatuor Zabiis fuisse et in litterarum ordine eundem locum, atque apud Hebraeos et Syros, obtinuisse ex iis librorum sacrorum carminibus, quae alphabeticam seriem sequuntur, luculenter apparet [20]).

Annot. 2. *Alphabetum* primus *Thevenotus* [21]) evulgavit, vitiis quidem corruptum, tamen a. 1689 a *Bernardo*, a. 1759 a *Mortono*, qui huius tabulam denuo edidit, *Thomae Smith* [22]), *Benedictinis* [23]), et *Buettnero* tandem [24]) repetitum; deinde *Kaempferus* melius [25]), et En cyclop. Parisiens. [26]), unde *Fry* [27]) suum mutuavit; post *Niebuhrius* [28]), accuratius autem *Norbergus* [29]), a quo *I. D. Michaelis* [30]) suum accepit, et *Wahlius* [31]), cuius alphabetum ex praecedentibus comparatis natum est, et nuperrime *Koppius* [32]). Huc pertinet et Nabathaeum alphabetum e Cod. MS. Arab. editum [33]), quod fere nullius est pretii [34]). Praeterea ediderunt nonnulla scripturae specimina *Thevenotus* (l. l.), *Hydius* [35]), *Ol. Gerh. Tychsen* [36]), qui tamen litteras non satis diligenter excudi curavit, et *Norbergus* [37]). Koppii alphabetum eiusque de illo observationes diligenti Codicis msc. studio profectas valde commendamus. Quae vero alii vel Norbergus protulerunt permultis erroribus obruta, non sine cautione adhibeas necesse est. In paucis tantum rebus, iisque minoris momenti a Koppii partibus stare non possumus, quae alio loco et tempore proponemus. Agnoscit idem originem huius scripturae ex antiqua Aramaea; primus vero omnium ad eius affinitatem etiam cum Persica Sassanidarum tempore usitata rectissime animadvertit [38]).

Annot. 3. In alphabeto nostro adornando ab aliis edita non respeximus praeter Koppianum, sed diligenter exaratum est secundum Cod. mscr. iam supra (§. 1. 8. Annot.) commemoratum, quem eo potius sequendum putavimus, quod ceteris alphabetis et scripturae Mendaeae speciminibus passim etiam Koppiano inter omnes optimo, melius omnes litteras, e. c. Dolath et Risch distinguit. Ut vero facilius affinitatem huius scripturae cum antiquo Syriaco Palmyreno et Sassanidico intelligas, Koppio praeeunte, singulas earum formas, sicubi similes sunt, appositas habebis. (Vid. tab. III.)

---

17) *Commentat. de religione et lingua Zabiorum* pag. 14.

18) *Orient. Bibl.* Tom. XVII. p. 49—56 et *Grammat Syr.* p. 19.

19) *Praefat. ad libr. Adami.* Tom. II. p. IV.

20) *Liber Adami.* Tom. II. p. 186 sq.

21) Relations de divers. voyages. 1664. T. I.

22) Opusc. Roterd. 1716., in annexa graecarum inscriptt. Palmyr. explicatione.

23) Lehrgeb. der Diplomat. II. Tab. 9.

24) Vergleichungstafeln. Tab. I.

25) Amoenitat. exotic. Fascic. II. relat. XI ad pag. 441.

26) Recueil des Planches T. II. P. I. pl. V. n. 7.

27) Pantograph. p. 284.

28) Reisebeschreibung. Tom. II. tab. II. F.

29) In Commentat. de relig. cet. Tab. I.

30) In Gramm. Syriac. in tabula scripturae.

31) Morgenlaend. Sprachgesch. Tab. VIII.

32) L. l. §. 313.

33) Ancient alphabets and hieroglyphic characters explained. Lond. 1806. 4.

34) Cfr. quae Sylvestre de Sacy de eo monuit in Millin magas. enc. 1810. VI.

35) Histor. religionis Persarum. p. 521. ed. 1, pag. 551. ed. 2.

36) Elemental. Syriac. Tab. IV. No. 6.

37) Primum in Commentat. de relig. cet. Tab. II; deinde in Tab. ad primum libri Adami tomum annexa.

38) L. l. §. 313. sq. cll. *Paulus* Memorabil. VI, 110.

De vocalium notatione, de diphthongis et signis distinctionis apud Zabios usitatis vid. §§. 9. 12. et 23.

Annot. 4. Scriptura *Samaritanorum*, quanquam Aramaeum characterem non sequitur, tamen in Tab. I. eam ob caussam exhibita est, ut nullum scribendi genus in monumentis Aramaice scriptis adhibitum desideretur. Omnia vero Semiticae scripturae alphabeta, quot in libris et marmoribus inveniuntur, diligentissime eruta exhibebit *Rudimentorum orientalium* a *Gesenio* nobiscum edendorum P. III., qua in re similem fere modum, ac *Koppius* in Phoenicum litteris propositis ingressus est, adhibere lubet [39]).

Annot. 5. Cum propter nimia typographiae impedimenta originem singularum litterarum in diversis alphabetis demonstrare, quod vellem, non possim, ad doctissimam huius rei expositionem, quam Koppius [40]) edidit, provocare debemus; plura tamen iam Tab. I. illustrabit.

13) Plura scribendi genera, praecipue Peschito, litteras amant coniunctas, ita ut plures aut utrinque aut praecedenti aut sequenti litterae annectant, aliquot tamen litteris coniunctionem respuentibus (§. 7. Annot. I, 4). Elegantiae in scribendo, quam Arabes prae ceteris captarunt, Syri haud multam dederunt operam; hoc in caussa est, quod typi nostri impressi non solum plurimis calamo exaratis pulcriores sint, sed etiam iis, qui ex typographiis Romanis magis fidi prodierunt. Attamen *Emanuel* quidam eiusque frater *Nache-Bezirvotho* circa a. 900 scribendi elegantia inter Syros excelluisse traduntur, ita ut omnes hac in re superarent [a]). An Aramaei antiquissimi continua serie scripserint, valde dubitamus; etenim iam in inscriptione Carpentoractensi voces spatio inter singulas relicto distinguuntur et in Palmyrenis marmoribus finales litterarum figurae eodem consilio passim adhibitae sunt [b]). Syros vero non a dextra ad sinistram, sed a fronte paginae versus pectus scripsisse, conversa tamen charta a dextra ad sinistram legisse, notum est [c]). Huius rei caussam cum Koppio existimaverim calligraphiam; etenim quae fere omnes litteras coniungit linea infra adiecta, hoc tantum modo necessariam poterat consequi crassitudinem [d]); itaque haec scribendi ratio consuetudine illa iam exorta exstitisse videtur [e]). Hoc vero ita se ha-

---

39) L. l. T. II. p. 215—218.

40) L. l. §. 99—100. praecipue vero *Dritter Abschnitt. Entwickelung der heutigen syrischen und arabischen Schriften.* §. 276—301.

a) Cfr. quae *Barhebraeus* de his viris retulit apud *Assem.* in Bibl. Orient. T. II. p. 352.

b) *Kopp.* l. l. §. 174. 178. 186. et 65.

c) *T. S. Bayer* in Act. erudit. 1731. p. 313. *Masii* gramm. Syr. p. 6. *Adleri* ling. syr. instit. p. 4. *eius bibl. krit. Reise* p. 182. et Verss. syr. N. T. p. 61—62. cll. Michaëlis orient. Bibl. XVII. p. 127. Kopp. l. l. §. 75.

d) Bene disseruit *Düret* (thresor des langues, p. 364) de scriptura syriaca: *se forme mieux en la ramenant comme du haut en bas sur le papier.* A sinistra chartae parte initium necessario faciebant, cum charta conversa a dextra sinistrorsum legere solerent. cll. Act. Erud. 1731. p. 313. *Kopp.* l. l. et *Masii* gramm. l. l.

e) Kopp. l. l. §. 76.

bere ex eo modo apparet, quo graeca verba et litterae Syriacae numeros significantes in Codd. MS. Syriacis, ut Cod. bibl. Congreg. de prop. fide. III. F. 20 a), ad sectiones et capita designandas positae sunt.

14) Postea ubi Arabica lingua maxima cum vi Syriacam vernaculam summoverat, Syri Arabice scribebant, sed Syriacis litteris utentes, quod scribendi genus *Carschunici* nomen traxit, quia auctorem huius scribendi generis dicunt hominem quendam, nomine *Carschun*. Retinuerunt recentiores Syriae scriptores hanc scribendi rationem (§. 5, I. 2.); saepius vero libri ea consignati mendose scripti sunt ideoque lectu difficiliores.

Quae in utroque alphabeto, Syriaco et Arabico, sibi respondeant litterae, docet §. 7. Annot. 12., ibique monstratur, quomodo Syri, quarum litterarum Arabicarum ipsi similes habent nullas, in suo scribendi genere exprimere soleant.

---

a) *Adlerus* (Verss. N. T. p. 61—62. cll. *eius* biblisch-krit. Reise p. 182.) haec fusius explicuit atque exemplis illustravit. *Koppius* quidem (l. l. §. 75) hanc scribendi rationem *a Syris ipsis coram Adlero* adhibitam esse arbitratus est, quod haud scio an Adlerus verbis suis significare voluerit. Namque quae post affert argumenta, ad solos Codices pertinent in bibliotheca Vaticana servatos.

LIBER PRIMUS

De Elementis.

CAPUT PRIMUM

De recte scribendi et pronuntiandi rudimentis.

I. *De Consonantibus.*

§. 7.

De litteris.

Syrorum litterae *a dextra sinistrorsum* legendae, numero XXII, sunt tantummodo *Consonantes*, cum vocales aut prorsus non significentur, aut signis quibusdam exprimantur vel supra vel infra litteras positis *). Litterarum aliquot figura pro loci, quem in vocibus obtinent, diversitate nonnihil variat; alia enim est *initialis*, quae soli sequenti; alia *mediana*, quae utrinque; alia *finalis*, quae sola praecedenti; alia denique *absoluta*, quae nulli annectitur. Litterarum *formas* usitatiores et typis nostris excusas, *potestatem*, *nomina* et *ordinem* solitum haec exhibet tabula.

*) Neque Syri cum quavis littera, nullo signo adhibito, certam vocalem ad eam pertinentem coniungebant, ut in scriptura *Sanscritana* cum quaque littera neque vacua neque ullo vocalis signo instructa vocalis *ă* coniungitur. — *Koppius* quidem (*Bilder und Schriften der Vorzeit* T. II. §. 30 sq.) Semiticarum litterarum etiam aliquot vocales esse contendit, quem tamen optime refutavit is, qui censuram libri Koppiani fecit (*Jen. A. L. Z.* 1822. No. 118—121.).

Figura.				*Nomen.*		*Potestas.*	*Valor numeralis.*
in fine.		*med.*	*ab initio.*				
		ܐ	ܐ sive ܐ	Olaf	ܐܠܦ	spiritus lenis	1.
ܒ	ܒ	ܒ	ܒ	Beth	ܒܝܬ	b, proprie bh (v)	2.
ܓ	ܓ	ܓ	ܓ	Gomal	ܓܡܠ	g, propr. gh	3.
		ܕ	ܕ	Dolath	ܕܠܬ	d, propr. dh	4.
		ܗ	ܗ	He	ܗܐ	h	5.
		ܘ	ܘ	Waw	ܘܘ	w	6.
		ܙ	ܙ	Sain	ܙܝܢ	s, ds	7.
ܚ	ܚ	ܚ	ܚ	Cheth	ܚܝܬ	ch (hh)	8.
ܛ	ܛ	ܛ	ܛ	Teth	ܛܝܬ	t (tt)	9.
ܝ	ܝ	ܝ	ܝ	Jud	ܝܘܕ	j	10.
ܟ	ܟ	ܟ	ܟ	Cof	ܩܘܦ*)	ch, k	20.
ܠ	ܠ	ܠ	ܠ	Lomad	ܠܡܕ	l	30.
ܡ	ܡ	ܡ	ܡ	Mim	ܡܝܡ	m	40.
ܢ	ܢ	ܢ	ܢ	Nun	ܢܘܢ	n	50.
ܣ	ܣ	ܣ	ܣ	Semcath	ܣܡܟܬ	s	60.
ܥ	ܥ	ܥ	ܥ	Ee	ܥܝ	gutturalis ab exteriore oris parte ad interiorem deducta	70.
ܦ	ܦ	ܦ	ܦ	Pe	ܦܐ	p, propr. ph	80.
		ܨ	ܨ	Zode	ܨܕܝ	z, ts	90.
ܩ	ܩ	ܩ	ܩ	Kof	ܩܘܦ	k	100.
		ܪ	ܪ	Risch	ܪܝܫ	r	200.
ܫ	ܫ	ܫ	ܫ	Schin	ܫܝܢ	sch	300.
		ܬ	ܬ	Tau	ܬܘ	t, propr. th	400.

ANNOTATIONES.

I. *De figura litterarum.*

1) Syris ut Hebraeis aliquae sunt *litterae finales*, quae tamen post communem relicti inter singulas voces spatii usum ortae videntur. In Palmyrenis vero inscriptionibus, quod

*) Seu ܩܘܦ secundum *Abrah. Ecchellens.* in Grammat. pag. ? i. e. 4.

iam *Gesenius* recte monuit [1]), minus vocum separatio, sed litterae finales una cum solitis formis [2]) inveniuntur. Ex ordine litterarum *quinque* esse finales scito: ـر, ـل, ـم, ـن et ـع [3]), quas nonnulli grammatici, ut *Nicolai* [4]), nomine עַל מֶכֶן comprehendunt, alii, ut *Bucherus* [5]) ܟܡܢܨܦ vocant.

Annot. 2. Multae litterae propter similitudinem in Codd. Msc. saepe confunduntur; hanc ob caussam, quo differant singulae, paucis adumbrare lubet.

Olaf et *Sain* (ـا, ـز), *Lomad finale* et *Ee finale* (ـل, ـع) figura simillimae magnitudine facillime distinguuntur; Olaf enim et Lomad supra reliquas litteras eminent, v. c. ـصا, ـطا, Sain vero et Ee illas aequant ـص, ـط.

Beth (ـب) a littera simili Cof (ـك) longitudine et ductus illius curvati, ex quo constat figura, longitudine, *Waw* (ـو) a Kof (ـق) diversa rotunditatis specie et linea, quae totam litteram Kof subit, facile distinguuntur; praeterea Waw cum sequenti littera nequit, Kof contra debet coniungi, si modo littera sequens coniunctionem sinit; Kof in fine vocis accipit finalem figuram, ut ـقـ (rak), Waw non item.

Litterarum *Dolath* et *Risch* (ـד, ـר) solemnis in Syriacis scriptis confusio, quae quidem facillime librariorum negligentia iis accidit vocabulis, quibus geminum punctum numeri pluralis indicium (§. 22.) superscriptum est. Praeterea punctum, quo soló differt utraque littera, saepe a librariis omittitur, unde multa varietas lectionis, maxime in nominibus propriis et innumera scriptionis vitia orta, quibus etiam Syriacam prisci foederis versionem in Bibliis Polygl. Paris. et Londin. inquinatam videmus. *Hierosolymitanae*, quae dicitur, dialecto proprium est illud quod littera Dolath ـד prorsus careat puncto, quo a Risch ـר differat [6]). Coalescit punctum litterae Risch cum uno duorum punctorum, quibus pluralis numerus significatur (§. 22, 1.) et cum punctis vocalis Sekofo (§. 11, 2).

Jud (ـي) nonnunquam perexiguum, interdum maiusculum, quo fit, ut saepe cum *Nun*, sola magnitudine diverso, confundatur maxime in nom. propriis, praesertim in scriptura Estrangela, cum illa litteram Jud a Nun vix differat.

Frequentissime in Syriacis scriptis ex figurae similitudine oritur et litterae *Nun* cum *Lomad* permutatio; differunt enim hae litterae satis quidem magnitudine et recta inclinatave figura; verum cum festinantius pingentes Nun incurvent, maius solito faciant, aut contrarium in Lomad accidat, saepe utriusque litterae figura confunditur.

Annot. 3. Notandae sunt et figurae mutationes, quae aliquot litteris accidere solent.

Olaf (ـا) non semper recta est illa linea, quam in litterarum ordine typo expressam vides, sed magna varietate flectitur, ut fiat *anguiforme;* curvatur, recurvatur, maxime

---

1) Gesch. der hebr. Spr. p. 172.

2) Koppii Bilder und Schriften T. II. §. 61 sq.

3) Nonnulli, inprimis grammatici, si singulas finales Cof et Nun nullis aliis litteris additis scribere debent, figuram solitam et finalem simul adhibent, uti ـرـ et ـيـ, quem morem sequimur.

4) Hodoget. harmon. orient. P. II. pag. 5.

5) Thesaurus Orientis in Tabul. ad p. 8.

6) Adler, versiones Syriac. p. 140.

autem praecedentis vocis Lomad finali innectitur praecipue in particula ܠܐ *non*; quin etiam si duae voces se excipiunt, quarum prior terminatur in *Lomad*, posterior vero incipit ab ܐ, tunc saepe ܐ sequentis vocis praecedenti voci adiungitur, sic in Bibl. Polygl. Londin., v. c. ܥܠ ܐܪܥܐ scribitur ܥܠܪܥܐ *supra terram.* Eadem littera in voce cum *Lomad* concurrens, si praecedit, inclinatur, ut ܐܠܗܐ pro ܐܠܗܐ *Deus*; si vero sequitur, litteram Lomad ad suam formam conformat, eamque rectam et proceram esse cogit, ut ܠ pro ܠ.

Dolath et *Risch* (ܕ, ܪ) ubi praecedenti litterae annectuntur, angularem figuram nanciscuntur in typographiis Germaniae, in Romanis vero multisque codicibus aliquid orbicularis figurae retinent.

Duplex Lomad in fine vocis concurrens ita formatur, ut alterius litterae pars toti priori litterae annectatur et haec oriatur figura ܥ, ut ܡܠܠ *malel* (dicens). Litterae *Semcath* (ܣ) *apices* in impressis libris rotundi, in Codd. Mscr. acutiores esse solent.

In litterarum nonnullarum fine et ab initio litterae *Schin* ductum quendam apud multos Syrorum librarios et saepe in libris quoque Romae typis excusis invenis litterae *Jud* valde similem, quacum caveas ne permutes eum et confundas; littera *Jud* ipsa in fine hunc ductum accipit.

Annot. 4. Coniunctione singularum litterarum cum aliis figuram saepius nonnihil commutari, supra vidimus, aliquot vero litterae praecedenti tantum annecti solent, nusquam sequenti figurae, scilicet ܐ, ܒ, ܓ, ܗ, ܘ, ܙ, ܚ, ܛ, ܝ, ܟ, ܡ, ܢ, ܣ, ܥ, ܦ, ܨ, ܩ, ܫ, ܬ [7]), et omni destituuntur coniunctione, quodsi unus ex iis praecedit, v. c. ܐ̈ܒ̈ܐ *fastidium.*

Annot. 5. Litteris, quas *maiusculas* sive *capitales* nos vocamus ad distinguenda nomina propria hominum aut locorum, Syri sicuti ceteri Semitae non utuntur; quae vero libri titulis aut singulis libri partibus aut capitibus inscribunt, ea litteris forma nonnihil maiori, quam quibus libri textus scriptus est, exarare solent. Interdum Estrangelum scribendi genus hunc in usum adhibent. (§. 6, 7. Annot. 2.)

II. *De litterarum pronuntiatione.*

Annot. 6. Syri quomodo ipsi quamque litteram lingua florente pronuntiarint, huius rei saepius inscii sumus, interdum autem veram pronuntiationem propter difficultatem nostris organis imitari nequimus. De singulis igitur litteris haec memoratu digna:

ܐ spiritus lenis Graecorum, quam proxime ad *He* accedit, sed cum maiore lenitate et sicuti pulmonis motu effertur. Non est vocalis, sed levis aspiratio, ut hiatus ille, qui inter duas vocales concurrentes locum habet; unde aure non percipitur, nisi una cum vocali, quacum effertur. In pronuntiatione igitur a nobis praetermitti solet; et ܐܢܐ

---

7) Grammatici, uti in Hebr. lingua, sic etiam in Syriaca, ut memoriae has litteras facilius mandent, *voces memoriales* invenerunt; ita *Ioh. Fridr. Nicolai* (Hodoget. harmonic. orient. P. II. pag. 4.) has litteras nomine אֶרֶץ יְהוּדָה (terra superbiet) insignivit.

ergo *eno* legendum. Olaf interdum legitur ut *Jud* 1) post aut ante aliud Olaf ut ;ܐ *ojar* (aër), ܡܠܝܐ *m'lojo* (plenitudo); et 2) in participio praesenti verborum med. rad. quiescentium, ut ܩܳܐ *kojem* (stans), ܫܳܐ *schojel* (rogans).

ܓ *Gomal* est g purum, non Arabicum, quod, ubi in nominibus exoticis exprimere volunt Syri atque a suo distinguere, punctum ipsi litterae corpori medio inserunt ܓ vid. Annot. 12.

ܘ et ܝ praesertim in verborum initio ita mollescunt, ut fere vocalis pronuntiationem Anglicae in verbis *wore*, *were* aut voci *jeder*, in Germania superiori *ieder*, *ider* similem adipiscantur. Nos *Waw* pronuntiamus ut *w* v. c. ܘܠ *wole* (decens) ܘܥܕ *waëd* (pollicitus est); vel si quiescit (§. 12 et §. 31), cum sua vocali legimus, ut *o*, *u*, *au*, v. c. ܩܘܦ *kof* ܝܘܡ *jum*, ܝܳܡܳܐ *jaumo* (dies) ܠܐܘܬ *leuto* (labor); in fine, vocali destitutum reticemus (§. 32, 2), ut ܩܛܠ *k'tal* (occiderunt). Item *Jud*, ut apud Hebraeos, tanquam *i consona* ܝܠܕܬ *jeldath*; sed ab initio vocis substrata vocali ˙ negligitur et sola vocalis auditur (§. 31, 2.), ut ܝܕܥ *ida* (scivit) ܝܟܪ *ikar* (gravis fuit), non *jikar*; vel cum sua vocali effertur, ut ܠܝ *li* (mihi) ܕܝܢ, *dĕn* (autem), vel reticetur in fine (§. 32, 3), ut ܕܝܠ, *dil* (meus) ܝܠܕ *iled* (pepererunt).

ܙ *Sain*, s lenissimum, Gallorum z in vocibus *gazon*, *gazette*, interposita linguae extremitate inter utramque dentium seriem.

ܟ sicuti apud Polonos et Helveticos *ch* gutture effertur. In nonnullis vero vocibus leniori modo, ut *hh* pronuntiabatur, quod pronuntiationis discrimen Arabes puncto diacritico supra duriorem litteram posito significant, in ܢܨܚ *corrupit*, etiam *partus dolores passus est*, ܫܚܠ *usura*; ܚܦܪ *fodit*, it. *erubuit*; ܚܘܪܐ *foramen* et ܚܘܪ *liberi*. Similiter Arabes etiam in pronuntiando ܫ distinguunt, qua in littera etiam Syri discrimen illud, quamvis scriptura non ostenderent cognovisse propterea videntur, quia multae voces iisdem consonantibus scriptae diversas habent significationes, et varia tantum litterae ܫ pronuntiatione distingui possunt, v. c. ܥܒܪ *transiit* et ܚܛܐ *frumentum*; ܫܡܥ *exaudivit*, et ܫܥܐ *sollicitus est*, *occupavit*; ܫܘܒ *rediit* et *indutus est*; ܫܪ *expergefecit* et *ultus est*. Cum autem in reliquis litteris, quibus singulis in Arabica lingua duae respondeant, nimirum ?, ح, ع et ظ, vocum eodem quidem modo scriptarum, diversum vero significantium pauca tantum inveniamus exempla, apud Syros in illis litteris pronuntiandis tale fuisse discrimen non putamus.

ܚ lenius est quam ܚ; illud media linguae parte anteriori palati parti inclinata in priori, hoc autem ita in posteriori oris parte efferendum, ut eius sonus posteriori linguae parte palato intimo inclinata ex gutturis vicinitate elicitus fortiter exprimatur.

ܢ *Nun* plane cum nostra littera *n* convenit, eodemque modo sonat; interdum vero non effertur, ut in ܐܢܬ *at* (tu) ܣܦܝܢܐ *s'fito* (navis) ܡܕܝܢܐ *m'dhito* (urbs). Cfr. §. 27, 4. b; sic in ܩܛܠܬܘܢ *kot'litun* (vos interficitis). Cfr. §. 32, 1.

ܣ *Semcath*, Hebraeorum ס et nostrum s.

ܥ *Ee*, sonus orientalibus peculiaris, litterae Olaf similis, a medio gutture pronuntiatur, quod fortiter comprimendum est, trudendo eius infernam partem contra supernam. Arabes duas huius generis litteras, leniorem et fortiorem, distinguunt; apud Syros vero semper lenis fuit, qua tamen in lenitate diversa, uti iam monuimus, pronuntiatio huius litterae Syris non ignota fuisse videtur. Ante ܢ haec littera similiter atque Olaf pronuntiatur (§. 21, 4.).

ܫ *Schin* nonnisi verum est ש Hebraeorum, *sch* Germanorum; in nominum tamen Graecorum terminatione nonnunquam pro Σ ponitur: Marc. V, 22. Luc. VIII, 41. ἸΙάϊρος. *Amira* Italorum more hanc litteram latine *sci* reddit.

Annot. 7. Ex grammaticorum sententia sex consonantes *aspiratae*, duplici erga modo pronuntiandae adiuncta aut omissa aspiratione; hae sunt:

ܒ ܓ ܕ ܟ ܦ ܬ [8]) bh, gh, dh, ch, ph, th [9]).

In nonnullis earum haud facile aspirationem efferimus; sed cum Graeci recentiores β et δ cum aspiratione quadam pronuntient, ut *ph*, *dh*, haec difficultas nullam nobis dubitationem de re ipsa commovere potest. Cfr. plura de his litteris §. 18. (*Ruchoch* et *Kuschoi*.)

In *Hierosolymitana* dialecto [10]) *f* sive *ph* et *p*, quae apud Syros unicam litteram ܦ communem habent, figura distinguuntur, nempe ܦ *f* sive *ph*, ܦ vero *p*. (Tab. II.)

Annot. 8. Dividuntur litterae Syriacae ratione *pronuntiationis* sive *organorum*, quibus efferuntur, in quinque *classes* (ܫܘܦ ܩܛܦ):

1) *gutturales* (ܐܬܝܟ ܗ), quae nullum certum linguae situm aut labiorum motum requirunt, sed in ipso gutture formantur, suntque: ܐ ܗ ܚ ܥ, quibus rectius litteram ; adnumeramus, quae a Syris non tremula lingua, sed potius in gutture stridens, formata videtur, quam ob caussam multa gutturalibus propria accepit (§. 30, 2), cum sibilantibus vero non arctiori coniuncta est affinitate.

2) *labiales* (ܐܦܘܒܝܐ), quae labiorum ope pronuntiantur: ܒ ܘ ܡ ܦ.

3) *palatinae* (ܟ ܫ ܝ sive ܐܝܟܘܟܐ), quae efferuntur mucrone linguae inferius palatum tangente, et interiori eius parte superius palatum pulsando sonos distinguente, suntque: ܓ ܝ ܟ ܩ.

4) *dentales* (ܐܣܢܝ ܛ ܠ seu ܐܬܢܝ ܐܠܘܓ) quae proferuntur mucrone linguae tangente dentes: ܕ, ܙ, ܣ, ܠ, quibus *Amira* [11]) et *Abrahamus Ecchellensis* [12]) *Risch* adnumerant;

---

8) Ut facilius memoriae mandentur, a grammaticis in unam vocem coniunguntur et vocalibus afficiuntur ut ܒܓܕ ܟܦܬ. Brevitatis caussa a multis haec et aliae *voces memoriales* usurpantur.

9) ܦ aspiratum a multis in transscribendo per Germanorum *w* aut Romanorum *v* exprimitur; nos, ne cum *Waw* confundatur, in hac grammatica hanc litteram aspiratione praeditam semper *bh* scripsimus.

10) Cfr. *Adler*. vers. Syriac. p. 140.

11) Gramm. Syr. p. 7.

12) Gramm. Syr. p. 6.

appellantur eaedem, Risch excepto, *sibilantes* (ܫܪܝܩܐ), quia dum efferuntur, sibilant, aut ܣܘܢܩܢܝܐ i. e. *spirituales*, quia cum quodam spiritu proferuntur.

5) *linguales* (ܠܟܥܢܝ sive ܩܛܝ ܠܟܥܢܝ), quae proferuntur mucrone linguae superius palatum mobiliter tangendo: suntque, ܠ ، ܪ ، ܛ [13]).

III. *Nomina litterarum.*

Annot. 9. Litteras Syri ܐܘܬܘܬܐ *elementa* aut ܣܝܡܐ *signa* vocant, et grammatici eas, ut ordinem illarum memoriae facilius mandarent, his sex verbis comprehendunt: ܐܒܓ ܕܗܘ ܙܚܛ ܝܟܠ ܡܢܣ ܥܦܨ ܩܪܫ ܬ [14]).

Annot. 10. Singularum litterarum nomina partim res sensibus percipiendas significant, plerumque vero primitivis Semiticarum litterarum figuris similes, ut *Cof* palma, et *Ee* Hebraeorum *Ain* (oculus), cuius antiqua forma *circulus* fuit; partim autem significatio et etymologia nominum illorum ignota est, ita ut multa τεχνικὰ fuisse, ut *He*, non temere sumatur. In omnibus vero litterarum nominibus fingendis ita actum est, ut uniuscuiusque litterae nomen cum illa inciperet littera, quam insignire debebat [15]). *Amira* [16]) explicationem nominum illorum aggressus est, sed difficultate oppressus pauca tantum vere illustravit; etenim Syriacae litterarum denominationes etiamsi minus atque Aethiopicae et Arabicae sunt corruptae, tamen hebraeis tantum litterarum nominibus comparatis omnino intelliguntur partim vocalium permutatione, ut ܐܠܦ = אָלֶף; ܕܠܬ = דָּלֶת; ܝܘܕ = יוֹד; ܟܦ = כַּף; ܠܡܕ = לָמֶד; ܡܡ = מֵם; ܢܘܢ = נָחָשׁ; ܨܕܝ = צָדֵי; ܪܝܫ = רֵישׁ, partim vero maiori diversitate minus luculentae, ut ܣܡܟ = סָמֶךְ, ܥܝܢ = עַיִן, partim denique ab Hebraeis plane non discrepantes, ut ܒܝܬ = בַּיִת; ܗ = הֵא; ܘ = וָו; ܙܝܢ = זַיִן; ܚܝܬ = חֵית; ܛܝܬ = טֵית; ܝܘܕ = יוֹד; ܟܦ = כַּף; ܠܡܕ = לָמֶד; ܡܡ = מֵם; ܢܘܢ = נוּן; ܣ = סָמֶךְ; ܥ = עַיִן; ܦ = פֵּא; ܨ = צָדֵי; ܩ = קוֹף; ܪ = רֵישׁ; ܫ = שִׁין, ת = תָּו. Quae ergo *Gesenius* de *hebraeis* litterarum nominibus et ipse sagacissime invenit et post alios perspicue proposuit [17]), cum de *Syriacis* quoque valeant, hoc loco repetere non attinet.

* * *

13) Omnes illae litterarum classes *vocibus memorialibus* notantur, ut *gutturales* ܐܗܥܚ, *labiales* ܒܡܦܘ, *palatinae* ܓܝܟܩ, *dentales* ܕܛܬ et *linguales* ܠܪܢܨ (*Bucheri* Thesaur. Orientis in tabul. ad p. 8 et 9).

14) *Abrah. Ecchellens.* Grammat. Syriac. p. 5., ubi falso ܙܚ ܛܝ.

15) Similem rationem *Champollion iunior* in *phoneticis* Aegyptiorum hieroglyphis i. e. signis non notiones, sed *sonos indicantibus* invenit; quippe qui Nomina propria suis scribendi notis hieroglyphicis insignituri, signa XXII litteris graecis respondentia ita adhibebant, ut signi nomen Aegyptiacum ab ea littera inciperet, quam exprimere volebant; unde v. c. manus Aegypt. *Tot*, in scriptura phonetica T litteram, *fistula Panis* Aegypt. *Sebi* litteram Σ significat. Vid. *Lettre a M. Dacier*, Sécretaire perpétuel de l'Académie Royal des Inscriptions et Belles Lettres, *relative à l'Alphabet des Hiéroglyphes Phonétiques employés par les Egyptiens* cet. par M. *Champollion le Jeune.* Paris. 1822. cll. *London Literary Gazette.* 1822. Novemb. No. 304. p. 725 sq. et *Quarterly Review.* Febr. 1823. Art. XI. p. 188—196.

16) In Grammat. Syriac. p. 4 sq.

17) Gesch. der hebr. Sprache und Schrift p. 168—170.

Annot. 11. *Litterarum ordo* supra propositus neque organorum, quibus singulae eduntur (*ordo naturalis*) neque similitudinis, quae inter quasdam intercedit litteras, ullam habet rationem. Quod enim Arabes seriores sibi licere putarunt, litteras similes in alphabeto coniungere[18]), id Syri pariter atque Hebraei non commiserunt, antiquum ordinem, ab inventore, uti videtur, iam constitutum vetustateque sancitum religiose retinentes. Qua in re sunt laudandi etiamsi divinus litterarum auctor hunc fortuito ac temere fecisse videatur ordinem.

Annot. 12. Quanquam Syriaca lingua omnino emortua, inter Syriae incolas vigebat vigetque hodie sermo Arabicus, pleraque tamen Arabice scripta, praecipue vero, quae ad religionem christianam spectant, propter Moslemorum odium *christiano*, quem dicunt, h. e. *Syriaco* charactere consignantur (§. 6, 14.). Cum vero Arabica lingua pluribus utatur litteris, quam Syriaca, has e more Arabum diacritico puncto supplere solent aliquot litteris apposito. Namque ض *Dhad* et ظ *Ta* ab affinium litterarum figuris ص et ط formant in hunc modum ض et ظ seu ظ; deinde خ *Cha* littera ص exprimunt puncto subscripto, ergo ه et ر et غ *Ghain* nudo ب, ج *Dschim* vero puncto litterae ب inscripto, nempe پ, ad litteras denique ث *Thse* et ذ *Dsāl* significandas ∠ et ? adhibent Arabicis ت *Te* quoque et د *Dal* respondentia.

Annot. 13. In vocibus autem scribendis Syri non Hebraeorum, sed Arabum sequuntur consuetudinem; itaque pronuntiationem nil morantes etymologiam solam agnoscunt scribendi legem. Unde in hac lingua pariter atque in recentioribus Europae linguis, e. g. in Gallica et Anglica, signa et regulas habeas necesse est, quibus verus definiatur pronuntiandi modus. Huc pertinent et *occultans* et *diacritica* linea (§. 20. 21), huc etiam litterarum cum *otium* (§. 32.) tum *occultatio* (§. 27.).

Quae sint litterae *serviles*. quae *radicales*, docet §. 40.

§. 8.

Numerorum signa; numericus litterarum valor.

1) *Numeros* Syri raro nominibus numeralibus, sed plerumque litteris indicare solent, ut in tabula litterarum (§. 7.) significatum est. Qua in re hanc viam ingrediuntur. Primis alphabeti litteris inde ab ? usque ad ط *unitates*, quae dicuntur, novem dein sequentibus a ي usque ad ص *decadas*, et reliquis *centurias* notant; ceteros denique numeros harum additione supplent. In unitatum vero cum decadibus et centuriis compositione eadem est litterarum pro numeris usurpatarum consecutio, quae in vocabulis legendis solennis est, a dextra videlicet sinistram versus, itaque maior numerus a dextra parte, minor a sinistra ponitur, ut ∠ص٤ = 444; nempe ∠ = 400, ص = 40 et ٤ = 4. Super numeros

18) *De Sacy* Gramm. Arab. T. I. p. 10 sq.

ita expressos et in Codd. mscr. et in libris typis excusis distinguendi gratia linea scribi solet, ut ـهـ = 309.

2) Ad numerum 500 et qui sequuntur exprimendum Hebraei quidem *finalibus* utuntur litteris, neque vero Syri, quippe qui hunc in finem litteras ـم, ـص, ـن, ـف et ـڟ adhibent, puncto vero singulis imposito, itaque

ـڡ = 500. ـڞ = 600. ـڤ = 700. ـڦ = 800 et ـڟ = 900.

Apposito enim puncto ex parte superiori quaevis littera decadem significans decies i. e. ad centuriae vim et potestatem evehitur, ita ut etiam ـٮ 100, ـٯ 200, ـٱ 300, ـٰ 400 possit indicare. *Millia* vero si velis Syriace exprimere, litteris subiicias lineam a sinistra dextram versus obliquam, quae quamcunque litteram ornat, ad millenariam profert potentiam; quot enim unitates littera sola significat, totidem linea illa adiecta denotat millia, e. g. ا = 1000; ب = 2000; ج = 3000; د = 4000 cet. ف = 9000. cet.

Eaedem vero litterae horizontalem litteram habentes subscriptam *myriadas* exprimunt, itaque haecce linea quemvis numerum littera significatum cum decies mille multiplicandum innuit; e. g.

ا = 10,000; ب = 20,000 cet. ف = 90,000; ي = 100,000;
ر = 200,000; ش = 300,000 cet. ط = 900,000; ظ = 1,000,000;
ز = 2,000,000; ع = 3,000,000; غ = 4,000,000.

Millia denique *myriadum* duabus lineis obliquis litterae subiectis signantur, ita ut littera quaeque tot myriadum millia indicet, quot sine illis lineis unitates exprimit; e. g.

ا = 10,000,000; ب = 20,000,000; ج = 30,000,000; د = 40,000,000 cet.
ي = 100,000,000; ك = 200,000,000; ل = 300,000,000 cet. ص = 1,000,000,000;
ز = 2,000,000,000; ع = 3,000,000,000, et غ = 4,000,000,000.

3) *Numeros fractos*, qui dicuntur, ita scribunt, ut litterae numerali imponant lineolam obliquam a sinistra ad dextram ductam; e. g. ب = 1/2; ج = 1/3; ق = 1/400.

Annot. I. D. Michaelis [1]) litteram ad numeros fractos exprimendos oblique alteri litterae imponi ait, qua in re falsus est. *Amiram* sane nobiscum conspirantem [2]), ex quo solo haec potuit mutuare, non satis accurate inspexit lineamque obliquam cum Olaf commutavit. In maiorem errorem etiam *Iahnium* [3]) deduxit, qui una littera super altera po-

1) Grammat. Syriac. p. 14.
2) Grammat. Chald. p. 22.
3) Aramaeisch. Sprachl. p. 5.

sita fractum numerum indicari autumans obliquitatem quoque lineae impositae prorsus neglexit.

4) Sicuti Phoenices [4]) ita Aramaeos quoque antiquos ad numeros significandos adhibuisse signa peculiaria, Palmyrenae probant inscriptiones [5]). Etenim Romanorum more numeros 1—4 lineis modo rudius, modo accuratius scriptis signant ׀ = 1 ׀׀ = 2 ׀׀׀ = 3 ׀׀׀׀ = 4; deinde 5, 10 et 20 his signis ׳ = 5, ׳׳ = 10; et 20 = 3; reliquos his coniungendis insigniunt e. c. 6 = ׀׳; 11 = ׀׳׳; 12 = ׀׀׳׳; 30 = ׳׳3, 90 = ׳׳3333. Qua in coniunctione maior numerus minorem praecedit, ut 22 = ׀׀׳׳, 54 = ׀׀׀׀׳׳33. Centum vero et centena eadem figura exprimuntur ac 10, praemissis tamen unitatibus, ut 100 = ׳׳׀, 500 = ׳׳׳; mille denique signo numeri 10 geminando lineaque superscripta, ut ׳׳׳׳׀ = 1000. Unitates praemissae quot millia intelligantur indicant. Quae inscriptione Romae servata exhibentur numerorum signa, non plane conspirant cum iis, quae supra allata sunt; Swintonus igitur peculiarem horum signorum proponit tabulam; cum vero apographum ipsius [6]) multis inquinatum sit vitiis etiam in numerorum signis, ea respicere debes accuratiora, quae Ant. Georgi ab Adlero diligenter descripta edidit [7]). Accuratius numerorum signa exhibet Tab. II., quae, ut eorum coniunctio perspiceretur, hoc loco non erant praetermittenda.

II. *De Vocalibus.*

§. 9.

De vocalibus in universum.

1) Quamvis quiescentes litterae tanquam sola vocalium signa adhibitae magnam in multis vocibus dubitationem necessario relinquant, nullus tamen alius vocales scribendi modus apud Aramaeos antiquos, ut apud Hebraeos [1]), receptus fuit, estque de hac re eo minus dubitandum, cum etiam recentiorum Syrorum, Arabum, Persarum et Iudaeorum exemplo, qui accuratioribus signis iam diu inven-

---

4) Cfr. de eorum more numeros signandi *John Swintoni dissertation upon the Phoenician characters antiently used at Sidon* in *Philos. Transact.* T. L. p. 791 sq.

5) Haec signa primus omnium *Swintonus* explicuit in *Philosoph. Transact.* T. XLVIII. P. 2. p. 721. 728—729. et 741.

6) Repetiit Apographum *Montefalconii* L'Antiquit. expliq. T. II. pl. CLXXIX. cll. *Gruteri* Corp. inscriptt. p. 86.

7) *Epist. de inscript. Palmyren. quae in Museo Capitol. adservantur* ad p. 52. Inserta est *Musei Capitolini contin. marmora anaglypha cum animadverss. cura Nic. Foggini* Tom. IV. Rom. 1784. Num. 18. Nostrum vero huius epistolae exemplum eorum est paucorum, quae seorsim in 8 impressa *Adlero* donata sunt. Cfr. quae Adlerus hac de re ad O. G. Tychsenum scripsit in *A. Th. Hartmanni Wanderungen durch die mannigfaltigen Gebiete der biblisch-asiat. Litterat.* T. II. P. 2. pag. 292.

1) Gesen. hebr. Grammat. §. 4.

tis perraro utuntur, quantum consuetudo et vernaculae linguae cognitio hac in re adiuvet, luculenter cernatur, illustretur ac probetur. Sensim sensimque ob ambiguitatem huius scribendi modi et quo diligentius eruditi ad grammaticas linguae elaborandas se convertebant, signa quaedam inveniebantur, quibus quod obscurum esset relictum, clarius fieret.

Annot. 1. Alii quidem grammatici, ut *Hassius* [2]) signorum vocales indicantium inventionem non ab ambiguitate, quam Syri in legendis scriptis necessario sentirent, sed potius ab *imitatione* tantum *Graecae linguae*, tunc temporis in Oriente notissimae multisque vocalibus et longis et brevibus gaudentis, derivandam esse putant, qui tamen eo refutantur, quod Syri, antequam plura vocalium signa scribendo exprimerent, in vocibus ambiguis puncto diacritico uterentur, quin etiam multi grammaticorum linguae peritissimi, ut *Iosua bar Nun*, *Honainus*, *Ioseph Huzita*, *Eudochus* et *Barhebraeus* [3]), ne quis ambigua confunderet verba, libros de puncto diacritico, diversis tamen temporibus, componerent. Illa linguae Graecae notitia sine dubio vocalium inventionem maturavit, attamen non sola in caussa fuit. Initio cum paucos tantum libros haberent, in illis legendis pronuntiationem a pueris facile docebantur neque signorum vocales indicantium morabantur defectum; cum incrementis vero litteraturae, praecipue cum exteri quoque e. c. Persae Syriacum sermonem discerent, eruditi certam ambiguis vocibus significationem firmaturi primum signum diacriticum, deinde signa vocalium ipsa adhibuerunt, quo pronuntiationem accuratiorem sensumque, quem quis scriptis suis inesse voluerat, certiorem redderent.

Annot. 2. Carpentoractensis et Palmyrenae inscriptiones vocales quiescibilibus tantum litteris notant, ut בריכה *benedicta sit!* וכזי זי איש לא אמרת *et mysterium cuiusquam non elocuta est* (Carpent.); אלול *Elul* חייהון *vita eorum* (Palm. 3.) יולים אורליס Iulius Aurelius, קריספינוס Crispinus [4]). Vocalium vero signa alia non habent, unde quanquam non sequitur, ut Syris eo tempore prorsus ea non fuerint, cum puncta vocalium aliaque non omnino necessaria, in numis et inscriptionibus omitti soleant, alia tamen argumenta hoc probant.

Annot. 3. Zabii aliam vocales notandi rationem non agnoscunt, nisi quiescibilium usum, quippe quae partim seorsim partim cum aliis litteris coniunctim scribuntur. Coniunctio vero litterarum figuram quodammodo mutat, unde tab. III. litteras primum seorsim scriptas, deinde coniunctas repraesentavi. Breves vero vocales saepe omnino non significantur, ut מן, רב, בר, פת (Cod. Vimar. fol. 1. a.). In quiescibilibus denique annectendis leges de litterarum connexu respiciendae sunt; hae enim v. c. in caussa sunt, quod א et ר ab initio quidem, neque tamen in fine admittant coniunctionem. Quiescibilis quoque littera ו lineis coniunctivis simul continetur; vide e. g. בולהון (Cod. Vim. fol. 4. b.);

---

2) Praktisches Handbuch der Aramaeischen Sprache p. 8.

3) Assem. Bibl. Or. II. p. 308.

4) Vid. et Koppium hac de re disserentem *Bilder und Schriften* T. II. §. 50.

אנרינון (ib. f. 3. b. lin. 17.). Falsissimam multorum opinionem, syllabarium esse Zabiorum alphabetum [5]), iam *Koppius* rectissime reiecit [6]).

2) Litteras vero quiescibiles huic usui inserviisse eo quoque stabilitur, quod earum natura et proprietates (§. 31—36) multaeque notae orthographicae (§. 19. 21 et 22), nisi hoc statuitur, explicari nequeunt. Vera quanquam simplicissima vocalium significatio fuit illa antiquorum Syrorum consuetudo, puncto consonantibus superposito vocales *a*, *o* et *u breve*, et litteris subscripto *e*, *i* et *u longum* indicandi, quo tamen in ambiguis tantum verbis utebantur, ut ܘ݂ *hau* (ille), ܘ݁ *hu* (ipse); ܗ݂ *hoi* (illa), ܗ݁ *hi* (ipsa); ܐ݂ *othe* (veniens), ܐ *otho* (signum) et ܐ݁ *etho* (venit); ܐ݁ *idho* (manus), ܐ݂ *aidho* (quae); ܥ݁ *ulo* (infans), ܥ *avolo* (iniquus), ܥ sine puncto, *aulo* (iniquitas); ܡ݂ *man* (quis?) ܒ݁ *men* (a, ex). Sic etiam in ܫ݁ *schento* (somnus) et ܫ݂ *schanto* (annus), ܕ݁ *ch'dhato* (nova) et ܒ݁ *chato* (novus).

Tali puncto ut in ambiguitate uterentur, eo facilius impellebantur, cum etiam in consonantibus, si dubii haerebant, illius ope difficultatem tollere consuevissent sicut in litteris Risch et Dolath per punctum tantum discernendis; diversus illius puncti locus vocis pronuntiationem ostendebat. Valde similis est illa, qua litteris superaddita Samaritani ambiguas voces distinguunt, linea diacritica [7]).

3) Quodsi quis *quando* et *quo loco* primus illius puncti diacritici usus fuerit, quaerit, omnibus quidem historiae testimoniis destituti nihil certi hac de re proferre possumus, sed non in errore versari nobis videmur, si hanc perutilem inventionem in illa, qua Syria celebriorem non vidit, *schola Edessena* ab eruditis linguae cultoribus esse factam statuimus, ubi et indigenae et exteri elegantiorem atque excultiorem linguam docti fereque omnes Syriaci sermonis grammaticae scriptae sunt. Quamvis quo tempore scriptores illo puncto diacritico uti coepe-

---

5) Abierant in illam sententiam *Buettnerus* (Vergleich. Tafeln. Fasc. I. p. 11.) *I. D. Michaelis* (Orient. Bibl. I. p. 38. XV. p. 130. XVI. p. 5. et Grammat. Syriac. p. 18), *Gatterer* (Abrifs der Diplomat. p. 42), *Norbergus* (Comment. de relig. et lingua Sabaeorum in Comment. hist. phil. Gotting. T. III. p. 16), *Bellermann* (Handbuch der bibl. Litterat. T. I. p. 50 sq.), *Eichhorn* (Gesch. der Litterat. T. V. p. 447 sq.), *O. G. Tychsen* (Repert. T. III. p. 157. 163), *Millin* (Mag. Encyclop. A. IX. T. II. p. 44.), *Jahn* (Einleit. in die Buecher des alten Bundes p. 341) et *Hager* (*Klaprothii* Magaz. T. I. p. 500); rectius vero viderant *Abrah. Ecchellensis* (Eutychius patriarcha Alexandrinus vindicatus P. II. p. 328 sq. cll. Pauli Memorabil. T. III. p. 54), *la Crozius* (Diss. de variis linguis in Syllabo dissertt., quem Chamberlayne *Orationi dominicae multilingui* subiecit. p. 127 sq.), *T. S. Bayer* (Act. Erudit. 1731. p. 312.) et *Beniamin Schulze* (Orient. Sprachmeist. p. 110); inter recentiores vero praecipue *Gesenius* (Lehrgeb. der hebr. Sprache p. 30 et 876. cll. Jen. A. L. Z. 1816. 48—51. p. 382 et Encyclop. Halens. Probeheft. s. v. Zabier) et *Koppius* l. l. II. §. 307 sq.

6) *Bilder und Schriften* T. II. §. 307 sq.

7) Cellarii hor. Samarat. p. 65.

rint, difficile sit dictu, fortasse tamen, cum in Codicibus, qui signis vocalium omnino carent, iam usurpetur, *quarto* iam *saeculo* usu est receptum, quin etiam de eo iam *Ephraemus* (IV saec.) [8]) locutus esse videtur. Hoc quidem noli ita interpretari, ac si prioris temporis scriptores illo signo diacritico tam crebro uterentur, quam postea id factum esse scimus; haud dubie primo parcissime, deinde saepius adhibita haec distinguendi ratio sensim apud omnes invaluit Syriae scriptores, cum ex primaria illius terrae schola et a celeberrimis viris linguaeque peritissimis profecta esset.

§. 10.

Vocalium signa inveniuntur.

Cfr. *Sebaldus Ravius* de eo, quod Arabes ab Aramaeis acceperunt. *Joh. Lorenz Isenbiehl* vom Gebrauch des syr. puncti diacritici bey den Verbis. Goettingen 1773. 4. *J. D. Michaelis* dissert. de Syrorum vocalibus ex Ephraemo. Gotting. 1762. 4. *Assemanius* ex Barhebraei grammatic. maiori et lib. IX. Chronic. in Bibl. Orient. T. I. p. 64. 477—478. 521.

1) Pronuntiationem vero accuratam indicaturi, quantum obscuritatis punctum diacriticum adhuc relinqueret, necessario videbant; neque enim illius locus certis regulis definitus est, praeterea nonnullis litteris, ut ?, ;, ‌ et ـ perraro tantum adiici poterat, ne forte maiorem in errorem deduceret. Grammatici igitur de alia ratione pronuntiationem accuratam significandi cogitarunt; quod consilium litterarum Syriacarum conditio et mirifice adiuvit et quomodo facillime posset expleri, luculenter monstravit. Variis enim librorum Graece conscriptorum versionibus eruditi peculiaribus litteris in illa lingua vocales exprimi necessario viderant, quem tamen morem, cum Semiticae dialecto valde repugnaret, in Syriacam scripturam recipere nequibant. Graeca vero nomina, inprimis propria in Syriacum sermonem transferentes perspicue scribere volebant et temporis decursu, ut omnes illarum vocum sonos redderent, summo studio laborarunt. Quare alii vocales Graecas, cum litterarum seriei eas propter linguae repugnantiam inserere non liceret, litteris suis subscribebant, sed initio modice sicubi valde necessarium putabant, alii vero punctorum varietate vocales Graecorum exprimere tentarunt, alii denique novis litteris aut certe quibusdam quiescentium mutationibus defectum vocalium supplendum esse putarunt.

---

8) Opp. Syr. T. I. p. 184. E. legimus ad Gen. XXXVI, 24: أَيْمَ حِيمَا ؟دِيمًا حَنَوْحَا يَمْحَا إِمْحَمْعِ حَمْوَلِحَمِ ؟مَالِمْهَ . مَكْمَ يَمْحَا أَمْرَ ؟اهْحَمْهَ أَنْعَمْعِ هَمِ لَا مِكْمَحْمَا .

Attinet scire, nos hucusque يَمْحَا *invenisse in utroque testamento, neque* يَمْحَا, *uti putarunt nonnulli imperitorum.* Quomodo enim Ephraemus utramque vocem distinguere potuerit nisi signo quodam, fortasse igitur puncto diacritico iam adhibito.

2) Paulus Antiochenus, presbyter Syrus, Graecorum quoque scripturam ab initio mancam fuisse, sensimque novis litteris adiectis ad maiorem pervenisse perfectionem, prisca traditione certior factus, *Iacobum Edessenum*, tunc temporis de patrii sermonis cultura longe meritissimum (§. 4, 10.) rogavit, ut quae in Syrorum scriptura desiderarentur, suppleret; quod ille, quamvis utile esse videret, consulto quidem recusavit, ne libri antiquo et imperfecto scripturae genere exarati interirent; puncto tamen diacritico geminando varieque ponendo *septem vocalium signa* fecit, quae Graecis vocalibus responderent, sed *quinque* tantum usu sunt recepta et ad litteraturae interitum usque valuerunt atque etiam in aliquot typographiis adhibita sunt.

Singularum vocalium designationem his punctis effectam vid. §. 11, 1.

Perutilis autem Iacobi inventio non statim communem adepta est auctoritatem, aut signa illius non satis certa visa sunt; etenim *Theophilus Edessenus, Maronita* (circa a. 791 p. Chr. nat. obiit), cum *Homerum Syriace verteret*, quinque vocales Graecas, figuram modo earum nonnihil mutans recepit, quibus Syriaca verba facillime pronuntiari possent. Ex Syrorum modo scribendi, (§. 6, 14.) vocalium, quibus Theophilus et post eum plurimi scriptores utuntur, figura et appositio explicari debet; quippe quae graecae sunt litterae, sed inversae. Si enim more Syrorum meras litteras Graecas unciales scribis A E H O T, reversa charta illas hac fere forma habebis, prouti in libris Syriacis reperiuntur.

Annot. 1. *I. D. Michaelis* iam ante Theophilum in *versione Philoxeniana*, quae cum superstitiosa diligentia sonos Graecos reddit, graecas vocales adiectas esse putat, sed historia hoc non probante, *Assemanii* potius sententia ex Barhebraeo desumta sequenda est. *Opitius* atque *Cellarius* illam vocalium figuram, quae punctis absolvitur, pro *recentiore* habent, contrarium *Hermann de Hardt*, et uterque *Michaelis* recte tuentur.

Annot. 2. *Nestoriani* illis vocalium figuris Graecis uti non solent, sed earum loco punctis quibusdam diacriticis, quae utrum eadem sint, quorum auctorem Iacobum Edessenum referunt, nec ne ambigitur; cum vero scripturam et pronuntiationem antiquam retinerent[1]), hac quoque in re prisca potius servasse, quam prorsus nova quaesivisse videntur. *Occidentem vero Syriae incolentes, Monophysitae, Maronitae* et qui *orthodoxorum* nomine insigniuntur, cum Graecis figuris tum Syriacis utuntur, interdum et praeter necessitatem additis punctis diacriticis. Iam IX saeculo Graecae vocalium figurae libris Syriacis passim adiiciuntur; in codicibus manuscriptis plerumque non omnes ponuntur; aliquando etiam nonnisi iis vocibus, quae ambiguae videri possunt, unicum vocalis signum aut duo appinguntur.

---

1) Assem. Bibl. Or. T. III. P. II. p. 378. cfr. §. 4, 8.

Annot. 3. Cum lingua Syriaca inde ab XII saeculo sensim periret, in rebus vero sacris a christianis conservaretur, etiam inter clericos illius cognitio in dies diminuta est, ita ut multi eorum, quorum est in christianorum coetibus libros sacros Syriace legere, saepe ipsi ne verbum quidem intelligerent. His autem adiuvandis, ut verba haud intellecta rectius pronuntiarent, *Gabriel Heva Maronita* saeculo XVIII orthographiam mutare, litterasque ad vocales designandas substituere temere est conatus; quiescentibus enim diverso modo scriptis quinque vocalium figuras, quasi et Syriaca lingua uti latina quinque vocales originitus haberet, efficere studuit, quippe qui pro *A curvam*, pro *O rectam* litterae *Olaf* figuram, pro *J Jud*, pro *U Waw*, pro *E Olaf cum puncto* sinistrorsum posito (ˌ) adhibuit. Quod consilium in *libro Psalmorum Davidis* idiomate Syro ex typographia Petri Ferri Romae 1737 edito expedivit; an vero anagnostae eiusmodi libris uti coeperint, valde dubitamus.

Libri, quos typis excusos habemus, alii Graecis vocalium figuris, alii punctis Nestorianorum instructi sunt, alii utramque punctationem miscent, alii denique vocales prorsus non indicant; chrestomathiae vero in tironum usum factae textus et punctatos et punctorum auxilio destitutos offerunt.

A. *Signa vocalium.*

§. 11.

Vocalium figurae, nomina et potestas.

1) Vocalium signa in plurimis Syrorum grammaticis adhuc editis *quinque* sunt, *duplici*, ut diximus (§. 10, 2.), *figura*, Syriaca scilicet, quae punctis vocalem exprimit, et Graeca [1]). A nonnullis nominantur ܡܠܝܢ ܕܠܐ ܩܠܐ *Φωνήεντα* et consonantes contra ܡܠܝܢ ܩܠܐ *litterae sine voce* [2]); ab aliis vocales appellantur ܡܨܥ *motus* aut ܫܘܠܐ *soni*, quia ipsae per se sonent et consonantes per eas moveantur; deinde ܣܝܡܐ *positiones*, *appositiones*, quod litteris apponantur et ܢܩܛܐ *puncta* quia punctis consistant.

---

1) In *nostra grammatica*, quia puncta facilius confunduntur, figuris a Graecis vocalibus derivatis usi sumus.

2) *Amira* hanc divisionem non probat, sibi id non placere dicens, quod doceat David, Pauli filius, de litterarum divisione in ܡܠܝܢ ܩܠܐ et ܩܠܐ ܕܠܐ, addit tamen illius grammatici explicationem: ܡܠܝܢ ܩܠܐ ܒܗܝ ܕܡܬܡܠܠ ܐܢܘܢ ܒܢܦܫܗܘܢ ܕܠܐ ܡܫܬܟܚ ܠܗܘܢ ܠܡܫܡܥ ܩܠܐ ܒܠܚܘܕܗ ܐܠܐ ܡܫܬܟܚ ܠܗ ܠܡܫܡܥ ܩܠܐ ܒܠܚܘܕܗ ܐܠܐ ܒܫܘܠܐ ܕܐܬܝܢ ܠܗ ܠܡܫܡܥ ܩ

Vocalium notas uno conspectu haec exhibet tabula:

Figura. *Syriaca.*	*Figura.* *Graeca.*	*Nomen.*		*Potestas.*	
◌̣	◌	Pethocho	ܦܬܘܟܐ	a, ut	ܦ, ܦܟܪ
◌̤ vel ◌̱	◌̂	Rebozo	ܪܒܘܙܐ	e, —	ܪ s. ܪܟܪ, ܪܟܪ
◌̱	◌̄	Chebozo	ܟܒܘܙܐ	i, —	ܟ, ܟܒܐ
◌̮, ◌̣	◌̇	Sekofo	ܣܩܘܦܐ	o, —	ܣ, ܣܦ
◌̥, ◌̣, ◌̬, ◌̰	rarius	Ezozo	ܥܙܘܙܐ	u, —	ܥ s. ܥܡ, ܥ

2) Cum vero inter grammaticos Syrorum magna de numero vocalium controversia sit, neque omnes in hac re nobiscum Amiram sequentibus consentiant, reliquorum opinionem prorsus negligere non licet. *Elias* in grammatica sua (§. 4, 9) *septem*, *David* vero, *Pauli filius* (§. 4, 12. Annot. 1.) *sex* vocales Syris esse ait. Neque de nominibus, quae vocalibus tribuantur, omnes idem statuunt. Nos communem amplexi sumus sententiam, quia revera in libris Syriacis quinque tantum vocales distingui vidimus.

Elias has enumerat vocales hisce nominibus:

Pethichotho	ܦܬܝܟܬܐ	= Pethocho	*a*	◌̣
Rebizotho	ܪܒܝܙܬܐ	= Rebozo	*e*	◌̤
Dakdom maskotho	ܕܟܕܡ ܡܣܟܬܐ	= Chebozo	*ĭ*	◌̱ (duo puncta sub littera Jud ad latus scripta)
Dakdom chebizotho	ܕܟܕܡ ܟܒܝܙܬܐ		*ī*	◌̄
Sekifotho	ܣܩܝܦܬܐ	= Sekofo	*o*	◌̮
Dakdom ruichotho	ܕܟܕܡ ܪܘܝܣܬܐ	= Ezozo	*ŭ*	◌̥ (punctum *super* Waw positum)
Dakdom alizotho	ܕܟܕܡ ܥܠܝܙܬܐ		*ū*	◌̬ (punctum *infra* Waw positum)

Paulus vero grammaticus sex distinguens vocales hunc sequitur ordinem et haec tribuit vocalibus nomina:

Pethocho	ܦܬܘܟܐ	*a*	*Sekofo*	ܣܩܘܦܐ	*o*
Selomo	ܣܠܘܡܐ	*e* (Rebozo)	*Asoko*	ܐܣܘܟܐ	*ŭ* = Ezozo.
Chebozo	ܟܒܘܙܐ	*i*	*Emoko*	ܐܡܘܟܐ	*ū* = Ezozo.

3) Utraque autem vocalium distributio reprehendenda; ne quinque quidem vocales omnes pro primariis haberi possunt, hoc enim omni voces formandi modo atque vocalium proprietatibus in dialecto Semitica repugnat (§. 9, 1. 2.); rectius et linguae indoli naturaeque magis convenienter signa vocalium ad *tres vocales primarias*, etiam litteris quiescentibus respondentes, referuntur et *tres classes* distin-

guentes ordinem aptiorem sequi videmur. In sequenti igitur huius rei tractatione illam distribuendi rationem in tres classes adhibebimus.

Classis prima: Vocalis *A.*

a) (̇) seu (̣) Pethocho *ă*
b) (̈) sive (̤) Sekofo *ā* in sermone elegantiori } Littera *Olaf* huic classi respondet.

Classis altera: Vocalis *E* et *I.*

a) (̂) sive (̭) Rebozo *ĕ*
b) (̆) sive (̬) Chebozo *ĭ* } Littera *Jud* huic vocali respondet.

Classis tertia: Vocalis *O* et *U.*

a) (̇) sive (̰) Sekofo *ŏ* in sermone vulgari
b) (̊) sive (̯) Ezozo *ŭ* } Littera *Waw* huic classi respondet et Ezozo vocali fere semper adiicitur.

Arabes tribus tantum vocalium signis utuntur, quorum singula uni ex his classibus respondent; exigua igitur discrimina, quae e. c. inter *e* et *i*, *o* et *u* intercedunt, scriptura non significant.

Zabii quoque cum Arabibus hac in re consentiunt tribus tantum vocalium signis utentes, quae litteris suis annectunt: an vero primo horum signorum, ut Syri (Annot. 11.), vocales *a* et *o* simul exprimant, id quod Norbergo placet, valde dubitandum videtur.

ANNOTATIONES.

I. *Figura signorum vocales indicantium.*

1) Puncta vocales signantia situm nusquam mutant; Graecae autem figurae non semper eum, quem in tab. iis tribuimus situm, servant, sed ex arbitrio aut commoditatis caussa cum infra, tum super litteram collocantur, attamen ̇ et ̈ in pluribus locis atque semper, quod nos quidem meminerimus, super consonantibus invenitur. Utramque et Graecam et Syriacam vocalium figuram saepissime misceri, ut una syllaba hanc, altera illam habeat figuram, iam supra monuimus. (§. 10, 3.)

2) Solent Syrorum librarii figuras punctorum, quibus vocales indicant, graciliores formare; caetera puncta (§. 18 sq.), quae aliis funguntur muneribus, figuris insigniunt pinguioribus, ne similitudine eorum nascatur confusio.

3) Vocalis *u* nunquam sine lectionis matre scribitur, exceptis duabus vocibus ܟܠ *omnis* et ܡܛܠ *propter*; etiam vocalis *o* saepe cum Waw scribitur.

4) Quod figuras in universum attinet, in libris Romae editis nonnullae a nostris aliquid differunt; ̣ (*o*) et ̯ (*u*) in iis saepius, in nostratium scriptis raro reperies.

5) Sekofo duobus punctis expressum nonnunquam cum diacritico litterae Risch puncto coalescit, ut ܢܘܪܐ *nuro* (ignis), sicuti Pethocho cum puncto litterae Dolath, ut ܕܓܪ *dajar* (habitavit) et cum punctis Ribui (§. 22, 1.), ut ܩܡܙܐ *kamze* (locustae).

II. *Nomina vocalium**).

6) *Nomen* fere omnium vocalium a *forma organorum* quibus proferuntur repetitur; de singulis haec tenenda:

ﻓَﺘْﺤَﺔ a verbo ﻓَﺘَﺢَ *aperuit*, quasi *apertio oris*, quia vocalis *a* aperto ore profertur. Eandem ob caussam Hebraei hanc vocalem פַּתַח et Arabes فَتْحَة, *Fatha* nominant.

ﺧَﻔْﺾ *depressio oris* a verbo ﺧَﻔَﺾَ *depressit*, quia *e* aliquantulum presse profertur.

ﺳَﻜْﺮ *stridor*, uti Hebraeorum חִירִק, a ﺳَﻜَﺮَ, Arabice حَبَضَ *tinnivit*, *sonum edidit* (de arcus nervo), quia *i* cum stridore quodam efferimus.

ﺿَﻢّ *sublatio*, *elatio* sc. oris; vocalis propterea ita vocatur, quod apud excultiores Syros tanquam *a* pronuntiatur (cfr. Annot. 11.).

ﺟَﻤْﻊ *compressio* sc. oris, ut קִבּוּץ Hebraeorum.

7) Nostram rationem etiam Elias aliique grammatici in nominibus, quae vocalibus darent, inveniendis secuti sunt; ille enim in omnibus vocalibus appellandis formam participialem pluralis numeri neque substantiva abstracta adhibuit, quae in nominibus modo explicatis (Annot. 6.) usurpata sunt. Nomina igitur ﻓَﺘْﺤَﺎﺕ *apertae*, ﺧَﻔْﻴَﺎﺕ *depressae*, ﺿَﻤْﺤَﺎﺕ *sublatae* ex antecedentibus perspiciuntur. Nomine ﻣِﻦْ ﻛَﺴْﺤَﺎﺕ? *quae* (vocales) *ante ascendunt*, ĭ breve significatur. Hanc denominationem facile intelliges, si in memoriam revocaveris, vocalem *a* cuique homini esse sonum vulgarem et fundamentalem, sola oris apertura prolatum, et infra ipsam in pronuntiatione vocalem *u*, super ea vero *i* vocalem esse sitam, qua nullam altiorem novimus; qui igitur *i* vocalem profert, a vulgari sono discedit et *ascendit*. Quam ob rem Elias in hoc ac sequentibus vocalium nominibus vocem ﻣِﻦْ *ante* adiiciat, nunc illustrabimus. Praepositio ﻣِﻦْ *ante* hoc loco ut Romanorum *ante* et *prae*[1]) comparationem inducit reddique potest *magis* (quam ceterae vocales), *praecipue*.

ﻣِﻦْ ﺳَﻜْﻴَﺎﺕ? ex Amirae explicatione: *quae ante compressae*; nos vero vocem potius eodem modo sumimus ac ﺳُﻜُﻮﻙ, ut significet *magis stridentes*.

ﻣِﻦْ ﺿَﻤْﺤَﺎﺕ? *quae magis dilatatae*; ex Amirae testimonio[2]) Elias hoc nomine *u breve* significare voluit; si hoc loco nullum vitium in textum irrepsit, quod factum esse non putamus, Elias nomen a figura signi desumsit, cum haec vocalis etiam duobus punctis, quorum unum *supra*, alterum *infra* litteram Waw ponitur, exprimi possit, ut ◌ٗ; ab oris enim figura illud nomen non est derivandum, cum illud in huius vocalis pronuntiatione non dilatetur, sed potius comprimatur.

ﻣِﻦْ ﻛَﺴْﻴَﺎﺕ? *quae magis coactae*; cui nomine respondet illud ﺟَﻤْﻊ i. e. *compressio* sc. oris.

8) *David* grammaticus, *Pauli filius*, vocalem *e* ﻛَﺴْﺮَة i. e. *flexum* seu *curvationem* nominat, quam denominationem a figura illius curva (◌ٜ) desumsisse videtur.

---

*) Cfr. de hac re etiam *Gesenii* Lehrgeb. p. 38.

1) Uti *Balbus* in Cic. ad Attic. XII, 15: „is quem *ante me* diligo;“ Liv. I, 9: „unam (virginem) longe *ante alias* specie ac pulchritudine insignem — raptam ferunt cet.

2) Gramm. Syr. p. 34—35.

Vocalem *u*, quam *Ezozo* appellamus, distinguit ille et alii in *brevem* et *longam*; brevi tribuit nomen أُصْعَا i. e. *ascensio*, longae vero nomen حُطْحَا i. e. *profunditas*. Quae quidem nomina e *vocalis figura* intelligenda; *u breve* enim punctum *supra* Waw ponit, ergo quasi *ascendit* (ٷ); *u longum* contra punctum *infra* Waw ponit, *descendit profundius*. Abhorret igitur grammaticus ille a consuetudine, vocales ex organorum forma, quibus proferuntur, appellandi.

9) Alii denique iis, quas ab his duobus eruditis in breves et longas distingui vidimus vocales, alia tribuerunt nomina, ita ut ضَمَّا *breve* et أُفْصَا *longum* apponerent, scilicet:

ĕ iis est سْحُوا ضَمَّا *Chebozo karjo.* ĭĭ iis est حُوُوا ضَمَّا *Ezozo karjo.*

ĕ — سْحُوا أُفْصَا *Chebozo aricho.* ŭ — حُوُوا أُفْصَا *Ezozo aricho.*

10) Sunt et alia nomina, quibus Syri vocales vocant, memoriae servientia discentium; incipiunt ab iisdem vocalibus, quibus imponuntur,

(ٗ) vocatur أَصْبَرْهَمْ *Abraham.* (٘) vocatur آدَمْ *Adam.*

(ٙ) — إِسْعْيَا *Jesaia.* (ٚ) — أُورِيَا *Uria.*

(ٛ) — إِسْحَاقْ *Isaac.*

III. *Vocalium pronuntiatio.*

11) *Pethocho* tanquam *a* clarum legimus; an interdum etiam tanquam *ae* efferendum sit, quod nonnulli contenderunt [3]), valde dubitamus, cum exempla eius generis, ut أَنْجِلْطَارَا *Angleterre*, quod solum Michaelis affert, propterea nihil probat, quod seroribus temporibus ex lingua peregrina multa verba in Syriacam recepta sunt, quae prius recipere non licebat, et illud *terre* a militibus cruciatis, unde ad Syros pervenit, vix cum vocali *e*, quacum nostra aetate effertur, pronuntiatum fuit; praeterea propter Risch in illa voce non *e* sed *a* ponendum erat (§. 30, 2.).

Sekofo a Syris *occidentalibus* tanquam *o* pronuntiabatur, orientales vero elegantiori sive Nestorianorum dialecto utentes *a longum* eius loco efferunt, ut نُورَا illi *nuro*, hi vero *nura* pronuntiant [4]). Haec pronuntiatio etiam nomine huius vocalis indicatur (Annot. 6.); أُصْعَا enim, *elatio* sc. *vocis*, ad vocalem *o* nullo modo, ad *a* vero optime referri potest, unde haec vocalis potestas certe apud eos fuit, quorum operae terminos grammaticae technicos debemus, non illa, qua Hebraeorum *Cholem* et Graecorum Ὁ μικρὸν valet, quamvis huius figuram repraesentet. Vulgus fortasse hanc vocalem tanquam *a obscurum*, sonum ad *o* accedentem efferebat; itaque *Schwenterus* [5]) Sekofo non valere *a clarum* sed mixtum quod ex *a* et *o* arbitratur.

---

3) I. D. Michaelis Gramm. Syr. p. 27.

4) Cfr. *Amirae* Gramm. Syriac. in „*praelud. de linguae Syriacae nominibus et discrimine*“ p. 3. et *Assemani* Bibl. Or. T. III. P. II. p. 379. cll. II. p. 407. cll. §. 4, 8. Sic etiam in iis vocibus aramaeis, quae in N. T. occurrunt, ut ταλιθὰ pro طَلِيثَا Marc. 5, 41. Μαρὰν ἀθά pro إِتَا مَرَانْ 1 Cor. 16, 22; Ἀββᾶ pro أَبَّا; μαμωνᾶ pro مَمْوُنَا; Ἀκελδαμά pro دَمَا خَلْ.

5) *Ventilatio grammatica gemina*, altera de

12) *Ezozo* tanquam *u* pronuntiandum, etiam in duobus verbis ܟܠ *omnis* et ܡܛܠ *propter*, in quibus sine *Waw* scribi solet. Alii quidem [6]) in hoc vocalis signo etiam *ö* et *ü* latere putant, alii [7]) certe in duobus illis verbis ܟܠ et ܡܛܠ Ezozo tanquam *ü* pronuntiandum esse aiunt; cum autem neque *Amira* neque alii Syrorum grammatici tale quid afferant, sed Amira potius [8]) semper legat *kul*, *metul*, nos illorum opinioni assentire non possumus. Accedit quod in Codd. nonnullis hae voces cum fulcro suo ornantur ܟܠܐ et ܡܛܠܗܘ, ut Matth. 3, 5. 6, 13. in Cod. Medic. 1. Evangelia continente [9]).

* * *

13) Vocalis sonat nonnisi post consonam, supra vel infra quam illius nota; figurae tamen punctorum non semper illis litteris, ad quas pertinent, adscribuntur, sed vel praecedentibus vel sequentibus; inprimis in gracilioribus litteris saepius haud perspicuum, ad utram litterarum duarum se excipientium aliquod vocalis signum sit referendum, analogia vero et grammaticae leges tunc veram indicant formam.

§. 12.

Signa vocalium cum litteris quiescentibus coniuncta. Diphthongi.

1) Quando litterae quiescibiles vere quiescant aut cum vocalis signo confluant, ut ◌ܐ, ◌ܝ, ◌ܥ, ◌ܘ, ◌ܘ, eodem modo atque apud Hebraeos definitur [1]). Itaque quiescit

ܐ in *Pethocho* (◌) et propter vocalis *Sekofo* (◌) pronuntiationem tanquam *a* (§. 11. Annot. 11.) etiam et praecipue in hac vocali [2]), ut ܒܥܐ (quaeret) ܐܠܗܐ *Deus.*

ܘ in *Sekofo* (◌) tantum et *Ezozo* (◌) ut ܟܘܢܣܐ θρόνος, ܩܘܡ *surge*, ܢܩܛܠ *interficiet.*

ܥ nonnisi in *Rebozo* (◌) et *Chebozo* (◌) ut ܥܝܢ *oculus*, ܐܝ *autem.*

Olaf in reliquis quoque vocalibus quiescit, ut ܦܬܚ *aperiet*, ܐܡܪ *dicere*, ܐܘܪܚܐ *in via*; saepissime vero et prae ceteris sonum *i* amat, ut ܦܝܪܐ *fructus*, ܐܝܬܐ *lupus.* In sono *a* vero et *Sekofo* nulla alia quiescit, nisi Olaf.

Annot. 1. Libri typis excusi exempla in nonnullis vocibus *Graecis Waw* in *a* quoque et *e* quiescentium exhibent, ut ܐܪܟܐܝܣ ἀρχαῖς Eph. 3, 10. ܐܬܝܢܣ Ἀθήνας et ܐܬܝܢܣ

---

pronuntiatione vocalis Syriacae ◌ܐ, altera an Syri diphthongos agnoscunt? cet. p. 12 sq.

6) *I. D. Michaelis* Gramm. Syr. p. 28.

7) *Chr. Bened. Michaelis* Syriasm. p. 15. *Hassii* pract. Handbuch der aramaeisch. Sprache. p. 11. *O. G. Tychseni* Element. Syriac. p. 4. et *Ludovic. de Dieu* Grammat. Ling. Orient. harm. pag. 19.

8) Gramm. Syr. pag. 28. cll. 469 et pluribus in locis.

9) *I. M. A. Scholz biblisch-kritische Reise in Frankreich, der Schweitz, Italien, Palaestina und im Archipel in den Jahren* 1818, 1819, 1820, 1821 *nebst einer Geschichte des N. T.* p. 51.

1) *Gesenii* hebr. Gramm. §. 14.

2) Eandem ob caussam in sequentibus de Pethocho et Sekofo saepius coniunctim sermo erit.

Αθήναις, sed editores N. T. in vocalibus adiiciendis minus accurati hanc effecisse videntur anomaliam in Codd. mscr. sane vitatam.

Annot. 2. Sekofo, litterae Waw quidem respondens, tamen fere in exoticis tantum, praecipue Nominibus propriis in eo quiescit, ut ܦܝܠܘܣܘܦܐ φιλόσοφος, ܡܐܠ μᾶλλον, ܗܪܘܕܣ *Herodes.*

Annot. 3. *He* semper est *mobile*, neque ut Hebraicum ה quaedam quiescentibus propria recipit; sequior vero Syriasmus in Graecarum vocum translatione tanquam matre lectionis vocalium ε et αι saepe ܐ adhibet, v. c. versio N. T. *Philoxeniana* reddit Πέτρος ܦܛܪܐ, εὐαγγέλιον ܐܘܢܓܠܝܘܢ, Γεννησαρέτ ܓܢܝܣܪܬ, Ματθαῖος ܡܬܝ.

2) Plena scriptura a defectiva ita fere discernitur:

a) Saepe certum est, utrum vox aliqua plene an defective scribenda sit, v. c. *u* longum et breve apud Syros semper plene scribitur, exceptis ܠܐ et ܗܘ. In vocibus nonnullis scriptionem plenam et defectivam simul usitatam invenimus, ita ut eadem vox hîc adiuncta, illic abiecta matre lectionis ponatur, ut ܒܐܪ et ܒܪ *puteus*, ܐܬܐ et ܬܐ *lupus*, ܥܝܕܐ et ܥܝܕ *festum*, ܐܪܘܢܐ et ܐܪܘܢ *arca*.

b) *Pethocho* pluribus in vocibus *defective*, *Sekofo* contra saepius et in fine vocum, ubi *statum emphaticum* format (§. 92.), nunquam non plene scribitur littera ܐ adiuncta.

c) Cum lingua Syriaca in scribendo etymologiam retinere studeat, ex arbitrio librariorum plena scriptio cum defectiva rarius commutata est, quam in Hebraicis scriptis praecipue serioris temporis. Maior autem libertas in iis vocibus adhibita est, quae ex Graeco sermone in Syriacum immigrarunt, cum alii nimis superstitiosi Graecorum vocalibus matres lectionis substituerent, ut ܐ pro α et αι, ܬܐܓܡܐ τάγμα, interdum vel ܐ pro αι ܩܣܪ Καῖσαρ. Alii vero minus anxii nunc eundem sequebantur modum, nunc nudas scribebant vocales. In antiquioribus igitur scriptis parsimonia quaedam in usu matrum lectionis, nisi etymologia eas postulabat; sequior vero Syriasmus externis, praecipue Graecae linguae proprietatibus nimium adhaerens, plenam scriptionem, ubi necessaria non est, facile admittit.

d) Illa scriptionis diversitate accuratum inter vocales longas et breves discrimen non oritur; vocalem enim, quanquam corripitur, apud Syros cum fulcro scribere licet et *u breve* fere semper ita scribas necesse est, attamen, Ezozo excepto, plurimis in locis vocalis *plene* scripta producitur.

3) Si quiescibilis signum vocalis sequitur heterogeneum, in qua igitur quiescere nequit, *diphthongus* nascitur. Hoc fieri solet

a) cum littera Waw: ܘ *au* ab initio, in medio fineque dictionis, ut ܡܘܬܐ *mauto* (mors), ܐܘܬܒ *autebh* (collocavit), ܡܠܟܘܗܝ *malkau* (reges eius).

ـَـو *eu*, praecedente *e* vel etiam interveniente Jud ـَـيـ, ut ܩܫܝܬܐ *k'scheu* (durus ille), ܐܫܬܝܬܐ *eschteu* (bibam illud).

b) cum littera Jud: ـَـي *ai*, in principio, medio atque fine dictionis, ut ܒܝܬܐ *baito* (domus), ܡܠܟܝ *malkai* (reges mei), ܓܠܝܬܘܢ *g'laitun* (manifestastis).

ـَـوي *oi*, in medio et fine dictionis, ut ܩܕܡܘܝ *kadmoi* (primus), ܥܛܠܘܝ *adteloi* (nudus), ܪܒܥܝܬܐ *r'bhioito* (quarta).

ـَـوـ *ui*, *u* ante Jud, uti ܐܒܘܝ *abui* (pater eius).

Annot. 1. Alii [3]) huc referunt etiam o praecedente ـَـ (ـَـ), sed ita diphthongus vix potest oriri, sed potius syllaba *īv*, ut ܢܐܒܕܝܒ *naubediv* (perdet eum) [4]).

Annot. 2. *Waserus* [5]) vocalem *o* et litteram *Waw* in diphthongum coalescere contendit; male quidem, nam quibus in vocibus haec coniunctio obvia est, Waw semper pro fulcro habendum, quod Syri pro Graeco *o* posuerunt, ut ܦܘܠܘܣ *paulos*, Παῦλος, ܐܘܟܠ ὄχλος. Neque *Crinesio* [6]) assentimus diphthongum *ei* vocali *e* litterae Jud praemissa oriri autumanti; ܟܠܝܢ enim *kulhen*, neque *kulhein* Syri teste *Amira* pronuntiarunt.

Annot. 3. *Ludovicus de Dieu* [7]) etiam *Waw* cum praecedente o diphthongum formare levique aliqua pronuntiatione quasi per Scheva quiescens ad praecedentem vocalem trahi ait. *Amira* vero, quem magis in rebus huiusmodi sequendum putamus, alterum Waw non legi docet (cfr. §. 32, 2.); praeterea quomodo per u longum cum littera Waw coniunctum diphthongus oriri possit, non videmus. Diphthongi enim dicuntur, quae binos φθόγγους, hoc est binas voces sive vocales comprehendunt [8]).

Annot. 4. *Schwenterus* [9]), *Dilherr* [10]), et *Nicolai* [11]), antiquos Syros ne nomen quidem diphthongorum cognovisse, nedum diphthongos admisisse falso contendunt; quanquam enim nomen diphthongi Syri non commemorant, rem tamen ipsam habuerunt [12]).

---

3) *Ludovici de Dieu* Grammat. ling. Orient. harmonic. p. 20. et *Vateri* Handbuch der Hebr. Syr. Chald. und Arab. Grammat. p. 104.

4) *Opitii* Syriasm. p. 8.

5) Grammat. Syr. Lcidae 1619. p. 12.

6) Gymnas. Syriac. cap. VII.

7) L. l. p. 20.

8) Cfr. *Priscian.* p. 561. ed. Putsch. T. I. p. 46. ed. Krehl.

9) *Ventilatio grammatica gemina*, altera de pronuntiatione vocalis Syriacae ܐܘܥ, altera an Syri diphthongos agnoscunt. Cui ἐν παρόδῳ genuina pronuntiatio τοῦ Kamez et Pathahh Hebraeorum accessit. Dictata Altdorph I Noricorum Anno 1627 Mense Maio a *M. Daniele Schwenter* Noriberg. Ling. Orient. Professore. Norimb. typ. Simon. Halbmayeri. p. 22 sq.

10) Rudiment. ling. Syriac. p. 10.

11) Hodogetic. Orient. P. II. p. 8.

12) *Schwenterus* inprimis ad *Masium*, *Guidonem Fabricium* et *Tremellium* provocat, quorum tamen auctoritas certe hac in re nulla esse potest; deinde ad originem diphthongorum, quippe quae concursu duarum vocalium oriri debeant. In Syriaca autem lingua pariter ac in Hebraea et Chaldaea non vocales, sed consonam et vocalem contendit convenire (*Waw* et *Pethocho*, *Jud* et *Sekofo* cet.), ita ut exempla ab adversariis allata, ܦܘܠܘܣ, ܥܢܐ et ܦܘܢ *pavlos*, *ajno* et *monav* essent legenda. In aliam igitur abiisset senten-

In antiquis vero librorum Syriacorum editionibus diphthongorum aliquoties nulla ratio habetur, ut Marc. 2, 16. 12, 9. (ed. Widmanst.) legimus ܡܢܘ pro ܡܢܐ *quidnam?*

Annot. 5. *Zabii* praeter tres vocales ܐ, ܘ et ܝ notatas pariter ac Syri diphthongos agnoscunt, quod iam *Koppius*[13]) rectissime coniecit. Cum vero vocalium signa, nisi litteras quiescibiles, ignorent, diphthongos harum coniunctione insigniunt; nempe v. c. מראוראב = ܪܒܐ *magnus* (magnifactus); בשומאיהון = ܒܫܡܗܘܢ *in nomine eorum* (Cod. Vimar. fol. 1. a. lin. 12.), לאו = ܠܐ *non* (ib. fol. 4. a. lin. 5.), מן דוכתאיהון = ܡܢ ܕܘܟܬܗܘܢ *de loco eorum* (ib. f. 5. a. lin. 1.). Fortasse ubi unam tantum scripserunt litteram, interdum tamen diphthongum pronuntiarunt, ut ליחלא = ܠܝܬ ܠܗ *non est ei* (ib. lin. 21.).

Annot. 6. In *Graecis* vocalibus reddendis Syri hancce sequuntur regulam: ι reddunt ـ, ε vero ـ, ο saepe ـ, ut ܩܘܠܘܣܝ Κολασσαῖς Col. 1, 2., ܦܘܛܝܠܘܣ Ποτιόλους Act. 28, 13., plerumque tamen ـ aut ـ similiter atque ω; η fit ـ, ut ܕܝܬܝܩܐ διαθήκη; υ exprimitur ـ et ـ, ut ܟܘܠܐ ξύλα, ܩܘܢܕܘܢܘܣ κίνδυνος Act. 19, 40. Diphthongorum Graecarum alias Syri retinent, ut αυ et ευ v. c. ܐܘܛܘܩܪܛܘܪܐ αὐτοκράτορες Barhebr. p. 111. ܒܘܠܐܘܛܝܣ βουλευτής Marc. 15, 43.; alias ita exprimunt: αι redditur ـ, ut ܩܝܣܪܝܐ Καισάρεια Act. 8, 40., ܐܝܪܣܝܣ αἱρέσεις 2 Petr. 2, 1.; ει fit ـ, ut ܣܦܝܪܐ σπείρα Matth. 27, 27. ܣܛܪܛܝܐ στρατεία Luc. 3, 14; οι fit ο, ut ܦܘܝܒܐ Φοίβη, ܦܘܝܢܝܩܐ Φοινίκη, vel pluralem οι interdum ita fingunt, ut ܐܝܒܪܛܝܢܘܣ Λιβερτῖνοι Act. 6, 9., ܣܛܘܝܩܘܣ Στωϊκοί Act. 17, 18., ܟܘܡܘܣ Χυμοί Barhebr. 34. (§. 94—95.). Mutationes vocum Graecarum Syriace reddendarum vid. §. 84.

§. 13.

Quantitas vocalium [1]).

In lingua Syriaca vocalium quantitas alio sensu atque in linguis secundum prosodiae rationem et regulas formatis est intelligenda. Quamvis enim *Syrorum* ars metrica non eadem diligentia, qua eruditi ad nostram usque aetatem Hebraeam diversis modis dignati sunt, a recentioribus sit tractata et Syriaca opuscula, quae hac de re exstant, in bibliothecis lateant, tamen probe scimus, poesin Syriacam non quantitatis sed *accentus* tantum rationem habere versusque suos *syllabarum numero* metiri [2]). Qua tamen poeseos Syriacae conditione *varietas morarum in pronuntiandis vocalibus observandarum* non tollitur; unde *vocatiam*: si ad duplicem litterarum ـ, ـ et ـ potestatem animadvertisset.

13) *Bilder und Schriften der Vorzeit.* T. II. §. 310.

1) Haec §. et §. 14. ab iis, qui nondum primis linguae elementis imbuti sunt, praetermittendae; qui vero in plenius grammatices studium incumbunt, eas facile intelligent.

2) *Hahn*, Bardesanes gnosticus p. 34.

lium mutationes (§. 34—37) partim oriuntur. Simplicissima enim Arabicae linguae regula, quamque vocalem littera quiescibili instructam esse producendam [3]) in Syriaca non omnino valet. (§. 12, d.).

Cum quae recentiores grammatici hac de re dicunt, non certa sint neque fixa, Amiram uberius quidem ac fusius, iusto tamen obscurius minusque ordinate disserentem [4]) adire atque simul quae ille modo delibavit, locupletare atque illustrare libuit. Quod *Ludovicus de Dieu* [5]) Syris brevium atque longarum vocalium discrimen deesse ait, hoc ita explicabis, (id quod iam *Waserus* [6]) recte vidit,) Syros quoad vocalium *figuras* differentiam vocalium longarum ac brevium non expresse neque distincte indicare, sed in *pronuntiatione*, utrum sit longa vocalis quaedam an brevis, discernere posse et debere.

1) Vocalium *Pethocho* et *Sekofo* quantitas satis certa est; Pethocho enim semper corripitur, Sekofo vero producitur et ita sibi opponuntur, ut Hebr. Patach et Kamez. Sekofo autem, si dialectos cognatas comparaveris, saepius fulcro suo (ا) non utitur, ut ܟܬܒ, Arabice كتاب *liber*; ܡܠܚ, Arabice ملاح *nauta*; ܩܘܪܒܢ, Arabice قربان *oblatio*.

Annot. C. B. Michaelis [7]) *Pethocho* inter *ancipites* refert quippe ex masoretharum regulis syllabae simplici tonoque instructae longam, compositae vero brevem tribuentibus vocalem colligens, in mere Syriacis Pethocho, cum ubique Hebraeorum et Chaldaeorum Patach aut Chateph-patach respondeat, corripi, in nonnullis tamen exoticis produci. Quamvis hoc facile fieri posset, nos tamen, cum non habeamus ultra quo progrediamur, quam ut coniecturâ probabilia hac in re sequamur, cum *I. D. Michaeli* [8]) hanc exceptionem a regula proposita esse in dubio relictam putamus.

2) Reliquae Syrorum vocales *ancipites* sunt. Maxima vero ambiguitate quoad quantitatem laborat *Rebozo*; minus tamen propter ea, quae *quiescibilibus propria* sunt (§. 31—33), sed ob eruditorum, quorum ope lingua excolebatur, definitiones partim arbitrarias et propter Semiticae linguae indolem.

a) In plurimis nominibus *vere Syriacis* prima syllaba vocali *e* affecta producitur, ut ܥܕܢ *dens*, ܐܡܐ *mater*, ܚܛܦ *direptio*; in *exoticis* vero nominibus propriis corripitur, ut ܐܫܥܝܐ *Esaias*, ܚܙܩܝܐ *Ezechias*.

b) In reliquis vocibus Rebozo alicui consonae appositum, sicubi ـ aut ـ quiescens consonam illam sequuntur, corripitur, ut ܐܡܪ *abiiciunt*, ܟܬܒܗ *libri-eius*, ܓܝ *enim*, ܐܢ *autem*,

---

3) *Rosenmuelleri* fundam. ad instit. Arab. p. 22. §. XXVIII.
4) Gramm. Syriac. p. 36—37. cll. p. 466—470.
5) Gramm. ling. Orient. harmonic. p. 18.
6) Gramm. Syr. p. 12.
7) Syriasm. p. 15.
8) Gramm. Syriac. p. 31.

ﺑَﺄْ *sagitta.* Hinc fit, ut etiam praeformativa Fut. et Inf. "ﺣ, quamquam contrarium expectaveris, Rebozo suum corripiant, ut ﺑَﺎْﺣَﻞ *comedit*, ﻟَﺎْﺣُﻞ *ad comedendum* [9]).

c) In verbis "ﺣ syllaba prior [10]) in Praet. producenda est, ut ﺇِﺎْﺣَﻞ *comedit*, ﺇِﺎْﻫَﻖ *effudisti*; ibi enim Rebozo in ﺍ non quiescit, sed ei, uti suae consonae, supponitur.

d) Rebozo in praeterito verborum med. rad. *E* (§. 52.) producitur, ut ﺩَﺒَﻖ *adhaesit*, ﺷَﻬِﺪَ *testatus est*; ut apud Hebraeos.

e) Praeformativa Fut. et Inf. Peal et Schafel in verb. regul. Rebozo suum corripiunt, ut ﻧَﻤْﻮُﺕ *interficiet* [11]), ﺇِﻫْﻠَﻚ *perficiam.* Ita et verba "ﺣ. "ﻫ vero et ﻭ praeform. Fut. et Inf. ē pronuntiantur, ut ﺇِﺎْﺣَﺪ *diripiam*, ﻟَﺎْﺣُﺪ *ad diripiendum*, ﻳِﻠֵﻲ *deteget*, ﻟِﻠֵﻲ *detegere.* Quid in caussa sit, docent formae Hebraicae, ut יִקְטֹל pro יִקְטַל, אֶסֹּב. In verbis vero ﻭ, cum ultima corripiatur, praeformat. hanc, ut videtur, ob caussam ē pronuntiatur.

Annot. In verbis "ﻫ praeform. 1 Fut. ĕ pronuntiatur, ut ﺇِﻗُﻮﻡ *surgam.*

f) In omnium coniugg. Fut. verb. ﻭ ultima syllaba ĕ effertur, e. c. ﻳِﻠֵﻲ cfr. יִגְלֶה *deteget.*

g) Rebozo in *ultima* syllaba Part. act. Peal in verbis omnis generis vel in verbis "ﻫ aut ﻭ corripitur; Hebraicum vero Part. in regulari quidem verbo utitur *e longo* sed *puro*, ut ﻗَﺎْﺗُﻞ *interficiens*, ﻣِﺎْﺻِﻖ *adspergens*, ﻟَﺎْﻟِﻲ *detegens*, cll. Hebrr. קֹטֵל et גֹּלֶה.

h) In Praet. 1 Sing. syllaba *ultima* cum ĕ, *prior* vero syllaba 1 et 3 fem. cum ē effertur, ut ﺳَﺎْﺟַﺪْﺕُ *adoravi*, ﻓَﺎْﺻַﻠْﺕُ *separavi*, ﺳَﺎْﺟَﺪَﺕْ *adoravit* (fem.).

3) *Chebozo longum* fere ubique quiescibilis Jud sequitur, ut ﺩِﻳْﻦ *iudicium*, ﻳَﺎْﺩ *manus*, ﺃَﺎْﻟِﻴﻨِﻲ *introducas me;* neque tamen ـً ubique pro ī habeas, corripitur v. c. in ﺭِﻳْﺢ *odor*, ﻧَﺎْﻓِﺬ *portus*, ﻣَﺎْﺻَﺒِﻴﺢ *lampas*, quod etiam valet de ـً sequente Olaf, ut ﺫِﺎْﺏ *lupus*, ﻳَﺎْﻣַﺮ *dicet.* Multis in vocibus, ـً contractione relegato, Chebozo corripitur, ut ﺻُﻮْﺭَﺓ *figura*, ﺁَﺧַﺮ *alius*, ﺟِﻨْﺲ *egenus* a radicibus ﺻَﻮَﺭ, ﺁَﺧַﺮ, ﺟَﻨַﺲ. Corripitur plerumque *i* fulcro destitutum, ut ﻟَﻴْﻞ *nox*, ﺗِﻴْﻦ *ficus*, ﺗَﻴْﺲ *hircus*, ﻣَﺴِﻴْﺢِﻲ *Christianus.*

4) De vocali *Ezozo* pauca tantum certa, quibus vero in exemplis ŭ sit, diligentius demonstrandum.

a) In nominum diminutivorum terminatione ـُﻮْ, in suff. ـُﻪْ et ـُﻬْ et pronom. ـُﻮْﻫُ

---

9) Aliter res se habet, si Olaf quiescens vocalem non sequitur, sed Rebozo ei tanquam consonae apponitur cfr. sub c).

10) Cum verborum plurima sint *trilittera*, horum tantum brevitatis caussa hic rationem habemus; in reliquis enim eadem valent.

11) *Gesen.* hebr. Grammat. §. 35, 1.

illi, ܐܝܠܝܢ *vos*, in nominibus, quae geminatas habent litteras, aut quorum ܘ una ex litteris ܪ ܣ ܬ sequitur, atque in nonnullis aliis Ezozo *corripitur*, ut ܐܚܘܬܐ *fraterculus*, ܐܢܫܘܬܐ *homunculus*, ܐܢܬܘܢ *vos estis*, ܩܪܝܢܟܘܢ *lectio vestra*, ܟܠܗܘܢ *omnes illi*, ܫܠܡܘܬܗܘܢ *perfectio eorum*, ܚܘܬܠܐ *thalamus*, ܣܘܟܠܐ *convivium*, ܥܡܐ *gens*, ܝܘܚܢܢ *Joannes*, ܝܫܘܥ *Jesus*, ܐܡܪ *dicens*, ܬܐܘܡܐ *Thomas* cet.

b) In ultima syllaba Fut. et Imp. Verbi reg., ״ ד et ״ ה Ezozo corripitur, ut ܢܩܛܘܠ *interficiet*, ܩܛܘܠ *interfice*, ܢܣܒ *diripiet*, ܢܐܟܘܠ *comedet*, cll. Hebr. יִקְטֹל, קְטֹל cum *ō* puro. In verbis vero med. quiesc. syllaba illa est *producenda*, ut ܢܩܘܡ *surget*, ܩܘܡ *surge*.

c) In omnibus coni. ult. Fut. syllaba Pl. m. Ezozo *producere* debet, ut ܢܩܛܠܘܢ *interficient*, ܬܣܒܘܢ *diripietis*, ܢܐܟܠܘܢ *discent*, ܢܬܩܢܘܢ *confirmabunt*, ܢܬܪܡܣܘܢ *conculcabuntur*. Excipias vero verba ܐ in quibus corripitur, ut ܢܒܢܐ *aedificabunt*, ܬܬܐ *sanabitis*, ܢܬܓܠܐ *detegentur*.

In afformativo ܘ Praet. act. et pass. *u* semper corripitur, ut ܥܢܝܬܘ *respondistis*.

Annot. In *exoticarum* vocum receptione Syri saepius veram ac genuinam vocalium quantitatem non servant, praecipue in penultima syllaba, ubi eas saepe producunt, etiamsi secundum originem corripiendae sunt, quia penultima tonum habere solet (§. 39, 1.). Quod quidem inprimis vocali *i* accidit, ut ܐܘܢܓܠܝܘܢ *εὐαγγέλιον*, ܐܘܟܪܣܛܝܐ *εὐχαριστία*, ܒܣܝܠܐܘܣ *Βασιλίος*.

5) Duplicem autem ancipitum quantitatem grammaticorum aliqui in ipsa Asia natorum etiam duplici figura distinguunt huncce in modum:

	longum.		*breve.*
Rebozo	¯ ״ seu ¯ ˙˙	˙ ¯	sive ˙ ¯
Chebozo	¯ ˙	˙ ¯	
Ezozo	◌̱ sive ◌̱	◌̆	

In iis vero figuris, quas Syri a Graecis mutuarunt, hoc discrimen prorsus non indicatur, neque in punctis Syrorum scribendis ab omnibus observatur grammaticis.

Annot. *Ludovicus de Dieu* [12]) puncto *infra* posito (o ̣) *Schurek* et *super* linea posito (o ̄) *Kibbuz* Hebraeorum exprimi ait, ita ut Kibbuz, uti o ̄ Syrorum, semper breve esset; quem vero refutavit *Gesenius* [13]).

6) In Syriaco quoque sermone fere eadem, quam in Hebraico *Gesenius* animadvertit [14]), norma in omnibus orationis partibus valet; Syris enim *o* longius erat quam *u* et *i* longius quam *e* (§. 36, 3. a.).

12) Grammat. ling. Orient. harm. p. 19.
13) Lehrgebaeude der hebr. Spr. p. 59–60.
14) L. l. p. 61.

§. 14.

Puncta vocalium vicaria.

Cfr. *Joh. Lorenz Isenbiehl* Beobachtungen von dem Gebrauche des syrischen puncti diacritici bey den Verbis. Goettingen 1773. *Amirae* Grammat. Syriac. Lib. I. cap. XVI.

1) Puncto diacritico (§. 9, 3.) usi sunt ab initio parcius atque in una vel paucis verborum flexionibus, fortasse in *Part. act.*, quo *Praesens* exprimitur; deinde vero saepius ad plures formas luculenter indicandas, ita ut qui nunc est amplissimus eius usus, sensim sensimque exoriretur. Hoc in caussa est, quod in aliis Codd. mscr. et editionibus, (*Psalmis* ab *Erpenio* editis) parce tantum, in aliis vero, uti in pluribus excerptis in Assemani Bibl. Orient. et Bibl. Polygl. Angl. crebrius punctum ponitur diacriticum. Quare etiam eius collocatio, quanquam sibi non contraria, tamen non ubique eadem est. Rarius in nominibus hoc puncto utuntur, frequentissime in verbis [1]); praecipue igitur verborum flexiones respicimus.

2) Multus huius puncti diacritici usus est in suff. 3 pers. f. ܐ a m. ܐ̈ distinguendo, quippe fem. punctum superponitur, ut ܗܠܝ̈ *illi* (fem.), etiam cum vocalium signa scribuntur, ut ܐܦ̣ܩܕ̣ *visitavit eam*, ܫܡ̣ܗ *nomen illius* (f.).

3) Quae nonnulli, ut *Dathius* [2]), contra *communem* punctorum usum monent, ex horum repugnantia repetierunt his observationibus plane sublata:

a) *Diverso* tempore scriptores quasdam verborum formas non *eodem modo* notarunt;

b) *Certae* litterae punctum non adstringitur; sicubi vero interdum una ex litteris radicalibus aut formativis notam postulat, ex arbitrio tamen super aut infra vocem ea plerumque potest collocari, ne scriptio anxie litteris numerandis retardetur.

c) Signa diacritica, quibus lectio facilior redditur, non in omnibus exemplis, ubi poni possunt, revera apponuntur *).

Annot. 1. Quanquam libri vocalibus instructi his signis non egent, hi quoque tamen haec puncta haud raro exhibent. Romanae librorum editiones satis ea et *situ* et *figura* ab aliis punctis, nostrae vero typorum defectu minus accurate distinguunt. Punctum illud omnes litterae recipiunt, praeter ʃ, ʔ, ʒ, quin etiam huc illuc ⌣. ʃ enim propter figurae longitudinem locum obtinet illum, quo punctum collocari solet, ʔ vero et ʒ iam alio puncto diacritico utuntur, et Jud denique, si ei punctum adiicere velis, facile hoc modo cum Risch aut Dolath confunditur.

---

1) Eandem ob caussam *Amira* his punctis *a potiori* nomen tribuit *punctorum tempora personasqu indicantium* (Gramm. Syr. p. 51.).

2) Psalterium Syriac. Hal. 1768. 8. in praefat. p. XXXIII.

*) De reliqua huius §. parte v. not. 1. ad §. 13.

Annot. 2. Rem totam facilius explicaturi videmur, si paradigma omnium, quas verbum quodvis subit, flexionum punctis cuiusque personae formaeque adiectis praemittimus, deinde vero de singulis quae memoratu sunt digna afferimus [3]). *Unam* tantum coniugationem punctis insignivimus, quia quae de hac valent, in reliquis quoque coniugationibus locum habent.

Paradigma verbi ... *notis diacriticis scripti.*

Praeterit.

	Masc.	Fem.
Sing. 3.	...	...
	...	...
	...	...
2.	...	puncto non insignitur.
	...	
	...	
1 comm.	...	
Plur. 3.	...	puncto non distinguitur.
	...	
2.	puncto non insignitur.	
1 comm.	...	

Infinitivus.

... cet. ...

Imperativus.

Sing. ...

...

Futur.

	Masc.	Fem.
Sing. 3.	...	...
	...	aut non insignitur.
2.	...	puncto non distinguitur.
1 comm.	... in passivis, ...	
Plur. 3.	...	puncto non insignitur.
2.	...	puncto non insignitur.
1 comm.	...	

Participium.

	Masc.	Fem.
Praes.	...	...
	...	
	...	
Praet.	...	
	...	

3) Aliquot sphalmata typographica, quae *Isenbiehlii* paradigmati in Commentat. laud. irrepserant, I. D. Michaelis (Gramm. Syriac. p. 111.) et post eum etiam *Iahnius* (Aramaeische oder Chaldaeische und Syrische Sprachlehre p. 131 sq.) nescio quo casu haud emendata reliquit; noli igitur mirari, quod haec in tabula nostra aliter scripta invenis. In paradigmate autem litterae ... *radicales*, reliquae vero *serviles* sunt (cfr. §. 40.).

ANNOTATIONES.

I. *Praeteritum.*

1) In *Praet.* omnium coniugationum punctum diacriticum ex arbitrio uni ex litteris radicalibus subiicitur, ut ܐܡܪ *dixit*, ܡܝܬ *mortuus est*, ܩܒܠ *accepit*, ܐܣܬܦ *erexit*, ܐܫܬܠܡ *perfectus est* et sic in reliquis personis; in prima vero Singularis persona punctum superponitur, ut haec ab secunda distinguatur, ut ܦܓܬ *fregisti*, ܦܓ *fregi*; ܦܪܫܬ *separavisti* et ܦܪܫ *separavi*.

2) 3 Sing. fem. alii aliter notare solent, uno aut duobus punctis litteram ܬ in fine vocis insignientes, ut ܢܦܩܬ *exiit* (fem.), ܐܡܪܬ *dixit* (fem.), alii punctum litterae ܬ subiiciunt alterumque postponunt ut ·ܐܬܩܪܝܬ *convocata est*, ·ܫܡܥܬ *audivit* (fem.), alii duo quidem puncta ponunt, sed unum super littera ܬ, alterum vero etiam litterae praecedenti subiicientes, ut ܣܢܬ *odit* (fem.) ܗܘܬ *fuit* (fem.); alii denique huic personae nullum tribuunt punctum diacriticum, qua re ab aliis formis similibus distinguitur.

3) In 2 Sing. fem. et in Plur. cum singulae formae iam terminatione sua facile cognoscantur, punctum diacriticum haud necessarium et propterea multis in libris omittitur, ab aliis vero librariis 1 et 3 Plur. subiicitur, ut ܗܘ *fuerunt*, ܥܒܕ *fecerunt*, ܐܬܩܪܝ *vocati sunt*, ܚܙܝ *vidimus*, ܫܡܥ *audivimus*.

II. *Infinitivus et Imperativus.*

4) In omnium coniugationum *Infinitivis* punctum diacriticum voci ubivis subiicitur, ut ܠܡܟܬܒ *scribere*, ܠܡܬܩ *stare*, ܠܡܩܛܠܗ *ad interficiendum*. Cum vero hic modus praefixo ܠ et terminatione ܗ facilis sit distinctu et in Peal tantum cum Part. alius coniugationis confundi possit, ab aliquot scriptoribus Infin. prorsus hac nota non afficiuntur.

5) In *Imper.* uni, quaecunque sit, litterarum punctum supponitur, ut ܫܡܥ *audi*, ܩܘܡ *surge*, ܐܬܐ *venite*, ܐܬܟ *conspicuum te reddas*. In verbo vero irreg., ubi Imper. cum aliis modis facile confunditur, etiam punctum illud difficultatem non omnino tollit, praesertim in verbis ܐ et ̈ܗ, ut ܝܕܥ *didicit* et *disce*, ܓܠܘ *detexerunt* et *detegite*, ܐܬܓܠܝ *detectus est* et *detegendum te praebeas*.

III. *Futurum.*

6) In *Fut.* quoque punctum fere ubique supponitur, ut ܢܣܒ *accipiet*, ܢܗܘܐ *erit*, ܬܐܙܠ *abibis*, ܐܡܪ *dices*; 1 Sing. vero excipias, in qua punctum illud superscribitur, ut facilius a 3 Praet. Afel distinguatur, ut ܐܒܕ *perdidit*, ܐܟܬܘܒ *scribam*. 3 Sing. fem. plerumque puncto non insignitur, qua re a 2 masc. distinguitur, in Bibliis vero Polygl. eodem modo ac 2 masc. notatur, ut ܬܐܟܠ *edet* (fem.), ܬܫܡܚ *gaudebit* (fem.).

7) In plur. punctum simili modo ponunt, ut ܫܐܠܘ *supplicabunt*, ܬܩܒܠܘܢ *accipietis*, ܢܩܪܐ *invocabimus*, ܚܙܘ *videbunt*, interdum etiam in 3 pers. superponunt, ut ܝܕܥܝ *scient*.

IV. *Participium.*

8) *Partt. praes.* sive activa in Peal puncto super ı radicali posito, in reliquis autem coniugg. puncto super littera praeformativa ܡ, facile ab aliis flexionibus distinguuntur, ut ܟܬܒ *scribens*, ܒܥܐ *quaerens*, ܡܣܡ *ponens*, ܡܚܘܝ *indicans*, ܡܫܠܡ *perfectus*, ܡܫܡܐ *nominatus*, ܡܦܨ *frangens*. Sic etiam in fem. et Plur. ut ܒܥܝܢܐ *quaerens* (fem.), ܒܥܝܢ et ܒܥܝܢܝܢ *quaerentes*. Aliquoties in Bibl. Polygl. punctum infra litteram ܡ aut duplex ponitur, ut ܡܫܚܐ *liquefactus*, ܡܬܩܦ *ultus*. In Part. *passiv.* coniugg. punctum etiam primae radicali superscribitur, ut ܡܫܡܐ *nominatus*; similiter in Part. Peal; in verbb. "ܐ aut "ܗ aut si ı radic. puncto, ut ; et ;, instructa est, interdum etiam in littera ܓ, punctum diacriticum sequenti litterae tribuitur, ut ܐܫܕ *effundens*, ܕܠܩ *flagrans*, ; *irascens*, ; *timens*, ; *volens*.

9) Part. *pass.* punctum in Sing. et Plur. masc. et fem. supponunt, ut ܫܒܝܚ *laudatus*, ܟܢܝܫܝ *congregati*, ܣܝܡ *positus*.

10) *Nomina substantiva* quoque, quae ad participii formam maxime accedunt (§. 86.), partimque a participio derivantur (*participialia*), punctum haud raro adsciscunt, ut ; *creator*, *factor*; ; *magister*.

B. *Vocales impropriae (Scheva).*

§. 15.

ı) Litteris vocali destitutis Hebraei, Chaldaei et Arabes signum (*Scheva, Dschesm*) subiiciunt; Syri vero, quia iam ex nuda littera vocalem non adesse facile cognoscitur, tale quid nusquam ponunt. *Res* igitur, uti grammatici recte aiunt, Syris necessaria fuit, licet *figura* eam aut *signo* quodam non exprimerent.

Annot. Nonnulli quidem grammatici recentiores [4]) inter absurdos referre volunt, qui de Scheva Syrorum loquantur; sed ii rem ipsam et notam rei haud distinguunt; *rem* habebant Syri, atque etiam quodam modo *notam* (cfr. §. 19. Annot. ı.). Videntur Syri aliquoties etiam signo vacuam litteram notasse, quod rectissime puncto subscripto fieri iam *Crinesius* [5]), licet solus, animadvertit. Exempla huius generis invenis Matth. 28, 4. et Marc. 4, 41. (ed. Widmanst.) in vocibus ; et ; *timor eius*; fortasse tamen in Codd. N. T. Mscr. desiderata.

---

4) *Hezelii* Ausfuehrl. hebr. Sprachlehre p. 136.

5) Gymnas. Syriac. cap. IV.

2) Etiam in Syriacis nonnulli distinguunt *Scheva mobile* et *quiescens*, qua in re Hebraeorum regulas sequuntur [6]). Sonus vero, quo Scheva mobile pronuntiatur, fluctuat inter omnes vocalium tonos, ita ut levis et ambigua huius semivocalis aut quartae vocalis partis pronuntiatio vel maxima subtilitate adhibita peculiari signo firmari non possit [7]). Plerumque sequentibus vocalibus accommodatur, quod omnibus fere linguis commune ex organi natura explicandum videtur; itaque modo ut *a*, modo ut *o*, plerumque vero ut *e* legitur.

Recte igitur *Schultens* [8]) ﭘ, ait, *non abrupte effertur pkad, sed interveniente quadam aëris impulsione sonatur vel păkad*, vel *pĕkad*; ﭙ *paulo plenius adhuc pĕked*, ﭚ *iam nonnihil in pĭkīd inclinat, ut* ﭛ *in pŭkūd divergit. Haec omnia tamen valde libera, nec certis, vel vivente lingua, legibus adstricta; nedum ut nobis quicquam nunc praefinire liceat.* Hinc *Amira, Gabriel Sionita*, alii, nomen ﭜ non *Ezozo*, sed *Ozozo* pronuntiant, similiter ﭝ *arboo* (quatuor) ﭞ *obhodho* (opus) [9]). De difficultate semivocalem illam accurate notandi, *Lud. de Dieu* [10]) *memini*, inquit, *clarissimum Thom. Erpenium ex ore doctissimi cuiusdam Maronitae* (sine dubio Gabrielis Sionitae) *dicere, nullis praeceptis grammaticis ac vix viva voce, doceri posse, quem sonum Scheva habeat apud Syros. Norbergus* quoque Constantinopoli a Maronita *Germano Conti* didicit, vocalem brevem loco Scheva in lingua Syriaca efferendam esse, ut ﭟ *nekatel*, ﭠ *nekum*, neque *nkatel*, *nkum* [11]).

Scheva *compositum* Syri nequaquam agnoscunt, gutturales similiter ac reliquas litteras vocali propria destitutas sine ullo signo scribentes.

III. *De signis orthographicis.*

§. 16.

Cum iis, quibus vocales indicantur, signis arctissime cohaerent reliquae notae orthographicae, quae accuratiorem et distinctiorem reddunt scriptionem atque lectionem. Eae vero eodem fere tempore, quo vocalium signa, inventae,

---

6) Gesenii hebr. Grammat. §. 5.

7) Recte *Wahlius* (Elementarbuch der Arabisch. Sprache und Litteratur. p. 110.) ait: die Huelfslautmodulation der Woerter ueberhaupt, oder auch nur die *beste*, in irgend einer Sprache durch fixirte Regeln bestimmen zu wollen, ist ein Vorsatz, dessen Ausfuehrung tausend Hindernisse entgegen arbeiten.

8) Instit. aram. p. 114.

9) Temporibus Iesu et Apostolorum in lingua Aramaea similem viguisse morem, exempla, quae in N. T. exstant, satis probant, ut ταλιθά ﭡ Marc. 5, 41., Ἀκελδαμά ﭢ Act. 1, 19., Ταβιθά ﭣ Act. 9, 36., σαβαχθανί ﭤ Matth. 27, 46.

10) Praef. ad Apocalyps. Syr. Lugd. Bat. 1627 et Gramm. ling. Orient. harmon. p. 43.

11) Cfr. *I. D. Michaelis* gramm. Syr. p. 33.

partim vero vocalium signis antiquiores. Praeter vicaria vocalium puncta (§. 20.) et illud litterarum ; et ; punctum diacriticum hae sunt notae usitatae:

Ruchoch et *Kuschoi* (§. 18), *Marhetono* et *Mehagjono* (§. 19.), *Lineola occultans* (§. 20.), *Linea diacritica* (§. 21.), *Ribui* (§. 22.) et *Puncta distinctionis* (§. 23.). Antequam vero de singulis notis diligentius agamus, disceptationem de litterarum geminatione, utrum Syri hanc statuerint nec ne, praemittamus necesse est (§. 17.).

Omnium horum signorum usus in Codicibus Mss. non punctatis haud contemnendus est, quin etiam eorum plura vocalium signis omissis erant necessaria; vocalibus autem adscriptis maximam partem superflua sunt.

§. 17.

Geminationis nota (Dagesch forte) Syris defuit.

1) Quamvis Syris nullam geminandarum litterarum notam fuisse haud dubium sit, rem tamen ipsam, litterarum nimirum geminationem, iis omnino ac necessario tribuendam putamus, grammaticis fere omnibus assentientibus; elegantiores tantum et excultiores Syriaci sermonis dialecti ab omni litterarum geminatione prorsus abhorruisse videntur.

Annot. 1. *Assemanius* [1]) „*Orientales* (*Syri*), ait, *litteras geminant, quibus Zekapha* (◌̣) *seu* (*aut* dicere voluit) *Petacha* (◌̤) *adposita est, si praecedant motae vocali A seu I, quas Petacham et Revassam nuncupant. Ita proferunt* ܐܠܗܐ *Allaha,* ܐܬܩܕܫ *Etkaddasch,* ܩܕܫ *kaddischa, ubi occidentales nullibi litteras geminant, sed pronuntiant: Aloho, Etkadas, Kadischo* *)." Insunt omnino huic loco, quae minus distincte ac lucide scripta offendant; unde factum est, ut vario modo ab eruditis sit explicatus. Illa enim verba ita potes interpretari, ut significent: „*quibus in exemplis* occidentales litteram *nunquam neque usquam* geminant." Itaque fieri posset, ut quamvis haec verba simpliciter pronuntiarent, in aliis tamen vocibus geminationem paterentur. Magis vero placet nobis illa, quam *I. D. Michaelis* protulit [2]), explicatio, Occidentales Syrorum ita mollivisse pronuntiationem, ut nullo in verbo litteras geminarent, quia ne in coniug. Ethpaal quidem, quae media littera geminata ab Ethpeel distinguenda erat, (§. 58. 59.) uti exemplo ܐܬܩܛܠ probatur, illam geminationem admittebant; deinde quia quibus in verbis derivationis servandae caussa mediam radicalem bis scribunt, eam *pronuntiando* non geminabant, sed lineam occultantem subiicientes *unam* tantum efferendam esse significabant (§. 27, 3.), ut ܥܡܐ *ame* (populi), non *amme*, ܡܛܠܢܐ *matlin* (tabernacula). — *Amira*

1) Bibl. Orient. T. III. P. II. p. 379. cfr. *Amira* in praelud. in Grammatic. Syriac. p. 3.

*) Cfr. *Isaac. Sciadr.* Gramm p. ◌̄.

2) Gramm. Syr. p. 31.

elegantiorem eruditorum dialectum sequitur et propterea, ubi Syriaca verba litteris latinis exprimit, duplicatione nusquam usus est, ut ܥܒܕܘ (perfecerunt f.) scribit [3]) *scialem* i. e. *schalem* [4]), neque *schallem*; ܐܠܦ (docuit) scribit *alef*, quamvis sit coniug. Paël. Caveas, ne in nonnullis exemplis, ubi unam Syriacam litteram duabus latinis apud Amiram scriptam vides, geminationem adhibitam putes; tres enim litteras, scilicet ܫ, ܠ et ܘ semper *hh*, *tt* et *aa* scribit. Maronitae hodierni, ut *Anton. Aryda*, geminationem litterarum non agnoscunt [5]); sed eorum testimonio non plus probatur quam Graecorum, qui nunc sunt, pronuntiatione in antiquae linguae Graecae pronuntiatione definienda.

Annot. 2. Ex l. l. Bibl. Orient. luculenter apparet, non omnino veram esse *Iahnii* [6]) et *Vateri* sententiam [7]), qui illam litteram, in qua Dagesch forte ex analogia ponendum esset, ne in pronuntiatione quidem geminari contendunt. In elegantiori tantum sermone et apud occidentales Syrorum haec geminatio omittebatur, in vulgari vero sermone et apud orientales Syros locum habebat.

Annot. 3. *I. H. Wepler* [8]) etiam geminationis signum Syros habuisse existimat; quem in finem alium Assemani dictum [9]) affert: *proferendum erat* (sc. nomen *papa*) *cum accentu duplicante litteram, sic Pappas, sicut nomen primitivum componens Abbas a Syriaco* ܐܒܐ, *quemadmodum antiquiores Syri proferre consueverant.* Haec autem Assemani verba nihil probant, nisi litteram *p* in pronuntiatione geminatam esse; nihil vero de signo continent, quo haec pronuntiandi ratio indicetur. Qui vero ex eo, quod Syri rem habeant, signum quoque huius rei eos habuisse colligeret, hac se ipse falleret argumentatione, cum etiam litteras vocali destitutas nullo afficiant signo, quo eas vacuas esse indicent (§. 15, 1.).

Annot. 4. Si *aspirata* est geminanda aut litteram geminandam sequitur, eius pronuntiatio geminationem prodit (§. 18, 2. d., 4 et 5.).

2) Geminatio vero litterarum varias ob caussas adhibetur, itaque variae quoque species eius a grammaticis distinguuntur. In Syriaco sermone vulgari, praecipue apud orientales Syrorum, *non euphoniae* sed *etymologiae servandae* caussa et in formis nonnullis naturae indicandae gratia litterae geminantur. Est igitur geminatio apud Syros aut *compensativa* aut *characteristica*. Utriusque vero naturam et usum docet analogia Hebraicae linguae, unde compensativa in verbis ״ע, ״ס et ״ר praecipue reperitur, ut ܐܦܦܩ *eppuk* pro ܐܢܦܩ *enpuk* (exibo), ܬܕܕ *tedda*

---

3) Gramm. Syr. p. 48.

4) *Schin* litteram *Amira* Italorum more per *sci* Germanorum *sch* respondens reddere solet (§. 7. Annot. 6.).

5) *I. Iahnii elem. ling. Aram.* ed. *Oberleitner.* p. 18.

6) Aramaeische Sprachlehr. p. 14. cfr. *eius Elementa Aramaic. linguae* ed. *Oberleitner.* p. 18. §. 9. II.

7) Handbuch der Hebr. Syr. Chald. Arab. Spr. p. 105.

8) Philologische und kritische Fragmente. 4. Heft. Cassel. 1786. p. 13 et 14.

9) Bibl. Orient. T. I. p. 15.

pro ܝܕܥ *tedha* (cognosces); Chald. אֶפֵק et תִּדַע. In verbis ו״ל media aut sequente littera, ut ܐܠ *ellath* pro ܗܘܐ (ingressa est), Chald. עַלַת, aut praecedente, ut ܐܕܟ *addek* pro ܐܕܟ *adhkek* (comminuit), compensatur. Accidit vero haec litterae excidentis compensatio etiam nominibus nonnullis, ut ܓܦܬܐ *g'phetto* pro ܓܦܬܐ (vitis); ܚܕܬܐ *ch'datto* pro ܚܕܬܐ *nova*. *Characteristicam* vero geminationem deprehendis in coni. Paël et Ethpaal earumque derivatis, ut ܦܩܕ *pakked* (praecepit), ܐܬܒܛܠ *ethbattal* (abolitus est), ܓܢܘܒ *gannobh* (fur). Cfr. Chald. et Hebr., אִתְכַּסַּל, הִתְקַטַּל, פַּקֵּד, גַּנָּב; deinde in aliquot Nominum Plur. et stat. emph., ut ܐܒܐ *abbo* (pater, Ἀββᾶ Rom. 8, 15.) ܐܡܐ *emmo* (mater), ܝܡܐ *jammo* (mare)[10]).

3) Syri cum geminationis signum non habeant, aliquando litteram ab Hebraeis et Chaldaeis dageschatam servandae originis et distinctionis caussa bis scribunt, ut ܐܬܬܚܕ, Chald. אִתְּחַד *comprehensus est*; ܐܬܬܫܝ, Chald. אִתְּשַׁיִם *positus est*; ܥܡܡܐ, Hebr. עַמִּים *gentes*.

Exoticorum etiam verborum litteram geminandam, ubi Hebraei unam tantum litteram dageschatam ponunt, Syrorum nonnulli bis scribunt (sine linea occultante), ut ܐܝܘܢܢܝܣ *Ivannis* (Ioannes), ܦܝܠܝܦܦܘܣ *Philippos*. Videtur tamen mos esse sequioris Syriasmi, cum ea scribendi ratio in versione Philoxeniana occurrat, in antiqua vero versione e. c. ܦܝܠܝܦܘܣ scriptum legamus. Recentiores ab simplici eademque antiqua pronuntiatione ita deflexerunt, ut vel in iis vocibus, quae ne apud Graecos quidem geminata littera scribuntur, litteram geminatam habeant, ut ܣܘܢܘܕܘܣ σύνοδος.

4) *Dagesch forte* Hebraeorum et Chaldaeorum Syri interdum litterae insertione compensant; hac itaque epenthesi ܝ praecipue et ܐ voci iniiciunt, ut ܓܒܪܐ *heros*, Hebr. גִּבֹּר, ܟܫܐ, Hebraic. כַּסֵּא[11]).

In *Chaldaico* quoque sermone Dagesch forte servari potest, aut similiter compensari; hoc tamen intercedit discriminis, quod ܐ insertum consona manet, in Syriaco vero ܐ ex regulis orthoëpicis vocalem praemittit (§. 33, 3. a.) In Zabiorum denique dialecto haec geminationis compensatio usitatissima; itaque a ܒܛܠ *perdidit*, in Paël ܒܛܛܠ, ܛ inserto loco geminatae litterae Beth; ܒܓܝܠ *propter*, Syriace ܒܓܠ[12]).

10) Distributio illa geminationis non propter solam similitudinem cum dialecto Hebraea servanda, sed potius propterea, quod linguae natura et flexionum ratione nititur.

11) Obiecerit aliquis, Olaf insertum nullo modo esse geminationis compensationem, sed eo solam indicari vocalis productionem, cum multi Syrorum scriptores nunc plene, nunc defective eandem syllabam scriberent (§. 12, 2. a.). Quantum vero haec habeant speciei, nos tamen ea non accepimus, propterea quod litteram *Nun* quoque, qua vocalis produci nequit, huic usui adhibitam videmus.

12) Cum elegantior Syrorum dialectus, ut su-

§. 18.

Ruchoch et Kuschoi.

Cfr. *Amirae* gramm. Chald. p. 124—143 et 419—424. *Ludov. de Dieu* grammat. lingg. orientt. harm. p. 25—34. *Barhebraei* gramm. metr. p. 63—67. Cod. Gott.

Syrorum grammatici hanc rem copiose tractarunt; quo vero magis veram pronuntiationem stabilire et conservare student, eo maiori laborant obscuritate, neque in variorum exemplorum distributione utilem atque aptam inierunt rationem. Regulae igitur ipsorum saepius ambiguae, certe multis turbantur exceptionibus, quae cognatarum dialectorum comparatione accuratiores redduntur. *Amira* nominum et verborum asperitatem lenitatemque seorsim tractat quasi diversam, cumque in nominibus praecipue variam aspiratarum pronuntiationem a varietate vocalium, quibus consonae praecedentes afficiantur, pendere opinetur, singulas vocales divisionis fundamento sumit; deinde quod aspiratae, uti ille dicit, aut *motae* (vocali instructae) aut *quiescentes* (vacuae) sunt, ubique huius rei rationem habet. Ex quo discrimine quae profectae sunt regulae, cum verae non respondeant illius pronuntiationis caussae, probabilitatis tantum speciem prae se ferunt multisque in exemplis non valent. In verborum denique asperitate et lenitate demonstranda *Amira* diversa verborum genera variasque coniugationes respexit [1]), cum vero quae ad doctrinam de elementis pertinent in omnibus orationis partibus eadem sint et esse debeant, fieri non poterat, quin fere idem, quod de nominibus monuerat, hîc repeteret. — Ex antiquorum grammaticorum commentationibus de hac re scriptis una adhuc Romae in Cod. Ecchell. 27. servatur, quae *Mar Eliae* (I.) catholico tributa *de litteris lenius vel asperius pronunciandis* agit [2]). — Bene hanc rem tractavit *de Dieu*.

1) Puncta *Ruchoch* et *Kuschoi* litteris aspiratis ضظ, in codicibus manuscriptis plerumque *rubro* colore, ne cum aliis punctis confundantur, in Romanis vero librorum editionibus colore quidem nigro apponuntur, sed figurae parvitate satis distinguuntur. Punctum infra illas litteras aspiratas positum (*Ruchoch*) eas *lenius*, sive *cum aspiratione*, ut *bh* (*v*), *gh*, *dh*, *ch*, *ph* (*f*), *th* efferendas esse, supra easdem litteras positum (*Kuschoi*) eas *durius* et *sine aspiratione*, ut *b*, *g*, *d*, *k*, *p*, *t* legendas esse indicat; uti ܟ݂ܬ݂ܘܒܘܟ *k'thoboch* (liber tuus), et ܟ݂ܬ݂ܘܒܝܟ *k'thobaik* (libri tui); ܨ݂ܒ݂ܪ *s'bhar* (putavit), et ܣ݂ܒ݂ܪ *sabar* (annuntiavit). Ex quo usu puncta illa litteraeque illis affectae nomen traxerunt suum; ܨ݂ܥ݂ enim est *emollitio* et ܩ݂ܫ݂ *induratio*. Litteras vero lenius efferendas ܒ݂ ܓ݂ ܕ݂ *molles*, et asperius pronunciandas ܟ݂ ܦ݂ ܬ݂ *duras* vel *asperas* grammatici vocant. *Lenitas* ipsa litterae alicuius ܪ݂ܟ݂ܐ, *asperitas* ܩ݂ܫ݂ܐ nominatur.

---

pra monitum est, geminationem non admittat, in grammatica nostra eam non amplius respicimus.

1) De singulari eius Verborum et coniugationum distributione ab ea, quae apud nostrates valet, diversissima, cfr. §. 47. 50.

2) Assemani Bibl. Orient. T. III. P. I. p. 308.

Annot. Illa vero puncta non semper litteris apponuntur, quibus debent apponi, nisi qua ambiguitas evitanda est; praesertim in nostris typographiis fere nunquam adhibentur; in libris autem Romae editis et in Codd. Mscr. non sine omni utilitate scribuntur; in Bibl. Polygl. Londinens. vero, praecipue in libris Estherae, Tobiae et Judith obvia quadratis punctis, ut a reliquis distinguantur, sunt expressa, quem morem in hac §. sequimur.

2) Qua in re Syrorum grammatici parum se expedire possunt, quando fiat aspiratio in aspiratis, quando non fiat, id linguae Hebraicae multoque magis Chaldaicae analogia facile explicatur. Etenim cum a nullius vocalis praemissae spiritu afflantur, tum exiliter, sine aspiratione efferendae sunt, quod quidem fit, quoties ipsae in alicuius syllabae initio sunt positae, quam non antecedit proxime alia syllaba vocali terminans. Itaque

a) a vocum initio, si vox, quae praecedit, consona terminatur, ut ܩܳܝܢ ܦܰܢܝ *Kain-pani* (Kain respondit), ܟܽܠܗܽܘܢ ܟܽܘܠܟܽܘܢ ܒܪܝܬܐ *metul-kulhen-berjotho* (propter omnes res creatas), quibus in vocibus ܗ, ܪ et ܟ sine aspiratione pronuntiantur. Similiter in principio capitis, sectionis, etiam singularum enuntiationum, ut ܟܬܳܒܳܐ ܕܝܠܝܕܘܬܗ ܕܝܫܘܥ *k'thobho dhilidhutheh d'jeschu* (liber genealogiae Jesu), Matth. 1, 1.

b) deinde media in voce, cum consona proxime praecedens vocali destituta est, e. c. ܡܰܕܒܚܳܐ *madh-b'cho* (altare), ܡܰܠܟܽܘܬ *mal-kuth* (regnum), ܐܰܒܓܰܪ *abhgor* (Abgarus), ubi ܒ, ܟ et ܓ sine aspiratione efferuntur. Similiter in vocis fine aspirata vacua cum alia littera vacua in una syllaba, ut ܩܛܠܬ *k'talt* (interfecisti), ܐܶܬܟܰܪܟ *ethkark* (circumda), ܒܰܙܬ *bast* (rapuisti); immo etiam post litteram *occultatam* (§., 27.) ܐܰܬ *at*, proprie *ant* (tu).

c) Post diphthongos aspiratae, quia propter diphthongi naturam praecedenti syllabae adiungi nequeunt, duriores fiunt, ut ܠܰܝܬ *lait* (non est), ܒܰܝܬܳܐ *baito* (domus), ܡܰܘܬܳܐ *mauto* (mors), ܥܽܘܢܳܐ (onus), ܬܶܡܠܳܐ (templum), ܟܽܘܟܒܳܐ (stella), ܚܰܘܒܳܐ (debitum), ܛܽܘܒܳܐ (gratia), ܪܽܡܬܳܐ (alta), ܫܠܺܝܚܺܝܬܳܐ (apostolica). Excipias vero ܐܰܝܟ *aich* (sicut); suffix. vero ܟ regulam sequitur, ut ܟܬܳܒܰܝܟ *k'thobhaik* (libri tui), ܟܠܳܦܰܝܟ *ch'lophaik* (pro vobis).

d) Quaeque denique aspirata, quae in Hebraica dialecto geminari debet, etiam in Syriaca durior fit sive aspirationem amittit, ut ܕܰܟ *daki* (purgavit), ܐܰܦܶܩ *apek* (eduxit), ܐܶܓܪܶܣܘܽܣ *egressus* pro ܐܶܓܪܶܣܣܘܽܣ, ܣܳܟܶܠ *sakel* (intellexit). Excultior Syrorum sermo, cum prorsus nullam duplicet litteram (§. 17, 1.), etiam in exemplis huius generis geminationem ignorat a vulgari loquendi ratione agnitam [3]).

---

3) Cfr. *Assemani* Bibl. Orient. T. I. p. 15; cuius verba §. 17, 1. Annot. 3. attulimus.

3) Cum autem has litteras praecedit vocalis aut certe scheva mobile (§. 15, 2.), ita ut quasi uno spiritu a praemissa vocali ad eas accedas, molliter eas efferas. Itaque

a) ab initio vocum, si verbum praecedens vocali finitur, ut ܐܢܐ ܒܪܝܬ *eno-bharjo* (ego creatus), ܠܝ ܦܪܝܩܐ *li-ph'riko* (mihi salvata).

b) si primam vocis litteram vocali carentem aspirata excipit, ut ܫܚܠܐ *ch'bholo* (corruptio), ܫܒܩ *sch'bhak* (reliquit), ܒܬܘܠܐ *b'thulo* (virgo). Post praefixa igitur ܘ ܗ ܒ ܟ ܠ cum scheva mobili efferenda (§. 102. 104.) aspiratae molles fiunt, ut ܕܓܢܘܒܐ *d'ghanobho* (furis), ܘܬܓܪܐ *v'thaghore* (et mercatores); similiter post verborum praeformativa, ut ܢܦܨ *n'phaze* (liberabit).

c) media in voce post omnes vocales et scheva mobile (§. 15, 2.); itaque ܐܪܢܒܐ *arn'bho* (lepus), ܟܘܟܒܐ *kauk'bho* (stella), ܒܟܡܬܐ *chechm'tho* (sapientia); post *a* (ـَـ): ܓܒܪ *gabhro* (vir), ܦܓܪ (corpus), ܪܓܙ (animus); post *e* (ـِـ): ܐܕܢ (auris), ܚܟܡܬܐ (sapientia); post *i* (ـِـ): ܬܠܡܝܕ (discipulus), ܐܒܢ (lapis); post *o* (ـُـ): ܟܬܒܐ *k'thobho* (liber), ܦܥܘܠ (factor), ܣܘܦ (terminus); post *u* (ـُـ): ܫܘܒܚ (laus).

Similiter in fine vocis ܡܠܟ *rex*, ܐܡ *genitrix*, ܒܝܕ *per* (propr. *per manum*), ܐܦ *etiam*, ܥܡ *apud*.

Annot. 1. Si propter *lineam occultantem* (§. 20.) littera non pronuntiatur aut ob lineam *Mehagiono* (§. 19, 2.) brevis assumitur vocalis, aspiratae pronuntiatio, quae litteram occultatam aut brevem illam vocalem excipit, eadem manet. Itaque ܐܬ *at* cum ܬ duro legas, neque *ath*, quamquam ܬ post vocalem sonat; ܕܚܠܬܐ (timor) *decheltho* cum ܬ leni, neque *dechelto* legas. Cum enim Syri originem et etymologiam (§. 7, Annot. 13), minus vero mutationes post obortas in scribendo et pronuntiando respiciant, in illo exemplo quiescens, in hoc vero mobile scheva (§. 15, 2.) aspiratam praecedit, ibi ergo durius, hic vero lenius efferendam. Exceptionem huius canonis exhibet ܒܪܬ (filia), quae vox, quamquam; habet occultatum, tamen *bath*, neque *bat* legitur.

Annot. 2. Post vocalem vero si aspiratam duriter pronuntiatam invenis, hoc huic regulae non contrarium, sed naturam aliquot coniugationum, (4, a.) vel alicuius defectus (4, b.) compensationem vel euphoniam et emphasin (4, c.) in caussa esse putaveris.

4) Syri, in excultiore quidem sermone, litterarum geminationem non admittentes litteram ex analogia linguae Hebraicae geminandam, durius efferunt (§. 17. 1. Annot. 4.); igitur

a) in coni. Paël et Ethpaal eorumque derivatis, ut ܒܨܥ *fregit*, ܐܬܒܨܥ *fractus est*; ܡܒܫܪܢܐ *m'sabrono* (evangelista), ܣܒܪܬܐ (evangelium), a Paël ܒܫܪ (evangelizavit). Huc pertinent ܣܒܪܐ (expectatio), ܬܒܥܬܐ (purgatio), ܣܒܠܬܐ (intelligentia).

b) Littera elisa quamquam non per Dagesch compensatur apud Syros, tamen per Kuschoi indicatur, ut in verbis "ـح, "ـھ et"ـد eorumque derivatis ܢܶܡܟܘܢ *fraudabitis* pro ܢܶܕܟܘܢ; ܢܶܓܘܫܘܢ *jugulabitis* pro ܢܶܕܘܫܘܢ; ܐܶܦܩ *eduxit* pro ܐܶܦܩ; ܡܶܬܒ *metabh* (sedere), ܝܰܕ (nosse), ܢܶܬܒܘܢ *netbhun* (sedebunt), ܬܶܐ *teda* (scias) propter Jud ante ـ et ـ elisum; ܡܶܟ *mekath* (humiliatus est) pro ܡܶܟܟ a ـكـ (ـكـ); ܐܘܼܦܩܳܐ *eductio* a ܐܳܦܩ pro ܡܰܦܩ *educens*; ܪܰܒ *magnus*, ܪܒܳܐ *magna*, ـرـ *latus*, ܥܰܒܺܝ *cumulus* a radice ـعـ. ـبـ.

c) Quae aspiratae propter elegantiam aut emphasin in Hebraicis et Chaldaicis [4]) dagescha-tae sunt, in Syriacis Kuschoi habent, ut ܟܶܟܪ *talentum*, Hebr. כִּכָּר; ܫܰܒܬܳܐ *sabbatum*, Hebr. שַׁבָּת; ܩܰܕܺܝܫ *sanctus*, Chald. קַדִּישָׁא; ܐܰܪܥܳܐ *area*, Chald. אַרְעָא; ـسـ *tectum*, Chald. אַגְּרָא; ܕܰܒܪܳܐ *apis*, Chald. דַּבְּרָא; ـسـ *tunica*, Hebr. כֻּתֹּנֶת; ـاـ *pater*, Chald. אַבָּא; ـاـ *agricola*, Hebr. אִכָּר.

Annot. 1. Quamvis verba, in quibus cognatae dialecti aspiratam geminant, si cum reliquis comparas, minorem tantum efficiant numerum, Kuschoi tamen in iis certe non solum signi lectionem rectiorem stabilientis vices agit, sed etiam ad distinguendas voces formasque multum adiuvat. Multae enim voces litteris vocaliumque signis simillimae mollitie tantum et asperitate unius aut nonnullarum consonantium distinguuntur, ut ـسـ cum ـ duro *cumulus frumenti*, ـسـ vero cum ـ molli *gaudium*; ـسـ cum ـ duro *desertum*, ـسـ vero cum ـ molli *ciconia*; ـسـ *contumelia*, at ـسـ *misericordia*. Simili modo in variis Verborum formis, ut ـسـ *prohibebunt* a verbo ـسـ; ـسـ vero *defraudabunt* a verbo ـسـ; ـسـ *caelabunt* a ـسـ (operuit), ـسـ vero *iugulabunt* a ـسـ Sic etiam coniugationes suffixorum accessu simillimas distingues, u ـسـ (traxit eum) cum ـ molli et ـ duro a Peal ـسـ, ـسـ vero (verberavit eum) cum ـ duro et ـ molli a Pael ـسـ. Usus vero horum signorum et utilitas latius patet. Cum enim quaecunque littera ex analogia dialectorum cognatarum geminanda esset, in Syriaca Scheva habeat mobile (§. 17, 3. e.), littera sequens, si aspirata est, mollis fiat, necesse est (3, c.); ex qua huius litterae pronuntiatione vocis significatio formaeque natura cognoscitur, ut ܡܰܠܦܳܢܳܐ *mal'phono* (doctor), Chaldaic. מַלְפִין docentes; ـسـ *kal'tho* (sponsa), Hebr. כַּלָּה; ـسـ *gan'tho* (hortus), Hebr. גַּנָּה; ـسـ *mel'tho* (verbum), Hebr. מִלָּה; ـسـ *ges'tho* (lana), Hebr. גִּזָּה; ـسـ *el'tho* (caussa), Hebr. עִלָּה; ـسـ *chet'tho* (triticum), Hebr. חִטָּה et multa huius generis; sic ـسـ *nez'bhun* (plantabunt) a ـسـ *plantavit*, ـسـ *nezbun* vero (*volent*) a verbo ـسـ *voluit*.

4) *Gesenii* Lehrgeb. der hebr. Spr. p. 241 et 490.

Annot. 2. Praeter hoc vero discrimen inter nonnulla verba, etiam *elegantiam* quandam sermonisque suavitatem efficit diversa aspiratarum pronuntiatio. Ita quidem Syri ipsi iudicant, penes quos de vernaculae suae euphonia iudicium esse debet. In Graeca quoque cognatisque linguis saepissime litterae aspiratae in eadem voce asperitatem cum tenuitate commutant, ut θρίξ, τριχός, alia; cuius rei caussa in aliquo orationis ornatu est quaerenda. Exempla, quibus falso pronuntiatis deformitatis aliquid, quin etiam obscoenitatis Syri aiunt inesse [5]) haecce habeas: ܢܦܫܐ (animus) et ܓܘܬܐ (gutta) cum ـܫ duro *napscho, tuptho;* ܡܦܩ (largitus est), ܠܟܘܢ (propter vos) cum ـܟ leni *schachen, ch'lophaichun.* — Multi vero ex Syris ipsis, quia res difficilis esset, in grammaticorum regulis observandis parum exacti fuerunt, praesertim in iis vocibus, quae pronuntiationis discrimine, ut invicem distinguerentur, non indigebant, aut quibus pronuntiationis non inerat iniucunditas; atque etiam grammatici in nonnullis vocibus suavitatis caussa regulas ab ipsis propositas deseri iubent [6]).

5) In multis illis vocibus, quas lingua Syriaca ex Graeca aliave lingua recepit, litterae aspiratae eodem modo pronuntiari solent, quo in illa lingua, a qua proficiscuntur. Qua in re nihil refert, utrum consona an vocalis in fine praecedentis vocis aut syllabae posita sit, ut ܟܠܡܝܣ *chlamis* χλαμύς, ܬܐܘܠܘܓܘܣ *theologhos* θεόλογος, ܠܡܦܕܐ *lampidho* λαμπάς, ܦܠܓܡܐ *phlegmo* φλέγμα.

Graecorum K non per ـܩ sed ـܟ, et T plerumque non per ـܛ sed ـܬ redditur, ut ܦܛܪܘܣ *petros* Πέτρος, ܩܘܪܝܠܠܘܣ *kurillos* Κύριλλος; β, γ, δ apud Syros modo fiunt asperae, modo lenes, prouti proniuntiationis suavitas postulat, ut ܓܒܪܓܝܣ *gevargis* Γεώργιος cum utroque ـܓ aspero, at ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ *ghrighurios* Γρηγώριος cum utroque ـܓ molli; ξ Syri ـܟܣ scribunt, ita ut ـܟ fere semper aspera sit, e. c. ܠܟܣܝܣ *leksis* λέξις, ܬܐܟܣ τάξις.

Annot. 1. Loquendi usus et grammaticorum regulae ut sibi semper et ubique constarent, apud Syros quoque fieri non potuit; quae vero hac in re locum habet discrepantia, minimi est momenti. Hoc tantum memorabile nobis videtur, quod eaedem in Chaldaica dialecto exceptiones inveniuntur, ut ܢܟܝܬܐ *navis* cum ـܬ molli post Scheva quiescens (2, b.) Chald. אֲנִיָּא; ܐܦܬܐ *ala*, Chald. אֲגַפָּא. Hinc nonnulli, uti *Schaafius* [7]) et *Iahnius* [8]), cum hoc praecipue litterae ـܦ accidere viderent, hanc litteram puncto Kuschoi insigniri negarunt, ac proinde ut φ Graecorum semper aspiratam esse voluerunt [9]). Qua in re falsi sunt; etenim *Andreas Masius*, qui linguam Syriacam a *Mose Mardeno* didicit, litteram

5) *Amirae* Gramm. Chald. p. 126.
6) *Amirae* Gramm. Chald. p. 126.
7) Opus Aramaeum p. 7.
8) Aramaeische Sprachl. p. 14.
9) Putarunt ergo Syris sonum *p* deesse, uti in lingua *Lithuanica* sonus nostro *f* aut *ph* respondens prorsus non invenitur; ita ut *pilosopai* philosophia et *pranzus* (Gallus) *Francus* ibi pronuntietur.

ﻫ ex Syrorum ore etiam tam duram prodire ut π Graecorum ait [10]), deinde et *Amira* et *Assemanius* hanc litteram saepissime cum Kuschoi scribunt.

Possent quidem ad *Ambrosium* provocare, quippe qui Eliam sacerdotem Syrum *p* vix potuisse pronuntiare distincte referens iis favere videtur [11]); quae res tantum abest, ut defectu litterae *p* apud Syros evenerit, ut singulari organi indole illius hominis sit explicanda. Ne vero temere *Hassii Iahniique* sententiam reiecisse videamur, *Barhebraei* hac de re praecepta in grammat. minori (Cod. Gotting. p. 64—65.) proposita allegamus.

. ﻟﻪ ﻣﻨﻰ ﻛﻮﻛﻼ ﻟﻪ؟	. ﻟﻪ ﻣﻨﻰ ﻛﻮﻛﻼ ﻟﻪ؟
. ﻟﻪ ﻣﻨﻰ ﻛﻔﻔﻼ ﻟﻪ؟	. ﻟﻪ ﻣﻨﻰ ﻛﻔﻔﻼ ﻟﻪ؟
. ﻛﻠﻴﻼ ﻟﻪ ﻛﻠﻴﻼ	. ﻛﻠﻴﻼ ﻟﻪ ﻛﻠﻴﻼ
. ﻛﻠﻴﻼ ﻛﻠﻴﻼ	. ﻛﻠﻴﻼ ﻛﻠﻴﻼ
. ﻛﻠﻴﻼ ﻛﻠﻴﻼ	. ﻛﻠﻴﻼ ﻛﻠﻴﻼ
. ﻛﻠﻴﻼ ﻛﻠﻴﻼ	. ﻛﻠﻴﻼ ﻛﻠﻴﻼ
. ﻛﻠﻴﻼ ﻛﻠﻴﻼ	. ﻛﻠﻴﻼ ﻛﻠﻴﻼ
. ﻛﻠﻴﻼ ﻛﻠﻴﻼ	. ﻛﻠﻴﻼ ﻛﻠﻴﻼ
. ﻛﻠﻴﻼ ﻛﻠﻴﻼ	. ﻛﻠﻴﻼ ﻛﻠﻴﻼ

i. e. *Est autem* π *graecum nunquam molle; similiter Cof molle* (i. e. χ) *minime asperum; ubi igitur ponuntur, regulariter non flectuntur; ut pirmo* (πυρεῖον) *et supo* (ὕσσωπος) *et lampis* (λαμπάς) *et chalani* (χαλάννη), *etiam chalamis* (χλαμύς). *Phe autem in media voce, si vacuum est, aspiratur, ut afschotho et nafscho, et naftoli, iaft et rafscho; cum vocali vero phe in media voce coniunctum durius effertur ut phe in mapulto et dapo, et mapuchitho ac tapo.* cet.

Vides igitur, *Barhebraeum* duplicem litterae ﻫ pronuntiationem agnovisse; qua in re neque *Abraham Ecchellensis* [12]), aliive dissentiunt. Haec denique litterae ﻫ pronuntiatio sola in caussa est, quod in Hierosolymitano, quam nominarunt (§. 2, 4. Annot. 4.), dialecto duo huius litterae signa inveniuntur (§. 7. Annot. 7.).

Annot. 2. Hassius [13]) has litteras diverso modo pronuntiari concedit, sed omnibus

---

10) Grammat. ling. Syriac. p. 8. in Bibl. Polygl. Antwerp. Tom. VI.

11) Introduct. in chald. ling. fol. 78. a. et b.: *cum Elias sacerdos ad Lateranense Concilium Romam a Petro, Patriarcha Antiochiae, missus fuisset et mihi postmodum in litteris latinis erudiendus in canonica nostra pacis Romae per biennium pontificis iussu traditus, vix unquam ac non sine gravi molestia ac difficultate p proferre poterat. His tunc quotidianis meis calcaribus stimulatus — — — balbi alicuius hominis instar — — nescio quid in illius verbi* (Papa) *prolatione secum prius immurmurare videtur ac demum in ipso pressu oris quodam cum impetu ex ore impulsum emittit, nonnihil immoratus p ipso saepius interrupto et (si dicere fas est) pipizato P p a p p a m tandem c u m g e m i n a t i s p enuntiabat.*

12) Ling. Syriac. perbrevis instit. p. ﻫ — ﻫ.

13) Pract. Handb. der aram. Sprach. p. 14 et 15.

Syrorum grammaticis ac libris et manuscriptis et impressis repugnantibus hanc variam lectionem nullo puncto indicatam lectoris ingenio omnino esse relictam; Ruchoch et Kuschoi non pronuntiationis notas sed puncta diacritica, quorum tamen vim non explicat, apud Syros esse falso contendit.

Annot. 3. Kuschoi igitur Dagesch leni Hebraeorum respondere, Ruchoch vero Raphe simillimum esse luculenter apparet. Geminandi vim nonnulli Kuschoi tribuunt, qua in re errant, cum hoc signum quamque quidem litteram aspiratam dagessandae Hebraeorum respondentem durius et sine aspiratione esse pronuntiandam indicet, de geminatione vero ipsa nihil praecipiat.

§. 19.

Marhetono et Mehagjono.

1) *Marhetono* linea superna est litteram schevandam ante aliam schevatam indicans ut ܡܠܟܬܐ *malk'tho* (regina), ܐܣܬܐ *esk'tho* (annulus), ܐܬܩܒܪ *ethk'bhar* (sepultus est). Nomen ipsum huius lineae ܡܪܗܛܢܐ *currere faciens* a verbo ܪܗܛ (currere) derivatum aptissimum est; litteram enim, cui hoc signum imponitur, cursu quodam et velociter legendam esse docet. Est igitur nota Hebraeorum *Scheva* omnino respondens, ab eoque ita tantum differt, quod Scheva, quoties littera quaedam vocali caret, Marhetono autem in certis tantum exemplis usurpatur.

2) *Mehagjono* linea inferna est litteram vocali destitutam cum vocali, plerumque *e*, rarius *a* efferendam esse docens, ut ܕܚܠܬܐ *decheltho* (timor), ܡܕܡܢܚܐ *madhencho* (oriens), ܢܒܢܝ *nebhanjon* (aedificabunt f.). Cuius lineae nomen a ܐܓܐ Arab. ﻫﺠﺎ *caesura litterarum in efferendis vocibus usus est, coagmentavit, connexuit* (litteras) *in syllabas*, derivandum est; significat igitur *coniungens* (litteras) *in syllabas* et recte quidem. Coniunguntur enim litterae, quae ad alias syllabas pertinebant, in unam, novam et peculiarem syllabam [1]).

Annot. 1. Utrumque signum, nobis plane superfluum, et propterea in libris raro usurpatum, ad mensuram poëmatum firmandam inventum esse videtur, deinde vero ex poësi etiam in solutam orationem manasse. Syri enim, cum multo ante quam, quae nobis nunc sunt, vocalium signa reperissent, versus componerent et conciones sacras metricas haberent, quales plures Ephraemus reliquit, tali signo addito in dubiis vocibus indicarent, quomodo ex metri necessitate pronuntiari eas vellent, necesse erat, ut in metro heptasyllabo ab Ephraemo scriptum legimus:

---

1) *Amira* (Gramm. Syr. p. 40) vocem *Mehagjono* interpretatur *meditari faciens*, qua in re usitatiorem in Syriaca lingua huius verbi ܐ̈ ficatum secutus est; nos hanc explicationem propterea non admittendam putamus, quia huius lineae usum prorsus non indicat, itemque non apta videtur.

ܛܒܥ ܠܡܢ ܕܠܐ ܚܙܐ ܒܟܝܬܐ

vtúbh lman-d lo-ch só chechemtho.

(bene cum eo agitur, qui sapientiam non vidit);

et

ܛܒܐ ܒܟܝܬܐ ܡܢ ܙܝܢܐ

toboí chechmtho men sáino.

(melior est sapientia armis).

Eadem vox ܒܟܝܬܐ in priori versu tres efficit syllabas, in altero autem, ne una syllaba redundet, duabus efferenda est.

Annot. 2. Cum autem duarum litterarum omni vocali plane destitūtarum pronuntiatio molesta sit ac difficilis, etiam scriptores prosaici, inprimis ex orientali Syriae parte oriundi [2]), tunc utuntur linea Mehagjono, qua illi incommodo medeantur. Aliquot tamen grammatici hanc lineam in iis tantum vocibus litterae vocali destitutae tribuunt, in quibus hanc litteram una ex litteris liquidis ܠ ܡ ܢ ܪ aut ܘ sequitur, ut ܡܫܚܠܬܐ *meschamĕljo* (perfectus), ܡܗܝܡܢܐ *m'hajĕmno* (fidelis), ܡܓܢܐ *maghĕnjo* (lectus), ܡܒܕܐ *mabedo* (remotus); alii his litteris etiam ܐ, ut ܡܢܗܪܐ *manĕhro* (illuminatus), alii et ܫ, alii denique ܬ in uno tantum exemplo ܕܒܚܬܐ *debhächtho* (sacrificium), alii autem litteras quiescibiles ܝ, ܘ, ܐ addunt, ut ܡܛܝܒܢ *matebhon* (benefaciunt), ܐܬܝܕܥ *ethidha* (cognitus est), quae tamen exempla melius ܡܛܒܢ et ܐܬܝܕܥ scribuntur, ita ut quiescibiles e natura sua (§. 31.) in vocali praemissa quiescere possint. In soluta certe oratione tale signum haud necessarium esse apparet; in vulgari enim sermone plerumque, quoties plures consonae in unam syllabam coniungendae sunt, aliqua auditur vocalis brevissima, licet nulla sit adscripta (§. 15, 2). Hoc etiam in caussa est, quod sonus huius vocalis linea Mehagjono indicatae non semper idem est, uti exempla allata monstrant.

Annot. 3. Metri caussa Syrorum poetae aliquando etiam tum linea Mehagjono utuntur, quando duae litterae vocali destitutae non in eadem voce concurrunt, sed prior earum in praecedentis vocis fine, posterior vero in principio sequentis verbi posita est. Sic apud Ephraemum legimus

ܦܩܕܢܗ ܕܡܪܝ ܚܕܐ ܗܘ

pukdónehe-d morjó-gh' bheu

(praeceptum domini electum est),

ubi ܐ in fine vocis ܦܩܕܢܗ cum ܗ vocis ܚܕܐ ܗܘ novam efficit syllabam.

§. 20.

Lineola occultans.

1) *Lineola* seu *virgula occultans* est linea transversa infra litteram posita,

2) *Amirae* Gramm. Syr. p. 41.

quae indicat, litteram tali signo affectam non pronuntiandam, ut ܐܢܐ *no* (ego), ܡܨܝܕܐ *medito* (urbs), ܒܬ *bath* (filia) [1]). Eas autem litteras, quae quamquam scribendo exprimuntur, in pronuntiatione prorsus negliguntur, *occultari* grammatici dicunt, si in huius rei indicium a librariis accuratius scribentibus linea illa occultans additur. Quarum numero quae accenseantur litterae et quibus in vocibus hac proprietate utantur, infra illustrabitur (§. 27.). Ab his litteris, quae *occultationem* subeunt, litteras, quae quiescunt et illas, quae *otiantur*, distinguas necesse est; *quies* enim et *otium* ad tres tantum litteras ـ o ܝ pertinet (§. 31), *occultatio* autem praeter ܝ et ـ etiam multis aliis convenit.

De notione *quietis* et *otii* cfr. §. 31.

2) In exoticis quidem vocibus, quarum littera aliqua geminanda, nonnulli hanc etiam Syriace bis scribunt (§. 17, 3), sed fortasse una littera etiam in illis exemplis linea occultante notanda aut certe in pronuntiatione prorsus omittenda est, praecipue cum in aliis libris easdem voces cum simplici tantum littera scriptas inveniamus, ut ܦܝܠܝܦܘܣ pro ܦܝܠܦܘܣ *Φίλιππος*. Unde ܝ prostheticum quoque vocali destitutum in vocibus Graecis, quas Syri receperunt, in pronuntiatione occultatur, etsi linea occultans non subiicitur (§. 27, 2. a.).

Cum grammatici omnes voces, in quibus littera aliqua occultatur, diligenter collegerint, in editionibus plurimis et in codicibus manuscriptis linea illa omittitur, tamquam linguae perito non valde necessaria.

Cum aliis, quae litteris apponuntur, lineis ut Mehagjono (§. 19) haec non facile confunditur, cum utriusque lineae vis prorsus sit diversa et linea occultans in certis tantum vocibus (§. 27) adhibeatur.

Annot. Multi grammatici, inter quos etiam *Amira* et *uterque Michaelis*, lineam occultantem ad alios quoque fines usurpatam esse aiunt; iam vero ex illius nomine, solam occultandi vim ei esse, apparere videtur. Quod ei praeter illam proprium fuisse contendunt, id alii ab hac linea diversae tribuimus, quam *lineam diacriticam* nominamus (§. 21).

§. 21.

Linea diacritica.

1) Praeter lineas iam commemoratas et illas, quae litteris numerum indicantibus (§. 8, 1. 2.) apponuntur, Syri alias quoque habent. Quibus cum fere eadem esset figura, ac lineae occultanti aut Marhetono et Mehagjono lineis

---

1) Nonnulli hanc notam nominarunt *lineam otii*, quod nobis minus placet, quia inter litteras, quae occultantur (§. 27.), et eas, quae otiantur (§. 32), discrimen intercedit.

(§. 19. 20.), multi grammatici has cum illis coniungunt (§. 20, 2. Annot.), nos vero separandas putamus, quod alia linea aliud indicat.

2) Linea superna eademque transversa tanquam *compendium scriptionis* usurpatur, ut ܒ̄ pro ܒܘܫܬܐ *gloria*, ܐܝܬ̄ pro ܐܝܬܝܗܘܢ *est*, ܩ̄ pro ܩܕܝܫܐ *sancti*, *episcopi*, ܛ̄ pro ܛܝܒܘܬܐ *gratia*; ܗ̄ pro ܗܘ̈ *est*, *significat*; ܕ̄ pro ܕܡܬܦܫܩ *Sing.* et ܗ̄ pro ܗܠܝܢ *Plural.* Quae quidem compendiaria scribendi ratio in ecclesiasticis scriptoribus frequentior est; linea etiam litteris numeros significantibus imponitur (§. 8, 1.), ut ܐ̄ ܫ̄ ܠ̄ ܚ̄ (anno 1735).

3) Eadem linea ad distinguendam particulam *exclamandi* ܐ (o!) a particula *disiunctiva* ܐ (aut) utuntur; illa enim vocalium signis non adiectis ̄ܐ, haec vero ܐ scribitur.

4) Linea diacritica sub ܫ ante ܗ duriorem eam litteram mollius et cum eadem lenitate atque Olaf efferendam (§. 7. Annot. 6.) indicat, eamque easdem quoque subire mutationes, quas Olaf subire constat (§. 31, 2. §. 32, 1. a.), ut ܚ̣ܕ *ehad* (recordatus est), ܚ̣ܪ *ahir* (lascivus). Fere omnes grammatici hoc mollioris pronuntiationis signum in nonnullis et manuscriptis codicibus et libris impressis obvium pro linea occultante falso habuerunt. (§. 20, 2. Annot.)

5) Haec denique linea mediae radicali litterae subiecta verborum Imp. pass. ab Inf. et Praet. discernit; quod tum praecipue necessarium erat, cum vocalium notae, quibus nunc utimur, nondum essent inventae; ut ܐ̣ܬܩܛܠ *ethkatl* (interficiaris), ܐ̣ܬܐܡܢ *ethamn* (perseverate), ܐ̣ܬܬܡܟ (stabiliaris), ܐ̣ܬܦܫܚ (transformamini).

Omnes fere grammatici, ut *Schaafius* [1]), *Hassius* [2]), alii, hanc lineam Imperativi non diacriticam, sed lineam occultantem esse aiunt, quae in illis exemplis litteram sine vocali efferendam esse significet. Qua tamen in re falsi esse videntur, cum libri nonnulli, inprimis vero N. T., hos Imp. cum vocali scribant, ut ܐ̣ܬܦܫܚ Rom. 12, 2. (ed. Guth.); ܐ̣ܬܬܡܟ (stabilimini) 2 Thess. 2, 15; ܐ̣ܪܚܡ (miserere) Matth. 9, 27; ܐ̣ܬܬܡܟ (confortamini) Eph. 6, 10; quin etiam in nonnullis exemplis, si quatuor litteris unam tantum vocalem tribuere velles, difficillima esset pronuntiatio. *Germanus Conti* quoque, quo Syro *Norbergus* in Syriacis diligentius perscrutandis usus est, hanc doctrinam Syros nunquam esse amplexos, recte monuit [3]).

§. 22.

R i b u i.

1) *Ribui* nominamus gemina puncta supra vocem horizontalia, quae Plur.

1) Praef. ad edit. N. T. Syriaci.
2) Pract. Handb. der aram. Spr. p. 17.
3) *Norbergi* Commentat. de Sabaeorum relig. et lingua. p. 18.

numerum a Sing. distinguunt, ut ܡܠܟ̈ܐ et ܡܠܟ̈ܝܢ *reges.* Si tali voci ; inest, punctum huius litterae cum uno ex duobus huius signi punctis coalescit, ne nimiis punctis exoriatur obscuritas, ut ܪ̈ܓ̈ܠ̈ܐ *pedes*, ܩ̈ܒ̈ܪ̈ܐ *sepulcra* pro ܩ̈ܒ̈ܪ̈ܐ. Huic litterae ; inprimis adhaeret Ribui. Contrahitur etiam cum Pethocho punctis expressum (§. 11, 2.), ut ܡ̈ܐ̈ܣ̈ܝ̈ܗ̈ܝ̈ *fundamenta eius* pro ܡ̈ܐ̈ܣ̈ܝ̈ܗ̈ܝ̈, ܩ̈ܛ̈ܝ̈ܐ *locustae.*

Praeter illud nomen ܐ̈ܠ̈ܦ̈ his duobus punctis *Ioannes* quidam Syrus [1]) hoc tribuit: ܣ̈ܡ̈ܟ̈ܐ i. e. *positiones*, quia numero plurali apponantur, quo modo etiam vocalium signa a nonnullis appellantur (§. 11, 1.); alius grammaticus propter similitudinem punctorum cum guttis aquae, ea ܡ̈ܛ̈ܦ̈ܐ i. e. *guttas*, plurimi vero ܢ̈ܩ̈ܛ̈ܐ i. e. *puncta* nominant.

2) In nominum stat. emph. (§. 92.), ac saepe in verbis, sine vocalibus scriptis, Sing. a Plur. distingui nequibat, ut ܐ̈ܬ̈ܝ̈ *attulit* m. et *attulerunt* f., ܫ̈ܡ̈ܫ̈ *minister* et *ministri*, quam ambiguitatem ut tollerent, hoc signum Plur. invenerunt, ut ܐ̈ܬ̈ܟ̈ܣ̈ *tectus est*, ܐ̈ܬ̈ܟ̈ܣ̈ *tectae sunt*, ܣ̈ܦ̈ܪ̈ *liber*, ܣ̈ܦ̈ܪ̈ *libri.* Ubi vero ex litteris ipsis aut terminatione Plur. agnoscitur, hoc signum ne in libris quidem vocales non habentibus necessarium est, neque tunc adpingitur [2]), ut ܗ̈ܢ̈ *illi*, ܒ̈ܛ̈ܚ̈ܝ̈ *confidentes*, ܙ̈ܕ̈ܝ̈ *iusti*, ܡ̈ܠ̈ܟ̈ܝ̈ *reges.* Ante suffixa autem, quamquam numerus ibi bene distingui potest, multi sed non omnes Plur. Ribui superponunt, ut ܦ̈ܩ̈ܕ̈ܘ̈ܗ̈ܝ̈ *iussa eius.* Nomina quoque collective posita, quae vocalibus deficientibus facillime pro Sing. habuerit aliquis, his punctis notantur et distinguuntur, ut ܥ̈ܢ̈ܐ *ovis*, ܥ̈ܕ̈ܐ *grex ovium*, ܬ̈ܘ̈ܪ̈ *bos*, ܬ̈ܘ̈ܪ̈ *grex boum.*

Annot. 1. De *nominibus numeralibus*, quae ipsa significatione ad pluralem numerum pertinent, non una est grammaticorum et librariorum opinio. Alii enim, inter quos *Amira* [3]), iis Ribui plane supervacaneum non addunt, ut ܬ̈ܠ̈ܬ̈ܐ et ܬ̈ܠ̈ܬ̈ *tres*, ea tamen excipientes, quorum penultima ; est cum vocali *e* affectum; alii in solis femininis haec puncta scribunt, ut ܬ̈ܠ̈ܬ̈ܐ *tres m.*, ܬ̈ܪ̈ܬ̈ܝ̈ *duae;* alii denique ea omnibus numeralibus apponunt, quem morem Bibl. Polygl. Lond. sequuntur. Quoties vero numeralia cum suffixis coniunguntur, a plurimis iisdemque optimis scriptoribus, ut Amira ipse fatetur [4]), hoc signo induuntur, ut ܬ̈ܪ̈ܬ̈ܝ̈ *nos duo*, ܬ̈ܠ̈ܬ̈ܐ̈ܟ̈ܘ̈ܢ̈ *vos tres*, ܬ̈ܪ̈ܬ̈ܝ̈ܟ̈ܘ̈ܢ̈ *vos duae.*

---

1) Apud Amiram in gramm. chald. p. 48.

2) *Ludov. de Dieu* (Gramm. ling. orient. harmon. pag. 111 et 135.) quem *Dilherr* (Rudiment. p. 176.) sequitur, tum puncta illa omitti ait in Part. m., quando verbi substantivi vim in se habeat; sed hoc non ubique valere, iam *Opitius* (Syriasm. p. 18 sq.) recte monuit.

3) Gramm. Chald. p. 50.

4) Gramm. Chald. p. 50.

Annot. 2. Particulae multae, quae pluralia recipiunt suffixa, his quoque punctis utuntur, ut ܒܝܬ ܠܘܬ *circa te*, ܠܝ ܠܘܬ *sine me*. Excipiuntur vero ܠܬܚܬ *infra*, ܩܕܡ *ante*, ܛܒ ܠ *bene agitur cum* (proprie *salus* sc. *sit*) et a nonnullis etiam ܒܠܚܘܕ *tantum*, *solum*. His punctis Syri ita sunt adsueti, ut ea etiam in libris ponant iis, quibus vocalium signa adiecta sunt, et vix unquam omittant.

§. 23.

Signa distinctionis.

Cfr. *Amirae* Grammat. Chald. Lib. VII. p. 475—480.

1) Magna in signis distinctionis apud Syros varietas; in Romanis tamen editionibus magis quam in nostris observantur. Primaria seu ut dicunt *radicalia* (ܩܘܕܡܝܐ) distinctionis signa haec quatuor afferunt, ex quibus alii deinde plura fecerunt:

a) duo puncta paria alterum super altero (:), unde ܫܘܝܐ *aequalia* vel ܙܘܓܐ *paria* appellantur; hoc signum nostro commati et semicolo simillimum et in protasis membris seiungendis maxime adhibetur.

b) duo puncta oblique a sinistra dextram versus posita, ita ut dextrum sit infra lineam (:), quo fit ut hoc signum ܬܚܬܝܐ *inferius* nuncupetur. Habet fere eandem vim, quam nostrum colon; interdum etiam interrogationem significat, ut Joh. 19, 15. alibi.

c) duo puncta in sinistram inclinata, ita ut dextrum punctum paulo supra lineam emineat (.׃), unde haec nota ܥܠܝܐ *superior* nominatur. Potestate fere idem est, quod nostrum comma et semicolon et in apodosi praecipue ponitur; interdum etiam longiorem indicat interrogationem, ut Matth. 12, 10.

d) Punctum solitarium (.) periodum finit, unde ܣܘܟܠܐ *sector* vocatur. Cum vero Syri, uti ceteri Semitae, longioribus minus adsueti sint periodis, saepius parte tantum periodi cuiusdam finita, hac nota utuntur.

Annot. Illas tamen regulas tantum abest, ut omnes scriptores observaverint, ut vel apud optimos eorum multum de hac re dissidii sit. Multi enim punctum unicum, quod maiorem distinctionem facit, pro mimina distinctionis nota habent, ut fere nostro commati sit aequale [1]); apud alios unum et solitarium punctum omnibus fere distinctionibus inservit. Pro maximo distinctionis signo in fine periodi nonnulli [2]) quatuor puncta (⁘) aut (⁖) poni volunt. Ad interrogationem indicandam etiam tribus punctis ad dextram versis utuntur, pariter atque ante orationem longiorem, quam in praecedentibus iam annuerunt, ut Matth. 19, 28.; alii iisdem punctis periodum in duas partes dispertiunt. 1 Petr. 4, 1.

---

1) Ita in Widmanstadiana N. T. Syriaci editione et in Bibl. Polyglott. Londinensibus.

2) E. c. Erpeniana Psalmorum editio.

Ubi vero alterius verba referuntur in Novi Test. manuscriptis et in nonnullis editionibus, ut in editione Whitiana, textui signum « inseritur [3]).

2) Alia quoque signa *Amira* affert ad varios animi motus in sermone indicandos. Emphasin igitur si alicui voci tribuere volebant Syri in interrogando, exclamando, demonstrando et imperando, primae aut primis vocum illarum litteris punctum imponebant varia significatione varioque nomine. Etenim

Punctum illud a) nominatur صمامكنا *interrogans* in interrogatione, ut أيدا *ubi?*

b) صمحا *vocans*, *ut* كمل ܐܬ *venite ad me!*

c) صمكنا *admirans*, pro quo et interdum duo puncta oblique ponuntur, ut أيدخا et أيدا *quomodo!*

d) صمكهنا *laudans*, ايمنا ايمنا أسرفنا *uti catulus leonis Iuda.*

c) صمحا *beatitudinem dans*, a praecedente in eo tantum differt, ut in prima sermonis voce ponatur, ut ايمنا كبرحا *beatus est vir.*

f) صمسمنا *ostensivum*, ut ايا *ecce, hîc;* ايا *hic est.*

g) صمحا *imperans*, ut ا *abi,* ل *sede.*

Annot. Interdum in manuscriptis, praecipue N. T. versionum, punctis rubris, quae صمكنا vocantur, singuli versus distinguuntur [4]).

4) Neque *Zabiis* desunt signa, quibus orationis partes distinguant [5]). Iam vero *Th. Chr. Tychsen* [6]) et *Koppius* [7]) optime haec neque tamen eadem animadverterunt, propterea quod ille *Thevenoti* specimen (§. 6, 12. Annot. 2.), hic vero transscriptum Codd. Oxonienss. *Paulinum* [8]) poterat consulere.

Voces singulae plerumque spatio inter eas relicto distinguuntur, breviores tamen voculae, praecipue praepositiones cum suffixis saepius verbo praecedenti annectuntur. In fine seriei interdum voces dispertiuntur, ita tamen, ut in sequenti serie vox tota repetatur; quam rem ut evitent, Zabii quoque Hebraeorum more litteras dilatabiles adhibere solent. *Koppius* opinatus est [9]) hunc in finem eos litteris etiam omnino superfluis uti; adhibent sane saepius ad hanc rem unam aut plures litteras vocis sequentis, praecipue vero amant ו et נ.

---

3) Cfr. etiam Adler. vers. Syriac. p. 64.

4) *Adleri bibl. krit. Reise nach Rom* p. 66 et 67.

5) *Lorsbachii* dictum (*Staeudlini Beytraege* cet. T. V. p. 3.): „*Der Text hat im Original keine Interpunctionszeichen und Absaetze*“ non de omni Zabiorum scriptura valere, iam *Koppius* (Bilder und Schriften T. II. §. 318.) rectissime monuit.

6) *Staeudlini Beytraege* cet. T. III. p. 64.

7) L. l.

8) De hoc transscripto quod Koppio *Paulus* suppeditavit cfr. *Staeudlini Beytraege* cet. T. V. p. 3—5.

9) Bilder und Schriften T. II. §. 319.

Signa, quae Zabii in sermone distinguendo agnoscunt, *duplicis* sunt generis: nempe *ab initio* aut *in fine posita*. Est enim Zabiis solenne, sectionem longiorem ingredi signo ◎, quod figura quidem cum maiori distinctionis nota apud Persas antiquos et Arabes usitata ۞, vi vero et potestate sua cum signo in Tibetana et Sumatrensi scriptura obvio optime convenit [10]). Exempla eius Cod. noster fere in quaque pagina exhibet. Ad sectiones maiores distinguendas vox סחא in fine scribitur, saepe vero (in Cod. nostro semper), in סא contracta, ita ut non raro א et ס longa linea coniungantur. Alias quoque huius vocis formas, scilicet סחחא, סוחוא, immo etiam זסחחא *Koppius* in Paulino transscripto (Cod. Huntingt. LXXXI.) p. 135. 75 et 20 animadvertit [11]). *Koppius* Codicis min. Oxoniens. paginam 149 finiri etiam 15 ח sibi annexis refert, quem morem in Cod. nostro non invenimus. Quae vero idem Koppius se non invenisse refert signa ✚ et ⩵, a *Th. Chr. Tychseno* pro distinctionis notis habita [12]), eorum posterius in Cod. nostro saepius obvium. Est autem, quantum ex hoc Cod. licet coniicere [13]) eum tantum in finem usurpatum, ut seriem conficeret, unde fit, ut ubique seriem finiat neque media in serie inveniatur. Hanc vero rem probant etiam loca plura Cod. nostri, in quibus distinctionis signum collocari non potuisset; v. c. fol. 15. b. lin. 18 et 19. חיקאן ⩵ ולא מן אריא מרירא *neque leonum ferocium aliquis nos turbat.*

Annot. Cum magna librorum Syriacorum copia bibliorum versiones et commentarios complectatur, multa alia apud huius rei scriptores inveniuntur signa, partim alias nota, ut *Obelus* (⨳) et *Asteriscus* (⁜), *Lemniscus* (⸗) et Hypolemniscus (⸒), partim vero Syris propria, quorum praecipua *Norbergus* [14]) attulit.

Caput Secundum.

Proprietates atque mutationes litterarum; syllabae atque tonus.

§. 24.

1) Ut omnes diversasque mutationes, quas variarum orationis partium for-

10) Eidem signo symbolici aliquid inesse, sagaciter quidem, sed minus vere, ut videtur, *Koppius* (l. l. §. 318.) coniecit.

11) Postrema vero forma, cui ר praemittitur, *Koppio* (l. l.) iam suspecta fuit; neque improbabile est, linea perpendiculari, quam Koppius pro ר sumsit, nihil significari. *Lorsbachius*, cui *Th. Chr. Tychsen* assentitur, vocem סחא seu סחחא Syriaco ܣܗܕܐ *capitulum*, *sectio libri*, interdum et ܣܗܕܬܐ scripto (*Adleri* verss. syriacae N. T. p. 53.) explicuit (*Staeudlini Beytraege* cet. T. V. p. 44. et 249.). Nobis quidem rectius explicari videtur Syriaco ܣܘܡ *finis*, *terminus*; quam in sententiam etiam *Norbergus* abiisse videtur, qui ubique *finis* interpretatus est.

12) *Staeudlini Beytraege* cet. T. III. p. 64.

13) Reliqua enim a *Lorsbachio* transscripta, cum Zabiorum litteras et signa cum Syriacis commutarint, in hac re definienda minoris sunt utilitatis.

14) Codex Syriaco-Hexapl. Ambrosiano-Mediolanensis ed. et lat. versus. Lond. Goth. 1787. in praef.

mas subire *etymologia* docebit, accuratius et rectius cognoscas, iam in universum leges respiciendae sunt, quas mutationes illae sequuntur. Fundamentum enim illarum in nonnullarum litterarum et classium litterarum proprietatibus, earumque relatione mutua, minus vero apud Syros in certis consuetudinibus syllabas tonumque spectantibus ponendum.

2) In sequentibus §. §. *consonarum* mutationes ab iis, quae *vocalibus* accidunt, separavi; multa vero de iis dicta, praecipue *quiescentium* leges, simul vocalium mutationes attingunt, cum quiescibiles, pariter atque in lingua Hebraica quasi medium teneant inter consonas et vocales.

I. *Consonantium mutationes.*

§. 25.

Consonantium permutatio.

1) Inter usitatissimas, quae litteris radicalibus ipsis (§. 40.) accidunt mutationes, *permutatio* et *transpositio* referendae sunt.

2) Consonas sono similes in omnibus linguis saepe *permutari* vocesque eodem aut simili significatu utentes et leniori et duriori littera scribi ac pronuntiari inter omnes constat; in Syriaco igitur quoque sermone idem locum haberi non est mirum. Haec vero litterarum permutatio in definiendis praecipue vocum significationibus, minus in vocibus flectendis versatur, neque semper firmis nititur regulis, sed potius loquendi usum, hac in re tyrannum, saepius sequitur. Quas igitur leges certas in universum respiciat, hic est docendum.

3) Litterae *unius eiusdemque organi*, propter discrimen tenuius, quod inter eas intercedit, etiam in Syriaca lingua, pariter atque in quavis alia facillime permutantur. Quod quidem quanquam in ipsis Syriacis vocibus parum locum habet, saepissime tamen radices Syriacae a cognatarum dialectorum radicibus tali litterae alicuius permutatione differunt. Itaque permutantur

a) *labiales*, et non solum ـپ ـو et ـف invicem, ut ܦܘܪܬܐ *sulphur*, Hebr. פֶּרֶת; ܦܪܙܠ *ferrum*, Hebr. בַּרְזֶל; ܦܪܛܠܐ *tribunal*, γαββαθᾶ (Io. 18, 13.); ܦܪܨ *magnates*, Chald. פַּרְבְּרִין; sed etiam eae litterae et ـס, ut ܦܣܚ et ܐܬܦܣܚ *sprevit*, ܦܠܛ *evasit*, Hebr. פָּלַט; ـפ *tempus*, Chald. זְמַן.

b) *palatinae* invicem permutantur, ut ܟܘܒܐ *fovea*, Chald. כּוּמְצָא et קוּמְצָא; ܙܓܘܓܝܬ, Hebr. זְכוּכִית *vitrum*; ܩܦܘܣܐ *pileus*, כּוֹבַע et קוֹבַע *galea* et מִגְבָּעָה *velamen capitis sacerdotale*; ـك *comminuit*, Hebr. דַּךְ *profligatus*, *oppressus*; ـگ *pes*, Hebr. רֶגֶל = רָגַל *circumvagari*; ـڪ *occlusit*, Hebr. סָגַר.

c) *linguales* ʾ, ـڪ et ـڨ, ut ڤڞ *criminatio*, Hebr. דִּבָּה; ـڤ *concepit*, Arab. بَطَنَ et بَطْنٌ *venter*; ـڤڡ *rapuit*, Hebr. חָתַח; ـڤ *erravit*, Hebr. תָּעָה; ـڤڠ *accendit*, Hebr. דָּלַק. Permutationem illarum litterarum cum reliquis lingualibus ـڤ et ـڤ, quae in Graeca lingua nobis saepius occurrit, in Syriaca non reperimus.

d) *dentales* seu *sibilantes*, ut ڤڞڤڤ *divinatio*, Hebr. קְסָם; ـڤڞ *clamavit*, Hebr. צָחַק; ـڤڤ Hebr. בָּזָה *contemsit*; ـڤڤ *collegit*, Hebr. כָּנַס.

e) *gutturales*, si cum Syriacis vocibus similes in Hebraica dialecto comparantur, crebro permutatione utuntur; ut ـڤ *obiurgavit*, ergo *animo fregit*, Hebr. כָּאָה et כָּהָה *animo fractus est*; ڤڞڤڤ, Hebr. אֹמִיר *gramen*, pec. *viridis*; ـڤڤ *illusit*, Hebr. בָּזָה; ـڤڤڤ *costae*, Chald. עִלְעִין. In Zabiorum et Samaritanorum dialectis propter harum litterarum pronuntiationem simillimam haec permutatio fere creberrima est [1]). Plerumque vero a Zabiis א et ע parum accurate distinguuntur, unde עמאר *dixit*, אבאד *fecit*, עיאפריש *explicabo* (Cod. Vim. fol. 2. b. l. ו 15.) pro איאפריש = ڤڤڤڤ; pro ה saepe ponitur א, in fine vero vocum fere semper א invenis, etsi dialecti cognatae ה habeant, מא = מָה quid? סמיכא *innixa*; ita etiam ה et ח permutantur, et א, si quiescens redditur, et aliae gutturales prorsus eiiciuntur; ergo מיבאד *facere*, pro מיאבאד, a verbo אבאד pro עָבַד, פירא pro ڤڤڤ. Cfr. etiam חאלין *isti* pro אֵלֶּה; האדא *hoc* pro הַזֹּה. Haec sane permutatio in caussa fuit, quod multi verum gutturalium numerum male constituerent. (§. 6, 12. Annot. 1.).

Annot. Hae omnes litterarum eiusdem organi permutationes multo sunt crebriores, ubi Syri Nomina propria exotica exprimunt; sic *Artageram* ڤڤڤڤ, ڤڤڤڤ et ڤڤڤڤ scribunt [2]).

4) Praeterea haece litterarum classes cum reliquis arctius cohaerent, et hanc ob caussam crebro permutantur:

a) *sibilantes*, cum linguales partim ex iis compositae sint, ab Aramaeis saepius abiiciuntur et earum loco in aliis dialectis usurpatarum *linguales* adhibentur, qua quidem re Aramaea dialectus ab reliquis distinguitur (§. 1, 4.), ut ڤڞڤڤ *aurum*, Hebr. זָהָב; ـڤڤ *studuit*, Hebr. חָפֵץ; ڤڞڤڤ *iustus*, Hebr. צַדִּיק; ـڤڤ *ligavit*, Hebr. קָשַׁר; ڤڤڤ *tres*, Hebr. שָׁלוֹשׁ; ڤڞڤ *mons*, Hebr. צוּר; ڤڞڤ *bos*, Hebr. שׁוֹר; ـڤ *rediit*, Hebr. שׁוּב [3]).

---

1) *Cellar.* hor. Samarit. p. 109.

2) *G latinum* hîc littera *Schin* exprimi, non est quod mireris, cum vox illa ex Persico sermone sit desumta, ubi littera *Dschim* (چ) Syrorum ـڤ ferme respondet.

3) Sic etiam in aliis linguis non cognatis dialecti hac in re differunt, inter Graecos scilicet *Attici* sibilos crebro fugiunt, itaque pro πράσσω dicunt πράττω. — Multa hac de re *Gesenius* in Lexico Hebraico optime collegit.

Huc pertinet etiam ea permutatio, quam ʒ et ʓ subeunt praecipue in vocibus Hebraicis cum Aramaeis comparatis, ut ܐܪܥܐ *terra*, Hebr. אֶרֶץ; ܒܝܥܐ *ovum*, Hebr. בֵּיצָה; ܨܡܪܐ *lana*, Hebr. צֶמֶר; ܥܢܐ *grex*, Hebr. צֹאן; ܡܪܨ *morbosus fuit*, Hebr. מָרַץ. Cuius rei caussam cum *Gesenio* [4]) in eo positam esse arbitror, quod ʒ saepius litteram *t*, suam alteram partem, negligens sonum consonae *s* tantum habet, ita ut sibilatione sublata tenuis tantum maneat littera, quae sono leniori ʓ exprimitur.

Annot. Zabiorum quoque sermo crebras admittit litterarum permutationes, ut גטאל = ܩܛܠ *intefecit*; גטאר = ܩܛܪ *colligavit*; דמא = ܕܡܐ *sanguis*; האדין *ille* pro הָדֵין; בחולא *virgo* = ܒܬܘܠܬܐ; תארמידא *discipulus* pro תַּלְמִיד.

b) litterae *liquidae*; ʕ ʔ ʕ in plurimis linguis tanquam simillimae permutantur, inprimis *α*) ʕ et ʕ ut ܢܬܠ *dedit*, Hebr. נָתַן; ܪܘܒܝܠ, Hebr. רְאוּבֵן *Ruben*; ܐܚܕܘܬ *unio*, מְרֻבָּעִית [5]). *β*) ʕ et ʔ, ut ܐܬܪܡܠܬܐ *vidua*, אַלְמָנָה, qua in voce etiam ʕ et ʕ permutantur; ܥܘܪ *pullus*, עֵיר; ܣܦܝܪ, סַפִּיר *sapphirus*. *γ*) ʔ et ʕ, ut ܡܠܟܐ reges, Hebr. מְלָכִים; ʔ *si*, Hebr. אִם; ܦܛܩܐ *pistazia*, Hebr. פִּטְּכִים. *δ*) ʕ et ʔ, ut ܛܡܪ *abscondidit*, Hebr. טָמַן; ܙܪܚ *ortus est* (sol), Hebr. זָרַח; ܬܪܝܢ *duo*, Hebr. שְׁנַיִם; ܒܪ *filius*, Hebr. בֵּן.

c) litterae quiescibiles, quatenus consonarum naturam sequuntur frequentissime permutantur, ut ܩܝܡ *stans* pro ܩܐܡ; ʓ et o saepissime in verbis cum Hebraicis collatis, ut ܥܕܐ *pollicitus est, constituit*, Hebr. יָעַד *constituit*. In quarum numerum etsi ʔ non referenda est (§. 31, 1. et 12, 1. Annot. 3.), aliquoties tamen pro ע״ו quiescente Hebraeorum a Syris ponitur, ut ܐܬܚ *erubuit*, Hebr. בּוֹשׁ; ܪܗܛ; *cucurrit*, Chald. רָהַט, Hebr. רוּץ; etiam Syriaca verba ʔܬܐ et ʔܐ *admiratus est, obstupuit*.

Quae in his litteris, quoad vocalium vices gerunt, oriuntur permutationes, infra (§. 33, 2.) exponuntur.

Annot. Zabii saepius quiescentem litteram ponunt, ubi Syri aliive Semitae gutturalem admittunt, v. c. בותא pro בעותא *precatio* (Cod. Vimar. 2. a. lin. 7.). Item duas voces, sicubi prior brevis est, et quiescente finitur, posterior vero gutturali incipit, ita coniungunt, ut gutturalis aut quiescens prorsus exstirpetur; ergo לאלאח = ʓʕʓ *non discedit* (Cod. Vim. 4. a. lin. 4.), et לעתמאבא = לא עתמאבא *non prostravit se* (l. l. lin. 6.) [6]).

---

4) Lehrgeb. der hebr. Spr. p. 129.

5) Etiam apud nos, qui in pronuntiatione *l* efferre nequeunt, eius loco *n* loquuntur.

6) Noli mirari, quod in hoc exemplo pass. coni. non אח sed עת indicetur; etenim ע non solum in hac formatione solenne est, sed etiam in afformativo 1. Fut. sing. Quae quidem res gutturalium pronuntiatione parum accurata efficitur; neque inde aliquid potest repeti pro eorum argumentatione, qui ʔ pro א, o vero pro ע voluerint habere (*I. D. Michaelis* Orient. Bibl. T. XVII. p. 55. *Pauli* Memorab. T. VI. p. 110).

5) Eae denique litterarum permutationes, quarum fundamentum in grammatices flexionibus quaerendum, hae sunt:

a) ∠ *characteristicum* coni. *Ethpeel* et *Ethpaal* cum sibilantibus transpositum (§. 26, a.) post ʒ commutatur cum ط, post ı cum ?, ut أَوطَكَصَ pro أَوكَطَصَ *crucifixus est*; إِوطَّصَ pro إِوضَّصَ *placuit sibi*; ⸢ⲁⲩⲥⲁⲣⲡⲟⲩ⸣ pro ⸢ⲁⲩⲥⲁⲣⲡⲟⲩ⸣ *seminatus est*. Idem apud Zabios valet, ut מיצטאראר *colligatus* (Cod. Vim. 2, lin. 9.) a צָרַר.

b) Quiescentes in quibusdam quoque grammatices flexionibus invicem permutantur, ut صَّدَصَ *polluit* a صأصَ *immundus fuit*, sed tum magis vocalium vices gerunt, propterea omnes permutationes, quas illae invicem subeunt, simul et coniunctim tractavimus (§. 33, 3.).

c) Permutatur ı *quiescens* in fine et medio vocis cum ∠ littera; si efficit α) *femininorum terminationem*, Hebraeorum ה respondens, in statu, quem dicunt, *constructo* (§. 92.) et ante suffixa (§. 41.), ut مَدِنْثَا *urbs*, مَدِنْثَا مَلْكَا *urbs regis*, مَدِنْثَى *urbs mea*. β) ı *characteristicum* coni. *Afel* (§. 48. 60.) in ∠ abire debet in formanda coni. *Ethtafal*, quae syllaba ∠ِا ante Afel posita oritur. Etenim ı praecedenti ∠ afformatur inque ∠ *mutatur*, sine dubio, quia, nisi magnam curam in pronuntiando adhibueris, in voce pronuntianda ı non potueris perspicue efferre; itaque إِلّصَّصَ pro إِلّصَّصَ *adiunctus est*. γ) *Prima radicalis Olaf* in coni. *Ethpeel* et *Ethpaal* mutatur in Tau (§. 72.), ut إِلّتَمَ pro إِلّمَ *clausus est*; إِلّتَسَ pro إِلّسَ *ingemuit* [7]).

d) *Media radicalis* verborum "ى, quaecunque sit, in Partic. praes. transit in ı (§. 71.), ut جَالٍ *intrans*, fem. جَالَا, plur. جَالِيَ, fem. جَالِكَ, pro جَالِي a verbo جَلَا contr. pro جَيَلَا intravit.

§. 26.

Consonarum transpositio.

Quarundam litterarum transpositio in euphonia atque pronuntiationis facilitate fundata et in vulgaribus dialectis creberrime obvia saepeque audacter magis, quam ex regula suscepta Syriaco quoque sermoni accidit; cum vero ad varias similesque vocum significationes magis pertineat, quam grammaticas flexiones, ita-

---

In iis vero refutandis otium nobis fecit *Koppius* (*Bilder und Schriften der Vorzeit* T. II. §. 314. cll. *Staeudlin*. Beytr. T. III. p. 58. et *Pauli* Memor. l. l.); *Norbergi* denique sententiam olim propositam (Comment. de relig. et ling. Sabaeor. p. 14.) et a *I. D. Michaeli* (Orient. Bibl. XVII. p. 49. et Grammat. Syriac. p. 19.) repetitam, ⲛ et ⲩ apud Zabios figura non differre, omnino esse falsam, docet levissima scripturae observatio.

7) In apostoli Thaddaei nomine contrarium videmus esse factum, pro ∠ enim ab initio nominis Syri ı scribunt, hocce modo: ⸢?ı⸣.

que interpreti maioris sit momenti quam grammatico, nos id tantum hoc loco collegimus, quod tanquam firmum in hoc genere deprehendimus, ut ex illo fundamento, praesertim cum eruditorum alii nimis crebras statuant transpositiones, alii paene omnes reiiciant, reliqua non satis luculenta cum probabilitate diiudicari possint.

1) Longe frequentissima transpositio litteris *sibilantibus* et *Risch* non solum in Syriaco sermone ipso sed etiam in dialectis inter se collatis accidit; nam

a) ܙ in coni. *Ethpeel* et *Ethpaal* (non in *Ethtafal*) cum prima radicali sibilante (§. 58. 59.) transponitur, ut ܐܸܬܬܟ pro ܐܸܙܬܟ *reiectus est*; ܐܸܬܒܟ pro ܐܸܙܒܟ *in altum sublatus est*; ܐܸܬܚܙ pro ܐܸܙܬܚܙ *inventus est*. Idem transpositum post ܛ in ܬ, post ܣ vero in ܫ commutatur (25, 5. a). Cessat tamen transpositio, si ܙ characteristicum geminatur, scilicet in Ethpeel verborum ״ܙ et ״ܨ (§. 75. 76.), ut ܐܸܬܙܲܙܥ *positus est*, non scribitur ܐܸܬܥܲܙܥ; ܐܸܙܙܝ *irretitus est*, ܐܸܙܙܨ *contemtus est*.

b) ܙ cum ܨ coni. *Schafel* in formanda coniugatione *Eschtafal* (§. 61.) transponi solet, ut ܐܸܫܬܲܐ pro ܐܸܙܬܲܐ *cognitus est*, a Schafel ܐܲܙ.

Annot. Idem in Zabiorum lingua valet; itaque מיצטאראר (Cod. Vim. 2. a. lin. 8.) *compactus*; מישתריא *soluti*.

2) Praeterea transpositio in litteris ܫ ܥ ܬ (praecipue ܥ et ܫ) et in liquida ܠ inprimis fieri solet; eae enim sunt *εὐμετάβολοι*, uti grammatici aiunt, praesertim dialectis inter se collatis, ut ܚܲܩܠܐ *ager*, Hebr. חֶלְקָה; ܟܲܪܨܐ *cor*, Chald. לֵב; ܥܲܫܒܐ *gramen*, Chald. דֶּתְאָא; ܝܲܠܕ *genuit*, Zab. ילד; ܪܓܠܐ *pes*, Zab. ליגרא.

In lingua Syriaca ipsa a) media radicalis *Olaf* in *Ethpeel* cum praecedente littera transponitur (§. 74.), ut ܐܸܬܥܨܨ pro ܐܸܬܨܥܨ *male affectus fuit*, a verbo ܨܥܨ. Praeterea b) quaedam verba transpositionem patiuntur, ut ܪܲܨ *curre*, a ܪܲܥ *cucurrit*, alia.

§. 27.

Occultantur litterae.

1) Singulare mutationis genus in eo positum, ut consonae quaedam, plerumque vocali destitutae, quamvis scribantur, tamen neque in loquendo neque in recitando audiantur. Cuius rei indicandae caussa a librariis accuratius scribentibus signum aliquod, *linea* scilicet *occultans* sub littera reticenda ponitur (§. 20.); illas vero consonas, quae tali modo scriptae non pronuntiantur, *occultari* grammatici dicunt, in Syriaca sermone ܐܘܬܝܐ ܕܓܢܒܐ i. e. *litterae furti*, sive

ﻣﻜﺘﻮﺑﺔ ﻭﻟﻜﻦ ﻻ ﺗﻘﺮﺃ *litterae furtivae*, aut ﻣﻜﺘﻮﺑﺔ ﻭﻟﻜﻦ ﻻ ﺗﻘﺮﺃ *litterae quae scribuntur, sed non leguntur.*

Annot. In reliquis dialectis, Arabica excepta, litterae *assimilatione* excidunt; in Syriaca non item. Discrimen igitur hoc interest, quod Syri ad derivationem scribendo exprimendam, litteras eas retinere neque tamen pronuntiare, Hebraei vero aliique Semitae talibus litteris sublatis sequentem dupliciter efferre soleant.

2) Plerumque eae litterae, quae in pronuntiatione facile negliguntur, scilicet ʾ et ʿ, occultantur.

a) *Olaf initale* hisce in vocibus: ܐܚܐ *cognatus*, legas *ch'jon*; ܐܚܘܬܐ *cognatio*; ܐܚܪ *alius*, ܐܚܝܪ et quae ab illis derivantur ܐܚܪܢܝܐ et ܐܚܪܢܝܬܐ *ultimus*, ܐܚܪ et ܐܚܪܝܬܐ *postremo*; ܐܢܫ *homo* eiusque derivata plura cet; in pronomine ܐܢܐ, quoties verbi substantivi loco ponitur aut cum Part. coniungitur (§. 49.), ut ܚܙܐ ܐܢܐ *video*, ܐܢܐ ܐܢܐ *ego sum*. Huc pertinent *nomina Graeca*, quae in Syriaca lingua interdum ab initio vocis litteram ʾ assumunt (§. 22, 1.); quod Olaf, cum vocalem non accipit, occultatur quamvis linea occultans non subiiciatur, ut ܣܛܘܟܣܐ *stukse*, στοιχεῖα, ܟܣܢܐ *k'sono*, ξένος.

b) *He* praecipue in sequentibus voculis:

α) In pronominibus *separatis* ܗܘ *ille* et ܗܝ *illa* aut pro verbo substantivo aut pleonastice positis, quae vocalem suam ad praecedentem vocem, vocali in fine destitutam remittunt, ut ܠܝܬܘ *laitu* (non est), ܡܢܝ *mani* (quaenam est?). Ambae igitur voces in pronuntiatione coalescunt, sed et in scribendo vocalis pronominis in fine vocis praecedentis ponitur, ut ܒܣܪܝ *besr'ju* (caro mea est). Quodsi voci praecedenti vocalis in fine est, pronominum illorum Waw et Jud, vocali abiecta, cum vocali praecedentis vocis diphthongescunt, ut ܟܫܐܘ *k'scheu* (durum est), ܗܕܝ *hodoi* (haec est), ita tamen, ut *o* finale praecedentis vocis ante ܗ mutetur in *a* (§. 36, 3. c.), ut ܐܢܐ *enau* (ego sum) pro ܐܢܐ ܗܘ, ܒܣܪܐ *besrau* (caro est). Hinc fit, ut et in scribendo litterae illae, quae in pronuntiando, omnino negligantur, vocesque saepe prorsus in *unam* coniungantur, ut ܐܝܟܐ *aicau* (ubinam est?) pro ܐܝܟ ܐܝ, ܗܢܐ *honau* (*hic* s. *hoc est*) pro ܗܢ ܐܝ.

β) In pronomine eiusdem personae masc. nominis verbique *suffixo* He occultatur, ut ܐܒܘܝ *abui* (pater eius), ܐܝܕܘܝ *idaui* (manus eius), ܟܪܝ *k'roi* (vocavit illum), ܐܦܩܘܝ *afkui* (eiicite illum).

γ) In verbo ܗܘܐ *fuit*, quoties vel *auxiliare* est formando *Imperfecto* et *Plusquamperfecto* (§. 49.), vel redundat, ut ܗܘܐ ܩܛܠ *kotel vo* (occidebat), ܗܘܐ ܩܛܠ *k'tal vo* (occiderat); ubi vero significat *fuit* vel *factus est*, He non occultatur, ut ܗܘܐ ܥܡܗ *h'vo am* (fuit mecum).

Etiam in verbo ܝܗܒ *jabh* (dedit) pro ܝܗܒ He occultatur.

δ) In nominibus propriis aliunde receptis He pro spiritu aspero positum occultatur, ut ܪܘܡܝ *rumi*, Ῥώμη, ܝܗܘܕܝ *Judaei* pro ܝܗܘܕܝ ab aliis usurpato.

Annot. In nonullis vocalibus, quibus *Waw* geminum est, et ubi alterum servandae originis caussa scriptum a Syris non pronuntiatur, multi grammatici hoc *occultari* dicunt, uti in vocibus ܡܘܥܕܐ *promissio*, ܡܘܕܥܢܐ *notificatio*, ܡܘܫܬܐ *cunctatio* a coni. Schafel verborum ܝܬܐ (fassus est), ܝܕܥ (scivit) et ܝܫܬ (cunctatus est) derivatis; sed rectius Waw hîc *otiari* dixerint, cum nusquam linea occultans Waw illi superponatur. Cfr. §. 32, 2.

3) Occultationem deinde subeunt litterae, quae bis scribuntur ad derivationem orthographia significandum; itaque

a) In nominibus mediae radicalis geminatae, prior ex illis litteris geminis in pronuntiatione negligitur, ut ܡܡܠܐ *mamlo* (loquela), ܓܠܐ (acervus), ܓܠܐ (fluctus), ܡܢܐ (manna), ܓܠܠܝ (obumbrantes), ܥܡܡܐ (populi).

b) Huc etiam pertinet, si leniorem litteram *Dolath* vacuam durior quidem sed cognata excipit littera *Tau*; tum enim illa occultatur, hanc vero nonnulli in pronuntiatione duplicant [1]), ut ܚܬܐ *chatto* (novus), ܥܬܐ *itto* (ecclesia); nos *Amiram* sequentes voces illas *chato* et *ito* pronuntiamus.

Annot. In fem. ܚܕܬܐ *ch'dhato* (nova) Dolath distinguendi caussa effertur.

4) Quae in Hebraico sermone assimilationem frequentissime subeunt litterae, easdem in Syriaco saepius occultari invenimus, scilicet ܐ et ܗ. Itaque

a) *Lomad* verbi ܐܙܠ *abiit*, quoties ex analogia vocali uti debet, media autem radicalis vacua est, ad hanc remittit vocalem suam atque occultatur, ut ܐܙܠ pro ܐܙܠ, ܙܠܘ (abibunt) pro ܙܠܘ. Quando vero *prodesse* significat, occultationem non admittit.

b) *Nun* in pronomin. 2. pers. ܐܢܬ, ܐܢܬ *tu*; ܐܢܬܝ, ܐܢܬܝ *vos*; in multis nominibus, ut ܐܬܝܐ *emta*, ܡܕܝܢܐ *urbs*, ܣܦܝܢܐ *navis*, ܡܣܟܝܢܐ *inops*, ܥܬܝܩ *potens*, ܫܢܐ *annus*, ܥܬܝܩ *latus*.

---

1) Asseman. Bibl. Orient. T. III. P. II. p. 379. Cfr. §. 17, 1. Annot. 1.

c) *Risch* denique cum *Nun* saepius commutatum in voce ܒܪܬ *filia* occultandum, et in Imperativo ܪܘܥ pro ܪܘܣ *curre* a ܪܥܐ *cucurrit.*

Annot. Praeterea ex Amirae sententia in pron. ܚܢܢ *nos*, si Praesenti formando adhibetur (§. 49.), *Cheth* occultari debet, ut ܚܢܢ ܡܚܢܢ (nos vocamus), quod *korēnan* legendum.

§. 28.

Consonarum Aphaeresis, Contractio, Apocope.

Consonantes quaedam etiam in scribendo prorsus excidunt, neque ullo modo supplentur, quod quidem in iis praecipue fieri solet, quae medium quasi tenentes inter consonas et vocales lenius efferuntur (*quiescibiles*), quae *occultando* aut *otiando* non audiuntur, deinde etiam in litteris *liquidis.* Quae consonantium abiectio ab initio vocis litteris vacuis plerumque accidit (*Aphaeresis*), in media voce, si alia praecedit vacua (*Contractio*, *Syncope*) et in fine vocis (*Apocope*), ubi rarius quidem accidit. Caussam huius mutationis in accelerata et minus accurata loquendi ratione positam esse in aperto est.

1) Ab *initio* vocis hoc modo, quae sequuntur litterae, abiiciuntur:

a) ܐ occultandum, ut ܒܪܢܫ *homo* pro ܒܪܐܢܫ; ܟܠܢܫ *unusquisque* pro ܟܠܐܢܫ; ܣܘܦܐ *finis* pro ܐܣܘܦܐ. Prima radicalis א vocum Hebraearum in Syriaco sermone interdum in scribendo excidit, ut ܚܕ *unus*, Hebr. אֶחָד. Sic ܐ in voce ܐܬܐ *veni* excidit, a verbo ܐܬܐ.

b) *Jud*, ut in Imperativo ܗܒ *da* pro ܗܘܒ, ܬܠ *sede* pro ܬܘܒ.

c) *Nun*, ut in verbis ל"ע (§. 70.) ܢܦܠ *cade* pro ܢܦܘܠ, ܢܛܪ *serva* pro ܢܛܘܪ et in nonnullis nominibus.

2) In *media* voce, si *contractione* littera quaedam excidit, illa quae praecedit, abiectae vocalem accipit, ut ܢܠܦ *docebit* pro ܢܠܝܦ et hoc pro ܢܒܝܦ. Hoc interdum, si, quae praecedit littera, vocali destituta est, sequentibus accidit litteris:

a) *Olaf*, quo nulla consona lenius sonat, inprimis prim. radicalis post ܐ praeform. Fut. Peal et Paël semper, post reliqua vero praeformativa et Fut. et Part. earundem coniugg. aliquando excidit, ut ܐܕܐ *edam* pro ܐܐܕܐ, ܡܠܦ pro ܡܒܝܦ *docens.* Sic Olaf etiam per *crasin* sive duarum vocum contractionem excidit, ut ܐܦ *etiamsi* pro ܐܐ ܦ. Quam rem apud Zabios quoque saepius deprehendimus לעחמאכא pro לא עחמאכא *non prostravit se* (Cod. Vimar. fol. 4. a. lin. 6.).

b) Litterae *quiescentes Waw* et *Jud*, praecipue in verbis mediae quiescentis, ut ܐܩܡ pro ܐܩܘܡ *stare fecit*, ܚܫ pro ܚܝܫ *vivere*, ܐܫ pro ܐܝܫ *vivam.*

c) Litterae *liquidae Lomad*, *Nun* et *Risch*, ut ܓܠܓܠ *rota* pro ܓܘܠܓܠ, ܓܪܓܪ *iugulum* pro ܓܪܓܪܬ, ܓܦܢ pro ܓܦܢܐ *vitis*, in cuius vero exempli Plur. Nun servatur, quia ibi vocali utitur ܓܦܢܐ, ܓܕܦܐ *scaturigo* pro ܓܕܘܦܐ, ܓܢ *lumbus*, cll. Chald. חַרְצָא;

ܚܨܒܐ *fertilis* pro ܚܨܝܒܐ. In exoticis Syriaca civitate donatis hae et aliae quoque litterae maiore cum licentia abiiciuntur, ut ܒܬܐ et ܒܝܬܐ *balneum*, ܩܣܛܢܛܝܢܐ *Constantinus.*

d) Praecipue in quadrilitteris a verbb. ״ל et ״ה derivatis, quorum 2 radicalis excidit, ut ܙܥܪܐ pro ܙܕܥܪܐ *motus;* ita etiam ܡܫܡܫܐ *formica* pro ܡܫܚܡܫܐ.

e) *Litterarum bis ponendarum* in verbis ״ל, ubi Hebraei et Chaldaei per Dagesch forte compensant, Syri unam abiiciunt, ut ܢܨ *comminuit* pro ܢܨܨ; ܒܙܐ pro ܒܙܙܐ *praedabitur.* In nominibus, quae a talibus verbis derivantur, idem facere licet, e. c. ܒܥܡܐ *populus* pro ܒܥܡܡܐ, Plur. ܒܥܡܡܐ *populi;* ܩܢ *nidus.* Olaf vero bis positum ab hac regula excipiendum.

f) *Tau*, si nulla vocali gaudet, ante Tau in emphatico femininorum statu Sing. abiicitur, ut ܚܕܬܐ *nova* pro ܚܕܫܬܐ. In *passivis* vero coniugg. *duo Tau* concurrentia scribi solent, ut ܐܬܬܥܨܪ *positus est*, at tertio ܫ accedente praeformativi scilicet Fut., unum eorum abiici solet; ergo ܬܬܬܥܨܪ *efferas te* pro ܬܬܬܥܨܪ. Attamen sicubi Tau 1 radicalis est, vel tribus concurrentibus servatur radicis et significationis indicandae gratia, ut ܬܬܒܛܚ *confidebis* (fem.).

g) *Cheth* in voce ܚܢ *nos*, si Praesenti formando adhibetur, cum non audiatur (§. 27, 4. Annot.), per crasin saepe excidit, ut ܢܣܩܥܢ pro ܢܣܩܥ ܚܢ *ascendimus* (*Kirsch.* Chrest. Syr. p. 99. lin. 6.); ܢܚܘܝܢ pro ܢܚܘܝ ܚܢ *indicamus* (ibid. lin. 7.).

3) In fine denique vocis consonantium abiectio, sive litterarum ***apocope***, rarius accidit:

a) *Nun* in statu constructo Plur. (§. 92.) sicuti apud Hebraeos ם abiicitur ܝܘܡܝ *dies*, in stat. constr. ܝܘܡ.

b) Litterae quiescibiles, cum interdum otiantes non audiantur (§. 32, 2.), per apocopen abiiciuntur, ut Waw et Jud in 3 Plur. Praet.; itaque ܙܩܦ *iverunt fures* pro ܙܩܦܘ, ܝܠܕ *pepererunt* pro ܝܠܕܘ.

c) In verbis ״ע, si Pluralis terminatio accedit, 3 radicalis saepius excidit, ut ܓܠܘ *detexerunt* pro ܓܠܥܘ.

d) Hebraeorum terminatio וּת apud Syros, Tau apocopato, in ו transit, ut ܡܠܟܘ *regnum*, Hebr. מַלְכוּת. Apocopen veram hic locum habere docet coniunctio talium nominum cum suffixis, in qua illud Tau redit; e. c. ܡܩܒܠܢܗ *acceptio eius*, ܡܠܟܘܬܢ *regnum nostrum.*

§. 29.

Consonarum Prosthesis, Epenthesis, Paragoge.

Multo rarius fieri solet, ut euphoniae et facilitatis caussa in vocibus formandis consonae ab initio et in fine apponantur aut mediae voci inserantur; inprimis *Olaf* cum reliquis *quiescibilibus*, *He* et *Nun* huic rei inserviunt.

1) Apud Syros *prosthesis* sive additio ab initio vocis littera Olaf fieri solet, inprimis

a) in vocabulis illis, quae a duabus consonis incipiunt, quia Syri duas in syllabae principio consonas non nisi difficillime efferunt; ut ܐܨܠ *sicut* pro ܨܠ, ܐܫܩ *bibit* pro ܫܩ, ܐܫܟܚ *invenit* pro ܫܟܚ.

b) ܐ prostheticum adhibetur deinde in vocibus iis, quae a Jud quiescente incipiunt, ut ܐܝܕܐ *manus* pro ܝܕ, ܐܝܘܡܐ *dies* pro ܝܘܡ. Sic etiam in iis, quae Graecae linguae originem debent, ut ܐܣܟܘܓܐ εἰσαγωγή, ܐܝܩܢ εἰκῶν, ܐܝܛܠܝܐ Ἰταλία.

c) Maxime autem in nominibus exteris, quodsi sibilans cum quadam alia consonante coniunctim primam syllabam constituit, Syri illo Olaf prosthetico utuntur, ut ܐܣܛܕܝܐ στάδια, ܐܣܛܘܟܝܐ στοιχεῖα, ܐܣܦܘܓܐ σπόγγια, ܐܣܦܝܪܐ σφαῖρα, ܐܟܣܢܐ ξένος. Interdum hoc ܐ prostheticum vocalem non accipit et tum occultatur (§. 27, 2. a.) ut ܣܛܘܟܣܐ στοιχεῖα *stukse* legitur neglecto Olaf. Occurrunt vero nobis etiam exempla, in quibus Olaf prosthetice non additur, ita ut ex arbitrio scriptorum pendeat, litteram addere et non addere, ut ܣܛܦܢܘܣ Στέφανος [1]).

2) Litterae media in voce insertio in Syriaco sermone haud raro accidit; praeter ܐ et reliquas *quiescentes*, ܪ quoque et ܣ hanc efficiunt vocum productionem, quam *epenthesin* vocant.

a) ܐ in multis nominibus verborumque formis, praecipue ad geminationem, quam Syri non exprimunt (§. 17, 1.), compensandam. Exempla illa, cum ܐ in iis vocalem suam remittat (§. 33, 1. a.) et quiescens fiat, in epenthesi litterarum quiescentium recensuimus (§. 33, 3. a et b.).

b) ܘ in aliquot nominibus Graecis, propriis maxime, ubi quiescere illud aiunt (§. 33, 3. c.)

c) ܪ, plane ut apud Chaldaeos tanquam Dagesch fortis compensatio in aliis dialectis usurpati, interdum inseritur (§. 17, 4.), ita tamen ut lineam occultantem sibi sub-

---

1) Apud Hebraeos quoque et reliquos Semitas haec illius litterae prosthesis, quin etiam in Persarum lingua obtinet (*de Sacy* Grammaire Arabe Part. I. 89. p. 41. cll. *Rosenmuelleri* Institut. ad fundament. Ling. Arab. XLIX. p. 28.). Alias litteras ab initio vocibus additas huc propterea tibi non referre licet, quia ad grammatices flexionem pertinent, ut ܣ in ܗܝܡܢ *credidit*.

stratam habeat (§. 20.), neque legendo exprimatur (§. 27, 4. b.), ut ܒܥܠ, pro ܒܥܠ *heros*, Hebr. גֶּבֶר; ܐܢܬ *femina*, Hebr. אִשָּׁה; ܐܢܬ *tu*, ܐܢܬܘܢ *vos*, Hebr. אַתְּ et אַתֶּם. Aliquot verba, in quibus Graeci *uno* ν utuntur, apud Syros recepta hanc litteram *geminant*, ut ܣܘܢܘܕܘܣ σύνοδος cet.

d) ܪ in nominibus ex Graeca lingua acceptis et ab ρ incipientibus nonnunquam pro spiritu aspero post litteram illam scribitur, sed occultatur (§. 27, 2. b. δ), ut ܪܘܡܝ Ῥώμη; ܐܪܓܒܐ ἀῤῥαβών; in aliis vero vocibus, ut ܪܘܕܣ Ῥόδος; ܪܝܓܝܘܢ Ῥήγιον, non ponitur. Sequior Syriasmus in compositis derivationis exprimendae caussa, ܪ pro spiritu aspero vocibus inserit, ut ܣܘܪܘܕܘܣ σύνοδος.

3) *Paragoge* sive litterae cuiusdam additio in fine vocum raro tantum adhibetur; praecipue vero ܝ in 1 et 3 Pl. Praet., ut ܥܒܕܘ *fecerunt*, ܐܡܪܘ *dixerunt* (f.), ܐܙܠܢ *abivimus*.

Zabii in *Imper.* quoque illa utuntur Paragoge, ut ܚܙܘ *videte*, ܗܘ *estote*, ܫܡܥܘ *audite*.

Praeter ea apud Syros pauca tantum huius rei exempla reperies, ut ܦܪܥܘ, Hebr. פַּרְעֹה *Pharao*; ܫܠܡܘܢ, Hebr. שְׁלֹמֹה *Salomo*.

§. 30.

Litterae gutturales.

Litterae ܐ, ܗ, ܚ, ܥ ex gutture quasi protruduntur et propter hanc ipsarum originem singularem, in multis Semiticae linguae dialectis sunt quibusdam insignes proprietatibus, quae inprimis vocalium mutationem spectant. In Syriaca vero dialecto a ceteris litterarum classibus haud multum differunt, quia Syri neque Dagesch forte neque Scheva compositum neque vocales furtivas adhibent, quibus discrimen inter gutturales et reliquas litteras in Hebraico sermone constituitur. Hoc igitur loco de gutturalibus haec tantum sunt tenenda:

1) Gutturales vocali *a* facillime et optime efferuntur, quia qui cum halitu coniunctus est oris hiatus, hanc ipse effert vocalem; syllaba igitur, praecipue vocis ultima, cui gutturalis inest, non alia cum vocali melius quam cum *Pethocho* effertur, nisi natura illius vocalis, quacum syllaba exprimitur, huic mutationi repugnat (§. 36, 3. b.), ut ܦܠܚ *serviens*, pro ܦܠܚ, ܐܬܥܒܕ *impie egit*, pro ܐܬܥܒܕ. Proclivitas illa litterarum gutturalium ad vocalem *a* inprimis in fine vocum cernitur et alibi, ubi ex analogia vacuam litteram expectaveris, ut ܪܥܝ pro ܪܥܝ *pastores*.

2) Quod quidem gutturalibus proprium esse diximus, id etiam in litteram *Risch* cadit ad illas litteras proxime accedentem; amat enim vocalem *Pethocho* eandemque vocalis mutationem ac illae, ut ܐܡܰܪ *dicens*, pro ܐܡܶܪ; ܫܕܰܪ *misit*, pro ܫܕܶܪ.

Nec tamen hae leges perpetuo a Syris observantur; obvia enim sunt multa exempla huius generis, uti ܫܘܝܳܐ pro ܫܘܝܶܐ *aequalis.*

§. 31.

Litterae quiescentes.

1) Litterae quiescibiles ܐ, ܘ et ܝ, uti apud Hebraeos [1]), ita etiam apud Syros et consonarum et vocalium vices gerunt. Si vocalium signa consonis adiecta sunt, utrumque facillime intelligitur; in textu vero non punctato, qui dicitur, accurata huius rei distinctio aliqua laborat difficultate. Valent in duplici harum litterarum potestate definienda eaedem regulae, quas Hebraei sequuntur [2]). Ubi igitur talis littera consonans est, *mobilis*, ubi vero vocalis est, ibi *quiescens* nominatur. Quies vero earum ex eo repetenda, quod olim vocalium loco adhibitae sunt (§. 9, 1.).

Annot. A nonnullis grammaticis [3]) litterae quiescibiles ܐܠܦ ܟܝ ܢܘܢ i. e. Φωνήεντα nominantur, quod nomen vocalibus quoque tribuitur (§. 11, 1.); fortasse hae litterae propterea eodem nomine insigniuntur, quod vices vocalium gerunt atque vocales in iis quiescunt. Ab iisdem vero ceterae litterae ܐܠܦ ܟܝ ܢܘܢ *non motae*, *quiescentes* nominantur. *Amira* quidem, cum has litteras non solum consonantium, sed etiam vocalium vices in Semiticis linguis gerere non distincte viderit, illam distributionem abiiciendam existimat; sed grammatici ii discrimen, quod inter has et reliquas litteras intercedit, vere intellexisse videntur. Hoc tantum monemus, ne quis illud nomen litterarum quiescentium eo sensu, quo illi sumserunt, etiam a nobis sumi putet; nos, quas illi *vocales* (Φωνήεντα) nominarunt, *quiescentes* appellamus; peculiare vero nomen, quo reliquas litteras, ab illis quiescentes nominatas insigniamus, non receptum invenimus.

2) In Syriaca dialecto litterae quiescibiles multo liquidiores sunt, quam in Hebraica; quo fit, ut Syri *Olaf* et *Jud*, quae ex analogia essent vacuae, ab initio vocum quiescere iubeant, atque vocalis tantum sono (*a*, *e* et *i*) efferant, quin etiam huius vocalis signum adpingant, ut ܐܡܰܪ *emar* (dixit) pro Chald. אֲמַר; ܐܠܳܗܳܐ *aloho* (Deus) pro Hebr. אֱלֹהִים, ܝܠܶܕ *iled* (pepererunt) pro ܝܠܕ *j'led.*

---

1) *Gesenii* hebr. Gramm. §. 4. et §. 14.
2) *Gesenii* hebr. Gramm. §. 14, 1.
3) Vid. *Amirae* Gramm. Syr. p. 32.

Annot. Quodsi ܐܢܐ aliasque voces cum Olaf initiali sine vocali scriptas vides, ne hoc adversus hanc regulam facere putes; in illa enim voce ceterisque huius generis Olaf in pronuntiatione prorsus praetermittitur sive occultatur (§. 27, 2. a.) et accuratius cum *linea occultante* scribitur (§. 20, 2 et 4.).

3) Quoad *Waw* et *Jud* dialectus Syriaca, uti Chaldaica et Hebraica, accurata esse solet, cum ܘ in vocalibus *o* et *u* tantum et ܝ in *e* et *i* tantum quiescere patiatur; ܐ vero in his tribus dialectis non, uti in Arabica, certae vocalium classi adstringitur, sed in quavis vocali longa quiescere potest, attamen in variis vocalis *a* speciebus, fere nusquam alia quiescit littera, nisi Olaf (§. 12, 1.).

4) Cum ܘ apud Syros mollius (§. 13. *Annot.* 6) et saepius uti Olaf pronuntietur (§. 21, 4.), interdum etiam similiter tractari ac litteram quiescibilem iam vidimus (§. 12, 2. Annot. 4.); nequit igitur ab initio vocis sine vocali poni, quod linea subiecta indicatur (§. 21, 4.); itaque ܝܬܝ *meminit* pro ܐܬܝ uti ܐܟܠ *edit* pro ܐܟܠ, ܝܬܝ *profuit*, ܐܬܝ *lascivus fuit.*

De ܣ in Syriaco sermone semper *mobili* serioribus tamen temporibus in ε et αι quiescente, vide §. 12, 2. Annot. 3.

§. 32.

Litterae otiantur.

Antequam ad mutationes progrediamur, quas litterae quiescentes subeunt, necesse est, ut easdem litteras alio respectu animadvertamus. Multa enim inveniuntur exempla, in quibus litterae illae post litteram vocali destitutam aut aliam quiescentem efferri nequeunt et orthographiae aut etymologiae gratia scribuntur: tunc *otiari* dicuntur. Litterae vero utraeque, quae *quiescunt* et eae, quae *otiantur*, in loquendo non audiuntur; interest tamen hoc inter *quietem* et *otium*, ut quiescentes praecedentis vocalis sonum induant, quasi vocalescant, inque vocalis sonum recipiantur; otiantes contra plane non audiantur neque ullo audito vocalis sono. Ab *occultantibus* utrasque diversas esse, supra monuimus (§. 20, 2. et 27, 1.). Quae occultantur, pronuntiari facile possent, ut ܓܒܪܐ (fortis) posset legi *ganboro*, sed usus loquendi postulat, ut littera occultanda in pronuntiatione negligatur, et in exemplo allato *gaboro* legatur; quae vero otiantur litterae, pronuntiari non possunt, ut apparebit ex singulis, quae allaturi sumus, exemplis. Otiatur igitur

1) *Olaf* in pronominibus ܐܝܕܗ et ܐܝܕܝ Participio adiectis Praesentis formandi caussa (§. 49.), ut ܩܛܠܝܬܝ ܐܝܕܗ *kot'litun* et ܩܛܠܬܝ ܐܝܕܝ *kot'loten* (vos interfi-

citis m. et f.), ultimo etiam vocis praecedentis Nun non audito. Interdum etiam quiescentium mutationibus (§. 33, 1. a.) efficitur, ut Olaf otietur; sicuti in vocibus ܡܐ *mo* (centum), ܛܡܐ *tamo* (foedatus).

2) *Waw* in terminatione verborum, vocali nulla praecedente, ut ܩܛܠ *k'tal* (interfecerunt), ܩܛܘܠ *k'tul* (interficite). Hoc autem Waw otiosum saepe omittitur et prorsus abiicitur (§. 28, 3. b.). Otiatur Waw etiam in nonnullis nominibus post aliud Waw in *u* quiescens (§. 27, 2. b. Annot.), ut ܫܘܕܝܐ *schudojo* (promissio), ܫܘܕܐ *schudoo* (indicatio), ܫܘܚܪܐ *schuchoro* (cunctatio) [1]).

3) Jud quoque a) in terminationibus verborum saepissime otiatur, ut ܩܛܠܬ *k'talt* (interfecisti, f.), ܩܛܠ *k'tal* (interfecerunt, f.), ܩܛܘܠ *k'tul* (interfice, f.), ܬܩܛܘܠ *tektul* (interficiet f.).

b) in pronomine ܐܢܬ *at* (tu, f.) et in suffixis ـܟ, ـܟܝ, ـܗ, ـܗܝ, ـܢ, ـܟܝ, ut ܡܠܟ *malk* (rex meus), ܦܩܕܟ *pakdan* (me visitasti), ܪܚܡܟ *rochmech* (amicus tuus, f.), ܟܬܒܟ *k'thobhech* (liber tuus, f.), ܪܓܠܟ *reghlaik* (pedes tuae, f.), ܣܗܕܘܗܝ *sohdau* (testes eius), ܩܛܠܬܘܗܝ *k'taltoi* (interfecisti eum).

c) in nonnullis substantivis et adverbiis, ut ܐܬܡܠ *ethmol* (heri), ܐܡܬ *emath* (quando?), ܫܟܠ *schel* (tranquillitas) et in similibus nominibus tertiae Jud in statu absoluto fere non usitatis, quorum tamen status emphaticus (§. 92.), in quo solo obvia sunt, ad formam huius generis referendus, ut ܥܝܠܐ *eiulatus*, ܒܟܝܐ *fletus*, ܠܠܝܐ *nox*, quae sine Olaf ܥܝܠ, ܒܟ, ܠܠ concipienda videntur.

Annot. 1. In exemplis illis Waw et Jud cum praecedente vocali *u* et *i* (furtivo saltem ac dimidiato sono) olim, ab antiquis Aramaeis, esse lecta, postea hanc vocalem in fine obsolevisse atque in pronuntiatione a Syris neglectam, scribendo tamen Waw et Jud expressa esse tum distinctionis, tum servandae originis caussa, *Michaelis uterque* [2]), uti nobis quidem videtur, magna cum probabilitate existimarunt. In dialecto enim Arabica formae huius generis غلو, حلي, حلي scribuntur in fine sine vocali, sed in sermone vulgari *ch^{a}li*, *ch^{o}li*, *gh^{a}li*, uti in Hebraica lingua פְּרִי aliaque, pronuntiantur [3]). Christi

---

1) *Opitius* (Syriasm. p. 8.) *Waw* non otiari, sed mobile esse putavit; quod cum non probaverit et antiquorum grammaticorum testimonia repugnent, falsum diiudicare nil moramur.

2) Chr. Bened. in Syriasmo p. 9. et I. D. in Grammat. Syriac. p. 59.

3) *Francisc. de Dombay.* Grammat. Arabic. Mauritan. p. 76. cll. *Wahl* Elementarbuch fuer die Arabische Sprache und Litteratur. p. 94.

temporibus in lingua Aramaea illae litterae, quas otiari diximus, cum vocali efferebantur, ut ἠλὶ, ἠλὶ, λαμὰ σαβαχθανί; Matth. 27, 46. cll. Marc. 15, 34.; ταλιθὰ κοῦμι; Marc. 5, 41.; ῥαββουνί; Joh. 20, 16. In his vocibus suffixum ـى et ـي *i* et *ani* pronuntiatur, neque tamen inde aliquid certi sequitur, cum etiam illa opinio magnam prae se ferat veritatis speciem, a Iudaeis hunc morem non omnibus Aramaeis solennem, suffixa illa in fine cum vocali pronuntiandi, ex antiqua Hebraea lingua conservatum esse [4]). Syriaca igitur dialectus ut in aliis rebus ab reliquis Aramaicae linguae dialectis recessit, ita etiam in hac litterarum Waw et Jud pronuntiatione.

Annot. 2. Jud in suffixis sub b) et in vocibus sub c) allatis tum fit mobile, cum ܝ pro verbo substantivo aut praeter necessitatem ponitur, eiusque He occultatur, ut ܦܓܪܝ *pagher'ju* (corpus meum est), Io. 6, 51; ܒܟܝ *bechju* (lacrymatio est) Ies. 45, 14.

Annot. 3. *Leusdenus* [5]) usitatam pronuntiationem, ex qua quiescibiles otiantur, reprehendit, quod a nonnullis tantum ex recentioribus grammaticis, quia in libris Syriacis syllabas eius generis nusquam vocalibus notatas viderint, sit recepta; ipse autem cum *Buxtorfio* [6]), *Hottingero* [7]) aliisque omnia exempla, ubi quiescibiles otiantur, vult pronuntiari. Cuius rei argumenta haec sunt:

a) „*Christi tempore in formis illis Jud est pronuntiatum.*“ Recte quidem; Iudaei Aramaea sane dialecto utebantur, Syriaca autem lingua postea magis est exculta, praecipue inde a II. p. C. n. saeculo; ab Iudaeorum igitur pronuntiatione certi quidquam de illa, quae Syris fuerit, colligere non possumus. Praeterea omnibus linguis accidit, ut temporis decursu voces ipsarum et formae magis contrahantur.

b) „*Si hae ultimae syllabae non pronuntiantur, magna oriretur confusio; auditor lectorem non recte intelliget.*“ Quamvis ambiguitatem illo more admitti infitiari nequeas, tamen et hoc tibi est fatendum, ex connexu eum quoque, qui non legit, sed modo audit, quid scriptor aut orator voluerit, cogniturum esse, v. c. utrum *p'kud* Plur. m. (ܦܩܘܕ) aut f. (ܦܩܘܕܬ), an Sing. (ܦܩܘܕ) sit. Quin etiam in reliquis linguis tam in cognatis quam prorsus alienis atque diversis multa singulis in rebus inveniuntur, quae obscuritatis aliquid et ambiguitatis relinquunt, nihilo tamen minus conservantur et retinentur. Nostrum igitur non est in linguae emortuae pronuntiatione aliquid constituere, etiamsi hoc modo ambiguitatem quandam tollere possimus.

c) „*In Chaldaica syllabae illae pronuntiantur, ergo etiam in Syriaca videntur pronuntiandae, quia est maxima convenientia inter Syrorum et Chaldaeorum affixa et terminationes.*“ Quamvis dialectorum in primis Chaldaicae analogia ad linguae Syriacae illustrationem multum valeat, invenies tamen plura in utraque dialecto

---

4) Versio quidem Syriaca Graeca presse reddit, sed vocem ἠλὶ in locis laudatis ܐܠܗܝ *Deus!* sine suffixo et η vocali ـي reddita.

5) Schola Syriac. p. 62. sq.

6) Gramm. Chald. et Syr. p. 9, alias; argumenta autem non attulit Buxtorfius, sed solam Chaldaicae linguae analogiam respexisse videtur.

7) Gramm. Chald. Syriac. praefat. * 5 et p. 68.

diversa (§. 2, 3.). Nimium igitur, hoc est, nihil probat haec argumentatio de similitudine utriusque dialecti desumta.

d) Obiicientibus denique, in Syrorum scriptis illas litteras vocali destitutas esse, *Leusdenus* „*multas alias syllabas*, respondet, *et voces, quae non punctantur, nihilominus leguntur; illa autem exempla non punctarunt, quia unusquisque facile* ـِ *per i et* ـُ *per u potuit pronuntiare.*“ Bene quidem; sed *Amira* aliique grammatici e Syria ipsa oriundi in illis exemplis *Jud et Waw* non solum legendo non exprimunt, sed addunt etiam, illa non legenda esse [8]). Hunc in finem *Abraham Ecchellensis* [9]) ait: ܗܘ ܕܐܬܡܘܠ ܘܠܐ ܕܐܬܡܢܝ ܕܝܘܟܣ. ܐܠܦ ܕܐܬܡܘܠ. ܐܝܬ. ܐܠܦ. ܐܝܬ ܐܬܡܘܠ ܕܐܬܡܢܝ ܕܐܬ ܐܠܦ. ܟܬܒ ܐܬܒܬ. ܕܟܬܒ ܐܬܬ. ܐܠܦ. ܟܬܒ ܐܬܝ. ܐܬܡܘܠ ܡܢ ܐܬܡܢܝ ܕܐܬ ܢܘܢ ܕܐܬܡܘܠ ܐܝܬ. ܟ ܕ ܐ ܐ ... ܟ ... i. e. *Jud, quod scribitur, non legitur in his: ethmol, menothmol, escht'kadh, at', emath, et in his personis (verbi): ĕbhat at, obhdath, ĕbhadh honen, tebedh hoi, ebhedh at, ebhedh aten; et in prima et secunda persona Sing. f. suffixi Sing. et in iis quae Singulari similia, ut k'tobh, machvoth, k'thobech, machvothech.* Hanc sententiam commendant etiam *Barhebraei* hac de re praecepta, quippe qui [10]) haecce docet:

ܐܝܟ ܕܐܬ ܒ ܐܬܬ ... ...

ܟܬܒܐ ܕ ܐܝܬ ܒܗ ܐܬܝܕܥ ܗܘ ܕ ܟܬܝܒ ܒܣܗܕܘܬܐ ܘ ܠܐ ܒܩܪܝܢܐ .
ܕܡܬܚܫܒ ܠܟܠ ܚܕ ܡܢ ܬܪܝܗܘܢ ܐܝ ܕ ܐܝܬ ܒܗ ܐܬܝܕܥ ܗܘ ܕ ܠܐ ܟܬܝܒ ܒܣܗܕܘܬܐ .

i. e. *De eo quod aequet verbi Sing. et Plur. in pronuntiatione neque tamen in scriptione; et*

ܟܬܒܐ ܕ ܐܝܬ ܒܗ ܐܬܝܕܥ ܗܘ ܕ ܟܬܝܒ ܒܣܗܕܘܬܐ ܘ ܠܐ ܒܩܪܝܢܐ ܐܦ ܠܐ ܒܟܬܒܐ ܕ ܐܝܬ ܒܗ ܐܬܝܕܥ ܗܘ ܕ ܠܐ ܡܬܚܫܒ ܠܟܠ ܚܕ ܡܢ ܬܪܝܗܘܢ ܐܝ ܕ ܐܝܬ ܒܗ ܐܬܝܕܥ ܗܘ ܕ ܠܐ ܟܬܝܒ ܒܣܗܕܘܬܐ .

i. e. *De eo, quod aequet verbi masc. et fem. in pronuntiatione, neque vero in scriptura.*

De suffixo *Jud* Barhebraeus peculiarem regulam non attulit; sed quae de afformativis monuit, illius suffixi pronuntiationem satis definiunt; ne autem aliquid praetermisisse videamur, alius grammatici de eo praecepta transcribere lubet. Ita enim *Isaac Sciadrensis* [12]) expressis verbis refert inter litteras, quae scribuntur, neque tamen pronuntiantur, Waw et Jud:

ܘ ܠܐ ܒܥܕܡܐ ܕ ܦܥܠ . . . ܘܒܣܝܦܝ ܕ ܫܡܗ ܘܒܟܠ ܙܒܢ ܕ ܐܬܐ ܡܢ ܗܘ . ܐܘ ܕ ܐܬܐ ܡܢ ܗܝ . ܕ ܐܬܐ ܡܢ ܗ .
ܝ ܠܐ ܒܥܕܡܐ ܕ ܦܥܠ . . . . ܘܒܣܝܦܝ ܕ ܫܡܗ ܘܒܟܠ ܙܒܢ ܕ ܐܬܐ ܡܢ ܗܘ . ܐܘ ܕ ܐܬܐ ܡܢ ܗܝ . ܕ ܐܬܐ ܡܢ ܗ .
ܐ ܠܐ ܒܥܕܡܐ ܕ ܦܥܠ . . . . ܘܒܣܝܦܝ ܕ ܫܡܗ ܘܒܟܠ ܙܒܢ ܕ ܐܬܐ ܡܢ ܗܘ . ܐܘ ܕ ܐܬܐ ܡܢ ܗܝ . ܕ ܐܬܐ ܡܢ ܗ .

i. e. *Waw non legitur in hisce: . . . . et in formis Plur. Praet. et Imper. ut p'kadh, p'kudh . . . . . Jud non legitur in hisce: . . . et in suff. nominis, ut k'thobh, saif, chablr, tar', et in formis Plur. fem. Praet. et Imper., ut p'kadh, p'kudh, sch'bhak, sch'bhuk.* Itaque ne *Ambrosii* quidem auctoritas, qui Jud et Waw in suffixorum et afformativorum fine vocalis signo modo adiecto, modo praetermisso, semper pronuntiatur [13]), contra illa testimonia aliquid valet.

§. 33.

Litterarum quiescentium mutatio.

Ea, quae litteris quiescentibus propria sunt (§. 31.), varias efficiunt mutationes, quae in omnium vocum praecipue in quorundam verborum irregularium flexione (Verbi quiescentis, §. 72—77.) maximi sunt momenti. Hae autem mutationes, etiam ad reliquas orationis partes pertinentes, *quietem*, *permutationem*, *epenthesin*, et *elisionem* complectuntur.

1) Litterae quiescibiles mollem consonantis sonum amittunt, et *in vocalem recipiuntur*, in Syriaca lingua tum inprimis,

a) cum littera quiescibilis post litteram vacuam ponitur, ubi syllabae, ut *nesch-al*, *t'ino* orirentur; tum enim transfert suam vocalem sub litteram vacuam, ut ܠܘܕܘܡ *lodhom*

12) Gramm. ling. Syriac. p. ـا i. e. 11 sq.

13) Introduct. in Chald. ling. fol. 97. a. ܛܘܒܐܘܗܝ *Tubauhi*; fol. 97. b. ܝܗܒܝ *iehevi*; ibid. ܒܠܚܕܝ *praeter me*; fol. 94. a. ܩܘܡܘ *Quomu*; ibid. ܡܠܟܘ *vethmalachu*.

pro ܐܘܕܡ *l'odhom* (Adamo); ܢܫܐܠ *ne-schal* pro ܫܐܠ *nesch-al* (quaeret); ܬܝܢ *tino* pro ܬܐܝܢ *t'ino* (ficus); ܒܘܪܟܐ *bur-cho* pro ܒܐܘܪܟܐ *b'urcho* (in via); ܒܝܕ *bi-dho* pro ܒܐܝܕ *b'i-dho* (*in manu*). Deinde

b) Cum littera quiescibilis *in fine syllabae* legitur et ex analogia Hebraicae dialecti cum Scheva esset notanda, ut ܝܕܥ *cognoscere* pro ܡܝܕܥ, ܥܝܕ *festum* pro ܥܕܝܬܐ; ܐܡܪ *dicere* pro ܡܐܡܪ. Praecipue vero quiescit quiescibilis, si non solum ipsa, sed etiam quae praecedit littera, simul vocali destituta est, ut ܫܐܠܬܘܢ pro ܫܐܠܬܘܢ = ת֫שְׁאֲלוּן *petetis*; ܒܥܘܬܐ pro ܒܥܘܬܐ *gaudium*; ܙܢܬ pro ܙܢܬ (זְנוּנִים) *meretrix*; ܚܝܬܐ *chajutho* pro ܚܝܘܬܐ *chajv'tho* (bestia); ܬܘܠܟܐ *tuliko* pro ܬܘܠܟܐ *tulj'ko* (insignis). Sic etiam ܒܚܝܪ pro ܒܚܝܪ *electa*, a ܒܥܐ, ܡܥܒܕܐ pro ܡܥܒܕܐ, *fuga vestra*; ܡܫܬܝܗܘܢ pro ܡܫܬܝܗܘܢ = מִשְׁתֵּיהֶן *potus illorum*; ܡܒܥܐ pro Hebr. מְעָרִין *fons*.

c) Olaf et Jud, cum in dictionis initio pro Scheva semper habeant ̇, et ̣ (§. 31, 2.), hanc quoque vocalem, si littera vocali destituta prosthetice (§. 29, 1.) adiungitur, ad illam litteram vacuam remittunt atque quiescunt, ut ܡܟܠ *me-chal* pro ܡܐܟܠ *m'echal* (edere), ܘܠܗܐ *wa-lo-ho* pro ܘܐܠܗܐ *w'a-loho* (et Deus); ܐܬܝܠܕ *ethi-ledh* pro ܐܬܝܠܕ *eth-iledh* (natus est); ܘܝܬܒ *wi-thebh* pro ܘܝܬܒ *w'ithebh* (et sedit).

d) Magna Syrorum libertas in litterarum ـ ـ ـ quiete inde quoque praecipue apparet, quod etiam tum, cum duae litterae huius generis concurrunt et prior mobilis sit necesse est, posterioris vocalis remittitur, ita ut haec superflua fiat et otietur (§. 32, 1. 2.), ut ܡܐ *mo* pro ܡܢܐ *m'jo* (centum); ܥܣܒ pro ܥܣܒ *gramen*; ܣܢܐ pro ܣܢܐ *odium*; ܡܠܬܐ pro ܡܠܬܐ *parabola*; ܣܢܝ pro ܣܢܝ *osores mei*.

2) Contractione tali facta quiescibiles *Jud* et *Waw* plerumque in *longa* quiescunt vocali. *Olaf* vero ubique etiam media in dictione litterae vacuae, quam sequitur, suam tribuit vocalem et in illa, quaecunque fuerit, quiescit, uti praeter exempla iam allata in ܠܝܬ *lith* pro ܠܐܝܬ *l'ith* (defatigatus sum); ܟܐܒ (dolor) pro ܟܐܒ, ܒܐܪ (cisterna) pro ܒܐܪ, ܕܐܒ (lupus) pro ܕܐܒ.

Facillima est mutatio, si vocalis, quae iam ante contractionem in syllaba erat, quiescibili respondet; si vero quiescens Waw et Jud cum vocalibus ad aliam classem pertinentibus concurrit, cum his diphthongos efficere solet (§. 12, 4.).

Nonnunquam etiam littera in vocali sua quiescens rursus *mobilis* redditur, quod tunc fit, cum vocalem accipit, ut ܡܚܙܝܐ *machs'jo* (aspectus) stat. emph. a voce ܡܚܙܝ, ܓܠܝܐ a ܓܠܐ *revelans*; ܙܠܘ in plur. ܙܠܘܗܝ *zalvon* (preces); a Sing. ܟܘܪܐ *kori* Plur. ܟܘܪܝ *kor-jon* (trabes).

3) Cum plures litterarum quiescentium eidem vocalis sono respondeant, hae saepius, pronuntiatione haud mutata, in scribendo invicem permutantur.

a) ܐ et ܘ. In coniugg. Afel et Schafel earumque passivis ܐܟ regulariter mutatur in Waw (§. 72.), ut ab ܐܟܠ (comedit), ܐܘܟܠ pro ܐܟܠ *cibavit*; ܐܬܐܟܠ pro ܐܬܐܟܠ *cibatus est*, sic et ܡܗܝܡܢ et ܐܬܬܐܡܢ pro ܡܐܡܢ et ܐܬܬܐܡܢ. In nominibus nonnullis ܐܟ commutatur cum Waw, ut ܡܗܘܡܢܘܬܐ *cunctatio* pro ܡܗܐܡܢܘܬܐ a verbo ܐܡܢ, quo in exemplo eiusque similibus Waw simul otiatur (§. 32, 2.). In aliis quoque vocibus haec commutatio invenitur, ut ܠܐ *non* et ܠܘ (Rom. 8, 12.).

b) ܐ et ܬ commutantur. α) In coniugg. Afel et Schafel earumque passivis ܐܟ interdum transit in Jud (§. 72.), ut ܐܝܬܝ *adduxit* a verbo ܐܬܐ *venit*, et in Afel Iudaizante ܐܬܦܥܠ, Hebr. הֶאֱמִין *credidit*, a verbo אָמַן. Similiter in nonnullis nominibus, ut ܪܝܫܐ, Hebr. רֹאשׁ, *caput*. β) ܕ in Paël et Ethpaal cum Jud permutatur, ut ܛܢܦ *polluit* et ܐܬܛܢܦ *pollutus est* a ܛܐܦ *immundus fuit*; frequentissime vero γ) ܬ transit in Jud, ut ܒܥܝ pro ܒܥܬ *gavisus est*; ܕܟܝ *purum reddidit* a ܕܟܝ *purus fuit*. Idem fit δ) ante terminationem emphaticam (§. 92.), vel femininam ܬ (§. 83.), ut a ܡܪܐ fit emphat. ܡܪܝܐ *dominus*, a ܒܚܝܪ *electus*, ܒܚܝܪܬܐ *electa*.

c) ܘ et ܐ. Media radical. ܘ transit in ܐ in Part. Peal Sing. m., ut ܩܐܡ pro ܩܡܐ *stans*.

d) ܘ et ܝ. ܣܛ transit in Jud α) plerumque in coniugg. Paël et Ethpaal, ut ܩܛܝܡ pro ܩܣܛ *stabilivit*, ܐܬܩܛܝܡ pro ܐܬܩܛܡ *stabilitus est*; β) in Part. Praes. Peal ante syllabam auctricem, ut ܩܛܝܡܐ *stans* (fem.), ܩܛܝܡܝܢ et ܩܛܝܡܢ *stantes* (Plur. m. et f.), pro ܩܛܡܐ, ܩܛܡܝܢ et ܩܛܡܢ.

e) ܝ et ܐ. ܦܥ Post praeformativa Inf. et Fut. Peal cum Olaf commutatur, ut ܠܡܒܝܥ pro ܠܡܒܥ *parere*; ܒܥܐ pro ܒܥܝ *paries* (f.) a verbo ܒܥܐ.

f) ܝ et ܘ. Jud regulariter transit in Waw α) in coniugg. Afel et Schafel earumque passivis, ut ܐܘܠܕ *generavit*, ܐܬܘܠܕ *generatus est* pro ܐܝܠܕ et ܐܬܝܠܕ, a verbo ܝܠܕ *peperit*, ܡܗܘܕܥ *nuntiavit*, ܐܬܘܕܥ *intellexit* pro ܡܗܝܕܥ et ܐܬܝܕܥ a verbo ܝܕܥ *scivit*. β) in nominibus quibusdam derivativis, ut ܡܬܢܬܐ *donum* a ܢܬܠ *dedit*; ܡܬܘܠܬܐ *onus* a verbo ܢܦܠ in coniug. Afel *duxit*; ܡܬܘܠܕܐ *partus* a verbo ܝܠܕ. Sic in nominibus ܡܗܘܕܝܬܐ *indicatio* et ܡܗܘܕܬܐ *promissio*, ubi Waw simul otiatur (§. 32, 2.), a verbis ܝܕܥ et ܐܡܪ derivatis.

Permutationes quiescibilium, quatenus consonantium vices gerunt et cum aliis litteris commutationem subeunt, videas §. 25, 4. c. et 5. c. d.

4) Quiescentes litterae cum non audiantur, sed vocalem tantum producere soleant, interdum hanc ob caussam etiam vocibus *inseruntur* iis, quarum radici non inerant. Itaque

a) *Olaf* multis verbis inseritur, quae in Chaldaica dialecto littera quadam geminanda utuntur, signo vero duplicationis sublato litterae geminandae litteram א geminationis loco postponunt (§. 17, 4.), ut ܩܒܠܐ, *Michael.* Chrestomath. pag. 99. ed. 1. pro ܩܒܠ *acceptio*, Chald. מְסַב sive מְסְאַב; ܡܐܬܩܠܐ *libra*, ibid. pag. 103. pro ܡܬܩܠ.

b) Idem Olaf in voce ܓܐܠܐ *mercator* aliâs ܓܠ scripta inseritur; ܒܥܠܐ *taedebit eum* aliâs ܒܥܠ, ܐܟܐܠ *displicuit*, Marc. 14, 4. a verbo ܟܠ. Quibus in verbis iisque similibus ex magna formae similitudine cum verbb. "ל ista scribendi ratio exorta esse videtur, quam praecipue plura nomina a Verbis "ע derivata sequuntur, ut ܫܡܥ, id quod ܫܡܥ *fama*; ܐܪܥ *orbis terrarum*, cfr. חֶבֶל.

In carminibus nonnullae voces metri caussa ܐ in *e* quiescens in principio post ܒ, ?, ܘ et ܐ serviles accipiunt: ܫܬ *sex*, ܟܬܒ *scheda, syngrapha*, ܐܦ *fortasse*; uti ܒܫܬ *in sex* apud Ephraemum [1]).

Graecae voces in Syriacum sermonem translatae ad *α* exprimendum litteram Olaf quiescentem accipiunt, ut ܬܓܡ *τάγμα*, ܕܦܢ *δάφνη*, ܡܬܠܐ *μέταλλα* 1 Macc. 8, 3. ܕܓ̈ܡ? *δόγματα* Assem. T. I. p. 166.; in meliori quidem et antiquo Syriasmo rarius, in sequiore vero persaepe etiam pro *αι* ut ܟܝܪܘ *καιρός*, ܟܦܠܐ *κεφάλαια*; praecipue pro terminatione Plur. *αι*, ut ܬܡܐ *τιμάι*, ܢܘܬ *ναῦται*. Olaf ponitur etiam pro ε, ut ܩܢܟܪܐ Κεγχρεαῖς Act. 18, 18.

c) Waw et Jud in nominibus exteris scribendis, propriis maxime persaepe ut matres lectionis ponuntur pro *o* et *i*, ut ܩܘܪܢܠܝܘ Κορνήλιος, ܬܘܪܝ *θρόνος*, ܣܘܦܛܝܘ Σεπτίμιος, vel ܐܬܝܢܝ Ἀθηνᾶς.

Simili modo ת quiescens in sequiore Syriasmo pro Graeco ε derivationis exprimendae studio ponitur, ut ܣܦܩܘܠܐܪܐ *σπεκουλάτωρα*, ܦܛܠܡܝ Πτολεμαῖος, ܙܒܕܝ Ζεβεδαῖος.

d) In nonnullis nominibus, etiam particulis, *Jud praecedente Pethocho*, in statu vero emphatico in syllabam ܝ commutatum, per paragogen adiicitur, ut ܣܘܣܝ *equus*, Hebr. סוּס [2]), ܐܝ et ܐܝܟ *si*.

e) Waw quiescens assumunt nomina nonnulla ante suffixa, ut ܐܒܘܢ *pater noster* ab ܐܒ,

1) Cfr. *Amirae* Gramm. Syr. p. 27—28.

2) Cum hac syllaba auctrice noli aliam confundere, qua adiecta Syri fingunt nomina abstracta; vid. §. 87 et 89.

ܐܲܚܲܝ *frater tuus* ab ܐܲܒܐ et ܚܡܝܟ *socer eius* a ܚܡܐ. Idem apud *Zabios* valet de his nominibus.

5) Interdum vero eandem ob caussam quiescentes, etiamsi in radice sint datae, prorsus *excidunt*, quod accidit

a) litterae Olaf in voce ܢܚܡܘ ܠܗ *taedebit eum* Luc. 18, 1. Act. 9, 38. pro ܢܚܡܐ sive ܢܚܐ a verbo ܚܡ *taedet.* Etiam prima radicalis in verbo flectendo excidit aut certe excidere potest (§. 72.), ut ܡܠܦ pro ܡܐܠܦ et hoc pro ܡܐܠܦ *docens*; ܢܠܦ *docebit* pro ܢܐܠܦ; in 1. Fut. Sing. verborum ''ا hoc regulariter fieri solet; ergo ܐܥܒܕ *edam* pro ܐܐܥܒܕ, ܐܡܪ *dicam* pro ܐܐܡܪ. Similiter in Imper. coni. Afel et Paël verborum ''ا ante suffixa, ut ܚܘܝܢ *ostende nobis* pro ܐܚܘܝ ,ܚܘܝܠܢ ܐܚܝܢܝ *vivifica me* pro ܐܐܚܝܢܝ.

In Zabiorum libris duae voces saepius hanc ob caussam per *crasin* coniunguntur, ut לאעבריא pro ܠܐ ܐܥܒܪ ܗܝ *non transibo illud.*

b) Waw et Jud praecipue in verbis primae aut mediae quiescentis eorumque derivatis excidere solent, ut ܝܕܥ *cognoscere* pro ܐܝܕܥ, ܥܕܬܐ *ecclesia, conventus* pro ܐܝܕܥ a verbo ܝܥܕ; ܩܡ pro ܩܐܡ *stetit*, ܡܩܡ *stare* pro ܡܐܩܡ.

Quando quiescibiles tanquam *consonae* excidant docet §. 28, 2. a. b. et 3. b.

II. *Vocalium mutationes.*

§. 34.

Uti in omnibus linguis, ita et in Syriaca vocalium mutationes ex quibusdam legibus in cunctis orationis partibus similiter observatis naturaeque et rationi singularum vocalium consentaneis fieri solent; quae igitur §. 13. allata sunt, necessarium huius rei fundamentum constituunt. Cum autem non omnes vocales mutari possint aut debeant, primum, quae prorsus nullam admittant mutationem, deinde vero, quando et quomodo reliquae mutentur, explicaturi sumus. Cuius rei caussa et in vocum incrementis et contractione vel diminutione, et in quibusdam euphoniae praeceptis versatur; minus dialectorum vis huc pertinet, toni denique locus an apud Syros in vocalibus mutandis aliquid valuerit, non liquet.

§. 35.

Vocales impurae.

Vocales *invariabiles* sive *impurae*, quae abiici aut cum aliis permutari nequeunt, sed manent, etiamsi vox litteris auctricibus incrementa capiat, hae fere sunt:

1) Vocales, quae in homogenea lectionis matre quiescunt (§. 12, 2.), ut

ܩܛܝܠܐ *interfectus*, Plur. ܩܛܝܠܐ; ܙܥܘܪ *parvus*, emph. ܙܥܘܪܐ; ܡܗܘܬܐ *substantia*, ܒܡܗܘܬܗ *in se ipso* (propr. *in substantia sua*); ܒܝܫ *malus*, ܒܝܫܐ *male*. Qua in re nihil refert, etiamsi littera illa quiescibilis exciderit, ita ut vocalis implicite tantum in ea quiescere possit, uti ܦܘܩ pro ܦܘܟ *eripe nos*, a ܦܘܟ *eripe*; ܛܒ pro ܛܘܒ, *bonus*, emph. ܛܒܐ. Sic ܡܣܟܝܢܐ a ܡܣܟܝܢ *pauper*; ܐܚܪܢܐ ab ܐܚܪܢ *alius*.

Excipias tamen ܘ, quod saepius breve est (§. 13, 4.), atque interdum abiicitur, permutatur aut transponitur, quamvis fulcro, sine quo scribi nequit, utatur, ut in Fut. Peal ante ܝ, ܐ et ܢ, ergo ܬܚܙܐ *visitabis* (m.), ܬܚܙܝܢ *visitabis* (f.) pro ܬܚܙܘܢ; similiter in nominibus ܝܘܡ *dies*, emph. ܝܘܡܐ; ܒܪܟ, emph. ܒܪܟܐ *genu*.

Aliae quoque vocales, praeter *o*, in homogenea quiescibili quiescentes, quamvis non prorsus abiiciantur, interdum tamen cum aliis aut diphthongis permutantur, ut ܥܝܢ *oculus*, emph. ܥܝܢܐ, ܒܝܬ emph. ܒܝܬܐ *domus*.

2) Abiici aut mutari quoquam modo nequeunt vocales illae, post quas ex analogia Hebraicae et Chaldaicae dialecti Dagesch forte poni debuisset; quamvis enim occidentalis Syriae incolae et sermo elegantior Dagesch forte non admittant (§. 17, 1.), in hac tamen re dialectos cognatas sequuntur; ut ܥܡ *populus*, emph. ܥܡܐ, ܦܬ *ala*, emph. ܦܬܐ (a radice ܦܪܚ pro ܦܪܚ); ܝܡ, emph. ܝܡܐ *mare*; ܩܕܝܫ, Plur. ܩܕܝܫܝܢ, cfr. Chald. קַדִּישׁ *sanctus*. Immutari nequeunt etiam

3) Omnes in universum vocales in penultima syllaba simplici sive per vocalem terminata, ut ܐܬܪ, emph. ܐܬܪܐ *locus*; ܥܕܢ, Plur. ܥܕܢܝܢ *saecula*; ܣܓܝ *multus*, ܣܓܝܐܝܢ *multi*; ܒܩܪ *visitans*, Plur. f. ܒܩܪ, ܒܬܪ *post*, ܒܬܪܟܘܢ *post vos*; ܫܘܚܠܦ *conversatio*, Plur. ܫܘܚܠܦܐ, ܟܬܪ *trabs*, emph. ܟܬܪܐ, ܙܒܢ *tempus*, Plur. ܙܒܢܝܢ, ܪܘܒܐ *myrias*, emph. ܪܘܒܐ.

4) Praeterea in ultima syllaba, cui maxime vocalium mutationes accidunt, regulariter nonnisi *o*, saepe etiam *u*, impurae vocales putantur, ut ܕܝܢ *iudex*, Plur. ܕܝܢܐ, ܙܒܢ *tempus*, Plur. ܙܒܢܝܢ, ܥܡܪܐ *incola*, Plur. ܥܡܪܐ.

Annot. 1. *C. B.* et *J. D. Michaelis* [1]) *i* etiam in ultima syllaba saepe impurum esse afferunt; cum vero in omnibus illorum exemplis vocalis *i* in Jud quiescat, hoc potius ad reg. 1. pertinet.

Annot. 2. Eam vocalem, quae Jud et Olaf vacuis ab dictionis initio tribuitur (§. 31,

1) *C. B. Michael.* Syriasm. p. 15. et *I. D. Michael.* Gramm. Syr. p. 77.

2.) cum *Opitio* [2]) et *Hezelio* [3]) pro impura habeas, uti in ܝܠܕ pro ܝܶܠܶܕ *peperit*, ܐܺܝܠܶܕ *partus est*, Chebozo impurum est. Idem de vocali Rebozo valet in ܐܶܒܶܠ *edit*, pro ܐܶܒܶܠ.

Utrum vocales has ob caussas impurae sint, nec ne, ex etymologia tantum et flexione vocum, deinde vero ex comparatione quoque reliquarum dialectorum apparet.

§. 36.

Reliquarum vocalium mutationes (Abiectio, Transpositio, Permutatio).

Praeter illas vero vocales impuras (§. 35.) Syris etiam *variabiles* sive *puras* esse, iam significatum est (§. 34.); quarum mutationes, cum fere omnes Syrorum vocales ancipites sint (§. 13.), minus quam in Hebraica dialecto ad *quantitatem* pertinent, sed in eo praecipue versantur, ut vocales 1) *abiiciantur;* 2) *transponantur;* 3) *permutentur* et 4) ubi nullae erant aut esse debuerant, *assumantur.*

1) Vocalium *abiectio* apud Syros multo simplicior atque expeditior, quam apud Hebraeos. Nunquam vocalis syllabae penultimae, si haec *simplex* fuit (§. 37, 3.), sed sola *ultima* vocalis abiicitur, dummodo fuerit *pura;* sed ne haec quidem abiicitur, ubi *littera* tantum, quae cum praecedenti syllaba coniungi potest, voci additur, ut ܩܛܠ *occidit*, ܩܛܠܗ, ܩܛܠܟ, ܩܛܠܟ̣; sed tunc modo, ubi *vera atque integra syllaba* post eam in vocis fine constituitur, in *syllabico* igitur vocis incremento finali, ut ܒܪ, ܒܪܐ *filius;* ܥܩܝܪ, ܥܩܝܪܐ *visitans;* ܡܠܟ, ܡܠܟܐ *rex.*

Finis huius abiectionis in eo positus videtur, ne syllabarum numerus in vocibus nimis augeatur, neve oratio fiat impeditior. Attamen non semper abiicitur, quaecunque vocalis abiici potest; praecipue in nonnullis formis, uti in 3 Plur. Praet. et 2 Imp. fem. ܩܛܠܘ *interfecerunt* (fem.) a ܩܛܠ, ܫܒܚܝ *laudate* (f.), a ܫܒܚ *lauda;* ܐܬܟܒܝ *subiectae estote!* Ita inprimis vocalis manet, si illius abiectione pronuntiatio fieret difficilior, ut in Imp. ante suffixa, ut ܥܒܕܗ *fac illud* a ܥܒܕ, ܐܟܠܝܗ *ciba eum;* deinde sicubi tertia radicis littera in Verbis et Particulis ante suffixa vacua relinquitur, vocalis syllabae ultimae retinetur, ut ܐܒܕܟܝ *perdam vos;* ܒܬܪܝ *post me;* ܒܬܪܝܗܘܢ *post illos;* ܒܬܪܟܝ *adsequetur vos.*

2) *Transpositiones* vocalium apud Syros praeter eam, quae a quiescibilibus Olaf et Jud usitata vocalis remissione efficitur (§. 33, 1. c.), haece saepius inveniuntur:

a) In Imp. Peal Plur. m. ante suffixa, ut ܫܩܠܘܢܝ *tollite me*, ܫܡܥܘܗܝ *audite eum* a

---

2) Syriasm. p. 12.

3) Ausfuehrl. hebr. Sprachlehr. p. 137.

ܡܩܛܠܗ et ܡܩܛܠܗ. In *Zabiorum* dialecto ex hoc more in illa Imp. forma cum suffixis coniuncta vocalem transponendi, ut ܡܥܩܪܢܝ *eradicate eum* [1]), ܘܪܚܡܢܝ; *amate eum*, ea exorta est scribendi ratio, secundam quam in Imp. sine suffixis vocalem ad primam radicalem crebro transponunt, ut ܡܫܡܥ *audite* [2]).

b) In nominibus quibusdam formae ܩܛܠ, cum vox ita in fine crescit, ut nova ibi oriatur syllaba, ut ܩܘܕܫ *sanctitas*, emph. ܩܘܕܫܐ pro ܩܘܕܫ; ܒܪܟ, emph. ܒܪܟܐ pro ܒܘܪܟ *genu*, et in Plur. ܒܪܟܐ *genua*. Similiter in femininis Nominum quorundam ad formas ܩܛܠ et ܩܛܠ formatis, ut ܚܒܠܐ, emph. ܚܒܠܬܐ *gravida*; ܥܓܠ, emph. ܥܓܠܬܐ *vitula*.

c) In nonnullis particulis compositis, ut ܥܕܡܐ pro ܥܕ ܡܐ *hucusque*; ܥܡܐ pro ܥܡ *usque dum*; sic etiam in particulis ܩܕܡ *contra* et ܩܕܡ *ante* post praefixum Lomad, ܠܩܕܡ, ܠܩܕܡܝ, nisi Beth et Dolath vocalem suam, scilicet ˙ amittit, ut ܒܩܕܡܝ *contra me*, sed ܒܩܕܡܢ *contra nos*.

d) In verbo ܐܙܠ *abiit*, quoties media radicalis vacua esse debet, ultima Lomad ad eam remittit vocalem, et ipsa occultatur (§. 27, 4. a.), ut ܐܝܬܠܟ *eseth* pro ܐܝܬ ܠܟ *es-leth* (abii), ܢܝܬܝܟܘ *nisun* pro ܢܝܬ ܠܟܘ *nis-lun* (abibunt).

e) Pronomina *separata* ܐܢܐ et ܗܘ pro verbo substantivo aut pleonastice posita, vocalem suam ad praecedentem vocem, si haec in fine vacua est, remittunt (§. 27, 2. b.), et He occultant, ut ܠܐ ܐܢܐ pro ܐܢܐ ܠܐ *non est*, ܡܢ ܗܘ pro ܡܢ ܗܘ *quaenam est?*

Annot. 1. Quodsi vocalis quaedam flexione transponitur, neque eadem est, quae primitus vocibus inerat; illa, qua principio voces utebantur, vocalis redit, ut ܣܦܪ *liber*, a ܣܦܪ pro ܣܦܪ. Quae regula in formis *segolatis* (§. 95. 96.), quas dicunt, praecipue tenenda.

Annot. 2. Plures vocalium transpositiones facillime dialectorum comparatione explicari possunt, ex quarum numero, ut rem uno tantum exemplo illustrem, haec memoratu digna: in Hebraica lingua Imp. cum suffixis coniunctus eodem modo ac in Syriaca vocalem retrahit, קְטֹל *interfice*, sed קְטָלֵנִי *interficias me* [3]).

3) *Permutantur* praeterea vocales plerumque ex regulis satis certis; qua de re haec inprimis notanda videntur:

a) *Rebozo* praeformativorum Inf. et Fut. Peal in syllaba simplici fit *Chebozo* (§. 72.

---

1) *Liber Adami* ed. Norberg. T. I. 84. fin.
2) *Liber Adami* T. I. p. 40. fin.
3) Quae hic et alias obveniunt Syriacae et cognatarum dialectorum similitudines, iam *Gesenius* passim delibavit in libris suis grammaticis, unde ad eum relegamus, si quis accuratius comparationem instituere voluerit.

73.), ut ܐܡܪ *dicere* pro ܐܡܰܪ, ܫܡܥ *parere*, ܚܝ pro ܚܝܐ *vivam*; ܐܙܠ *abibit*. Caussa huius rei in eo posita, quod *i* Syris longius erat, quam *e* (§. 13, 6.).

b) *Rebozo* creberrime et *Ezozo* aliquando ante gutturales et *Risch*, syllabam finientes, in *Pethocho* transit (§. 30, 1. 2.), ut ܫܕ pro ܫܕܰ *misit*; ܐܡ pro ܐܡܰ *dicens*; ܐܬܪ pro ܐܬܥ *impie egit*; ܥܒܪ *transibit* (fem.) pro ܥܒܪܰ, ܦܬܚ pro ܦܬܰܚ *aperiam*; ܫܡܥ pro ܫܡܰܥ *audi*; ܛܒ pro ܛܒܰ *liber*.

c) *Sekofo* terminationis femininae ܳ in stat. constr. mutatur in *Pethocho*, ut ܛܒܬ a ܛܒܳ *bona*; ܚܟܡܬ a ܚܟܡܳ *sapientia*. Non mirum est, cum Sekofo a multis Syris ut *a* pronuntietur (§. 11. III. Annot. 6.) [4]).

De mutatione litterarum ܝ et ܥ in his exemplis cfr. §. 25, 5. c.

Similiter Sekofo stat. emph. ante ܗܘ (est) cum Pethocho commutatur, ut cum Waw diphthongescere possit (§. 27, 2. b.), ut ܒܣܪܐ *besrau* pro ܗܘ ܦܓܪ *caro est*; ܗܢܘ pro ܗܢܐ ܗܘ et hoc pro ܗܘ ܗܢܐ *hoc est*.

d) Aliquot vocales cum quiescibili littera coniunctae, praecipue *e* et *i* in Jud quiescentes, vocum incremento finali cum quiescibili in diphthongum contrahuntur, ut ܥܝܢܐ ab ܥܝܢ *oculus*; ܒܝܬܐ a ܒܝܬ *domus*, ܫܠܡܬܐ *perfecta* (§. 37, 2.).

Annot. Uti in quaque lingua dialectorum omnium diversitas, ita ea quoque, quae Syriacae et reliquis Semiticae linguae dialectis inest, praecipue in vocalium permutatione versatur; itaque haud inutile videtur, Syriacum sermonem certe cum Hebraeo hac in re comparare.

1) Ubi aliae Semitarum dialecti vocali *ā*, ibi Syri plerumque vocali *o* utuntur, ut ܩܕܝܫܐ *sanctus*, Chald. קַדִּישָׁא; ܐܢܫ, Hebr. אָדָם; ܐܢܫ, אָדָם.

2) Pro *Cholem* Hebraeorum et Chaldaeorum apud Syros diphthongus *au* usurpatur, ut ܝܘܡܐ et ܝܡܗ *dies*, מַלְכוֹהִי et ܡܠܟܘܗܝ *reges eius*. *Kamez-Chatuph* et *Kibbuz* Hebraeorum Syri vocali *Ezozo* reddunt, ut קָרְבָּן *oblatio*, ܩܪܒܢܐ, רֻגְזָא et ܪܓܙܐ; *ira*; קֹדֶשׁ et ܩܘܕܫ *sanctitas*; כֹּל et ܟܠ *omnis*; אֶקְטֹל et ܐܩܛܠ *interficiam*.

3) Pro *Chirek* parvo Hebraeorum et Chaldaeorum Syri plerumque Rebozo habent, ut מִן et ܡܢ *ex*; pro *Zere* Hebraeorum et Chaldaeorum Syri saepius Chebozo ponunt, ut עֶשֶׂר et ܥܣܪ.

Alteram igitur dialectum vocales simplices, diphthongos alteram amare et substituere apparet, quae res etiam in diversissimis nostrae vernaculae dialectis obvia est.

---

4) Hunc in finem ait Barhebraeus (Gramm. metr. Cod. Gott. p. 8) de pronuntiatione Syrorum orientalium sive Chaldaeorum:

ܒܝܢ ܟܗܢܐ ܘܣܦܣܝ .

ܕܟܗܢܐ ܘܣܦܣܝ ܠܐ ܡܫܬܢܝ .

i. e. *Pethochō et Sekofo in lingua eorum nil differunt.*

§. 37.

Vocales adsumuntur.

Praeter breves vocales illas, quas Jud et Waw ab initio vocum vacua (§. 31, 2.) et ܐ ante ܣ (§. 31, 4.) accipiunt, in duarum consonantium concursu, cum consonantes a Syris non eadem oris volubilitate, qua a nobis, efferantur, vocalis assumitur. Haec vero regula ita accuratius definitur:

1) Cum duae litterae vocali destitutae ab initio vocis aut in alicuius syllabae principio concurrant, ita ut tertia demum consonans vocali utatur, prima consonans vocalem accipiat necesse est. Vocalis illa, quae novam constituit syllabam, usitatissime *a*, interdum *e* esse solet, ut ܒܥܒܕܢܐ pro ܒܥܒܕܢܐ *in coelis*; ܐܬܦܩܕ pro ܐܬܦܩܕ *visitata est*; ܦܠܓܐ pro ܦܠܓܐ *dimidia*, a Sing. ܦܠܓ; ܦܩܕ pro ܦܩܕ *visitavit* (fem.), ܝܠܕ *peperit* (fem.), ab ܝܠܕ pro ܝܠܕ, ܨܠܘ vel ܨܠܘ *preces* pro ܨܠܘ a Sing. ܨܠܘ.

Sic et in vocibus ab initio Olaf occultandum habentibus sequente littera vacua, ut ܐܬܝܕܥ, si littera praefigitur, haec vocalem *a* accipit, v. c. ܘܐܬܝܕܥ *et alii* pro ܐܬܝܕܥ. Cum vero littera vocali instructa tale excipit Olaf, ea, quae praefigitur, littera vacua remanet, ut ܐܢܝ *d'noscho* (hominis).

Annot. 1. Quibus in vocibus propter litterarum quiescibilium proprietatem vocalis ad primam radicalem remittitur (§. 33, 1. c. d.), si qua litterarum ܐ ܘ ; ܨ ab initio accedit, haec non relinquitur vacua, sed vocalem accipit eodem modo, ac si sequens vocali esset destituta [1]), ut ܐܦܩ pro ܐܦܩ *quod centum* (sc. dabat), Matth. 13, 8 et 23.; ܐܦܩ pro ܐܦܩ *et petiit*, Matth. 27, 58.

Annot. 2. Nonnulla nomina feminina in statu emph. Sing. non vocalem *a* sed *u* assumunt, v. c. ܙܘܥܬܐ *lapsus*, ܬܘܡܗܐ *miraculum*, ܫܘܒܚܐ *laus*, in stat. emph. ܙܘܥܬܐ, ܬܘܡܗܐ, ܫܘܒܚܐ pro ܙܥܬܐ, ܬܡܗܐ et ܫܒܚܐ.

Vocalem *a* litterae gutturales ibi quoque adsumunt, ubi ex analogia vacuae essent relinquendae (§. 30, 1.), ut ܪܥܝܐ *pastores* pro ܪܥܝܐ a Sing. ܪܥܝ.

2) Cum vero una ex iis litteris ad quiescibiles pertinet praecipue media in dictione, ea adsumitur vocalis, quae illi respondet et in illa quiescere potest (§. 33, 1. b.). Attamen non ita in Participiis passivis *Paël* et *Afel*, in quorum feminino emphatice posito, ut a Participiis activis earundem coniugationum distinguatur, quiescens Jud homogeneam vocalem *i* non accipit, sed cum Pethocho praecedenti

---

1) In Bibl. Polygl. Londin. et in Gutbiriana N. T. editione paucae occurrunt exceptiones, ut Eph. 6, 15. ܘܣܢܕܠܝܬ *et calceate.*

litterae apposito diphthongum format (§. 36, 3. d.), ut ܦܥܠ pro ܦܥܝܠ a ܦܥܠ *perfecta;* ܐܫܕ emphatic. a ܐܫܕ pro ܐܫܝܕ *reiecta;* activa Participia eorundem verborum ܦܥܠ *perficiens* (fem.) et ܐܫܕ *reiiciens* (fem.) formantur.

Simili modo in iis femininis Waw vacuum, quod terminationi illorum ܐ aut emph. ܐܼ praecedit, *u* recipit et in eo quiescit in statu emphatico, ut ܒܘܬܐ pro ܒܘܬ *gaudium;* sic etiam ante suffixa, dummodo illud ܐ affirmativum vocali utatur, ut ܒܘܬܝ pro ܒܘܬ *gaudium nostrum;* si vero illud ܐ femininorum formativum ante suffixa vacuum est, praecedens Waw movetur et usitato modo vocalem *a* assumit, ut ܒܘܬܠ *gaudium meum*, et ܒܘܬܟܘܢ *gaudium vestrum.*

3) Nonnullae voces, in quibus duae consonae se excipientes nulla utuntur vocali, primum a poëtis, deinde vero etiam a prosaicis scriptoribus partim *cum* vocali ad pronuntiationem levandam, partim *sine* ea elatae sunt et hanc ob caussam signa diacritica *Marhetono* aut *Mehagjono* in scribendo adiiciebantur (§. 19, 1. 2.), ut ܡܕܒܚ et ܡܕܒܚ *altare;* ܡܗܝܡܢ et ܡܗܝܡܢ *fidelis;* ܕܚܠ et ܕܚܠ *metus;* ܦܥܝܠ et ܦܥܠ *perfecta.*

Annot. Frequentissime etiam et fere semper in Bibl. Polygl. Londinens. litteris alias vacuis media in dictione brevis vocalis tribuitur, ut ܢܫܬܘܢ pro ܢܫܬܘܢ *producant* Gen. 1, 19; ܐܫܟܚ *inventus est* pro ܐܫܟܚ Gen. 2, 20. ܟܠ ܕܫܟܚܢܝ ܢܩܛܠܢܝ *qui invenerit me, occidet me* 4, 14. Immo etiam Waw alias diphthongescens in nonnullis fit mobile, ut ܪܒܐ pro ܪܒܐ *magni* 1, 16. 21.; ܟܘܟܒܐ pro ܟܘܟܒܐ *stellae* 15, 5. cll. 1, 16.

III. *Syllabae.*

§. 38.

1) De syllabarum et origine et divisione valent regulae Hebraeorum [1]); sunt igitur *simplices* (purae) et *compositae* (mixtae). Eae *longa* vocali uti solent, his autem cum longas tum breves tribuere licet vocales. Ante litteras ex analogia dialectorum *dagessandas* syllaba simplex brevi uti potest vocali (§. 17 et 18.), ut ܒܫܪ *annuntiavit,* ܪܚܒ *latus,* ܣܓܝ *multum.* Brevis vocalis ab initio in syllaba simplici litteris Olaf et Jud addita pro Scheva ponitur (§. 31, 2.).

2) Syllabae Syrorum aeque ac Hebraeorum a consonantibus inchoantur; exempla vero, uti ܐܟܠ *echal* et ܐܝܠܕ *iledh*, verae exceptiones vix possunt nomi-

1) *Gesen.* hebr. Grammat. §. 19.

nari, cum pro אַבַל et יֶלֶד cum brevi *e* et *i* scribantur (§. 31, 2.). Plerumque autem syllaba *una* tantum, interdum *duabus*, nunquam tamen pluribus incipit consonantibus, ut ܟܪ | ܒܨ *in rege*, ܕ̈ܚܠ | ܕ̈ܫ *timor*, ܩܛܠ *interfecit*. Hoc in caussa est, quod exoticis vocibus, si quae pluribus consonantibus incipientes in Syriacum sermonem recipiuntur, Olaf prosthetice praeponitur (§. 29, 1.). Syllaba quoque una, perraro duabus, finitur consonis, ut ܫܪܫܐ *principium*, ܨܦܪܐ *avis*, ܩܛܠܬ *interfecisti*, ܐܢܬ *tu*. Duabus consonantibus fere nullae terminantur voces, nisi illae, quae in fine otiantibus utuntur litteris et formae 2 personae in Praeteritis verborum. Huc pertinent ܒܪܬܐ *filia*, ܪܟܘܫ *curre*, in quibus consonans ; occultatur (§. 27, 4. c.), et nonnulla alia.

3) Hebraeorum et Chaldaeorum vestigia in definiendis vocum syllabis Syri presserunt. Unde vacuam litteram post brevem vocalem cum praecedente syllaba, et post diphthongum semper, post longam vocalem plerumque cum sequente coniungunt. Si duae litterae vocalibus destitutae sunt, prior ad praecedentem, posterior ad sequentem pertinet syllabam; quae res ne eo quidem mutatur, quod syllaba praecedens longa utitur vocali ut ܒܘܪ̈ܟ̇ | ܬܐ *bur-k'tho* (benedictio), ubi syllaba composita *bur* cum longa vocali notanda.

IV. *Tonus eiusque mutatio.*

§. 39.

Linguae mortuae tonus cum duplici tantum modo possit definiri, aut signis eum indicantibus, aut grammaticorum regulis, dum lingua florebat, memoriae traditis, de Syriae linguae tono certi quicquam nequeo docere. Etenim antiquissimi grammatici Syria ipsa oriundi hanc rem omnino praetermiserunt, ita ut neque Maronitae neque quisquam eorum, quibus contigit Syris institui magistris (§, 5, 1. 2.), eam ne verbo quidem commemoraverint. *Barhebraeus* vero [1]) de *rhetorico*, qui dicitur, tono praecepit [2]), sed haec memoratu digniora non tetigit. Itaque *Crinesius* [3]), *Dilherr* [4]), alii, Hebraeorum pronuntiationem in Syriacis quoque sequendam nimis temere opinati sunt. Etenim dialecti cognatae analogia certa non constituitur regula; eodemque iure ad Arabicam dialectum posses respicere. Alii vero, *Ludovico de Dieu* praeeunte [5]), nescio qua nisi auctoritate plures de tono regulas proposuerunt [6]), quas igitur, quanquam non probatas, ne quid desideretur, hoc loco paucis repetere lubet.

---

1) Grainm. metr. Cod. Gott. p. 166—169).

2) ܟܬܒܐ ܕܡܬܪܓܡܢܐ ܥܠ ܡܢܝܢܘܬ ܩܪܝܢܐ ?ܘܥܠ ܡܢܝܢܘܬ ܣܥܪ̈ܐ *de mensura et tenore in orationis lectione.*

3) Gymnas. Syriac. Lib. I. cap. VI.

4) Rudiment. grammat. Syr. p. 25.

5) Gramm. lingg. orientt. harmonic. p. 55. sq.

6) *Dilherr.* Rudiment. gr. Syr. p. 23. sq., *Hottinger.* Rudiment. gramm. harmon. p. 16., *Leus-*

1) Tonus in vocibus Syriacis non nisi in *ultima* et *penultima* syllaba locum habet, plerumque et *regulariter* in *penultima* est, ut ܡܲܠܟܳܐ *málco* (rex), ܡܲܠܟܬܳܐ *mál-k'tho* (regina), ܛܽܘܪܳܐ *túro* (mons), ܒܬܽܘܠܬܳܐ *b'thúlo* (virgo), ܟܘܬܝܢܬܳܐ *kuthinitho* (tunica). Toni sedes non mutatur, etiamsi in nonnullis vocibus brevis quaedam vocalis assumitur et *Mehagjono* linea indicatur (§. 19, 2.); quamvis enim penultima tunc antepenultima esse videtur, vocalis tamen assumta ita brevis est, ut novam accessisse syllabam vix audias, ut ܕܲܚܠܬܳܐ *déch-ltho* et ܕܶܚܶܠܬܳܐ *déchĕltho* (timor) [7]).

2) *Ultima* syllaba acuitur in iis vocibus, quae, originem si spectes, monosyllabae erant, ut ܝܬܲܒ (sedit) ithébh pro ܝܲܬܰܒ; deinde in universum in iis, quae mobili quidem, sed vacua terminantur consona, ut ܪܲܬܚ (fervens) *rothách*, ܡܲܠܟܰܝ *malkai* (reges mei); praecipue vero terminationes ـܝܢ, ـܘܢ, ـܝܢ, ـܘܢ, ـܳܐ tonum sibi vindicant, ut ܡܲܠܟܺܝܢ *malkín* (reges), ܓܒܽܘܪܳܢ *g'bhurón* (fortitudines), ܡܲܐܬܶܝܢ *mathén* (ducenti), ܩܛܲܠܬܽܘܢ *k'taltún* (interfecistis), ܡܲܠܟܽܘܬ *malkúth* (regnum), itemque apocopata in *u* et *i* desinentia, ut ܡܲܠܟܽܘ *malkú* (regnum), ܟܳܪܺܝ *kori* (trabs) [8]).

3) In vocibus exteris, praecipue *Graecis*, si ultima aut penultima tonum habebat, apud Syros in eadem syllaba manebat, uti *εὐχαριστία* ܐܘܟܲܪܝܣܛܺܝܐ *eucharistia*; *βασιλεῖος* ܒܲܣܝܠܺܝܘܣ *basilios*; si vero Graeci antepenultimae tonum tibuerent, Syri eum, quia in illa syllaba poni nequibat, penultimae dare solebant, ut *εὐαγγέλιον* ܐܘܲܢܓܶܠܝܽܘܢ, *evangelion* [9]). In trisyllabis et plurisyllabis plerumque penultimam tono affici aiunt, ut ܡܲܙܡܽܘܪܳܐ *masmúro* (cantus), ܕܲܡܡܲܝܟܽܘܢܳܐ *dammaikóne* (irrisorum).

---

den. Schol. Syriac. p. 33. sq., *Grafunder.* grammat. Syr. p. 19. sq., *Cellar.* porta Syriae patentior. p. 3. *Opitii* syriasm. p. 24. *C. B. Michaelis* Syriasm. p. 29. et *J. D. Michaelis* gramm. Syr. p. 49. sq.

7) *J. D. Michaelis* (Grammat. Syr. pag. 50.) dubitat, annon in iis vocibus, quarum penultima *ŭ* pronuntiatur, tonus in antepenultimam ascendat, ut ܐܲܚܘܢܳܐ *áchuno* pro *achúno* (fraterculus); sed brevis vocalis etiam in aliis linguis, uti in Graeca, tonum accipere potest.

8) *J. D. Michaelis* (Gramm. Syr. p. 51.) hic quoque exceptiones tunc statuendas esse putat, cum ultima syllaba brevi utitur vocali, quasi talis syllaba acuta esse nequeat, ut ܟܲܪܝܘܢܬܽܘܢ *kerjonchun* (lectio nostra). Haec autem argumentatio non firma est; nam Hebraeorum ־כֶם, ־כֶן, et afformativa ־תֶם, ־תֶן, quamvis brevem vocalem habeant, tonum sibi arripiunt (*Gesen.* Lehrgeb. der hebr. Sprache p. 177.).

9) *J. M. Dilherr* (Rudimenta ling. Syriac. p. 24. sq.) cum reliquis non omnino consentit. Vult enim primam syllabam, si in consonam exeat, sub qua intelligatur Scheva quiescens, attolli, ut ܡܲܠܟܳܐ *málko*; idem fieri ait in tali secunda, ut ܐܲܚܶܠ *halĕch* (ivit); si vero utraque ita se habeat, utramque eodem tractu pronuntiari, ut ܦܩܲܕ *pékdáth* (praecepit fem.); si neutra denique habeat Scheva quiescens, tum primam elevari, ut ܛܳܒ *tóbho* (bonus). Non autem verisimile est, in bisyllabis duplicem fuisse tonum. Vel *Opitius* (Syriasm. p. 24.) ceteroquin grammaticus excellens hac in re *Dilherrum* sequi non dubitavit.

LIBER SECUNDUS

De Orationis Partibus.

§. 40.

Radices; grammatica Syriaci sermonis formatio in universum spectata.

Quae *Gesenius* [1]) de Hebraicae linguae *radicibus* et *structura grammatica* bene docuit, eadem in universum de Syrorum sermone valent; ubi vero apud Syros hac in re aliter sit statuendum, iam (§. 1, 4—6. §. 2.) significatum est, unde ea hoc loco repetere non attinet. Itaque haecce tantum animadvertamus:

1) Radicum forma solennis est *trilittera*, uti apud Hebraeos; differt tamen ab Hebraea in eo, quod tres litterae, quibus radix constat, *una*, neque Hebraeorum more *duabus* syllabis pronuntiantur; quam rem probant cum usitatissima Verbi forma, ܩܛܠ pro קָטַל, tum nominum plura, v. c. segolata (§. 94 sq.). Praeter trilittera vero etiam *plurilittera* in Syriaca lingua inveniuntur eaque plura quam in Hebraica. Eorum sunt partim exotica a Syris recepta, ut ܟܬܓܪ κατηγορεῖν, ܐܬܡܫܝܚ *Christo nomen dedit*, partim e radicibus trilitteris exorta, qua in re quasnam sequantur regulas, iam *Gesenius* accuratius definivit [2]).

Annot. Eas litteras, quae radicem ipsam constituunt, *radicales* (ܐܘܪܝܫܝܬ), reliquas vero, quae ultra eas accedunt, *serviles* (ܡܘܣܦܝܬ, ܡܘܫܡܫܢܝܬ) nominant. Illae quidem sunt undecim ܐ ; ܒ ; ܓ ; ܕ ; ܗ ; ܘ ; ܙ ; ܚ ; ܛ ; ܝ ; ܟ, hae contra, quae tamen saepe vel solae inter sese,

---

1) *Lehrgeb. der hebr. Sprache.* §. 53 sq.

2) *Lehrgeb. der hebr. Sprache.* p. 861 sq. *Erste Beilage. Ueber die Bildung der semitischen, insbesondere der hebraeischen Wurzeln, die mehr als 3 Stammconsonanten haben.*

vel etiam cum radicalibus, radices constituunt, sunt totidem ا ص ؟ ة ه ـه ـهـ و ى ي ء. Serviles sunt autem aut *essentiales* sive *formativae* (praeformativae, afformativae) aut *non essentiales*, ad quas pertinent litterae prostheticae (§. 29.).

2) *Partes orationis* varie a variis conceptae et digestae sunt [3]). Itaque quidam ex Syrorum grammaticis omnes orationis partes ad tres: *nomen*, *verbum* et *coniunctionem* (هڤا, ܥܒܕܐ, ܐܦܝܐ) restringunt [4]); alii vero (ita *Elias* et multi ante eum [5])), Graecorum vestigia prementes septem enumerant omissa interiectione (§. 4, 11.), et Maronitae denique, ut in lingua latina, octo constituendas esse iubent. Quanquam Amira ipse [6]) hanc commendaverit enumerationem, antiqua tamen illa divisio, quae *orientalibus* in universum placuit [7]), valde apta est, si modo teneas particulam ditione sua continere universam suppellectilem *pronominum* (*suffixorum*), *adverbiorum*, *praepositionum*, *coniunctionum et interiectionum* [8]).

Verbum nihil complectitur apud antiquos grammaticos, nisi varia verbi tempora; participium autem et infinitivus nomini saepius adnumerantur. Tres orationis partes ita quoque potes definire, ut distinguas nomina (substantiva, adiectiva, pronomina separata) subiectum plerumque, interdum etiam praedicatum, indicantia; deinde attributiva, quibus praedicatum exprimitur, et denique particulas, quae neque subiectum, neque praedicatum fingunt, sed rationem, quae inter notiones intercedit, significare solent.

3) Disceptatum est inter Semiticae linguae grammaticos priusne esset *Nomen* an *Verbum* et plerique pro Verbo pronuntiarunt. Apud Syros eandem dissensionem non animadvertimus [9]). Itaque ordo quem in orationis partibus sequamur, hac ratione non definitur; *Barhebraeus* vero (Gramm. metr.) eum praetulit, quem logices praecepta commendabant: nomen, verbum, particula. Rectius

---

3) *Amira*. Gramm. Chald. p. 56. *Isaac Sciadr.* gramm. p. ـــ sq.

4) *Isaac Sciadr.* pag. ـ.

5) *Amira*. Gramm. Chald. p. 56.

6) Gramm. Chald. p. 57.

7) *Gesen. Lehrgeb. der hebr. Sprache* p. 189. *Grammatica Arab. dicta Gjarumia ed. Erpen.* p. 4. Ab *Arabibus* ita partes orationis distribuentibus hic mos post ad *Persas* et *Turcas* quoque venit. Vid. *Barhebraei* gramm. metr. (Cod. Gotting. p. 4—5.) de hac divisione apud Syros obvia.

8) Etiam Aristoteles ita orationem distribuit; vid. *Dionys. Halic. de compos. verborum* c. II. p. 19. ed. Schaefer. Quinctil. I, 4.

9) *Amira* quidem (Grammat. Chald. p. 57. et 250.) et *Isaac Sciadrensis* (Gramm. Syr. p. ـ) a nomine verbum exstitisse aiunt, sed hac in re non antiquorum sententiam, sed suam tantum ipsorum opinionem afferunt. Corporis membra et animantia ab initio nominibus, notiones vero, quae *actionem* et *existentiam* indicant, etiam apud Syros iam ab initio verbis significatae sunt. Si vero Infinitivum Nomini attribueres, rem tamen non mutares, namque hoc fieri tantum potest quoad formam externam (structura, articulo cet.), discrimen vero inter nominis et verbi notionem semper manet; cfr. v. c. ـــ *homo* et ـــ *scribere*.

formationem et flexionem respexisset ille grammaticus; tum enim verbum nomini, verbo vero pronomen anteposuisset. Nos igitur initium facimus a *pronomine*, quo verbum flectitur et quocum nomina coniunguntur; inde ad verbum descendimus, quippe quod plerumque nomina parit eorumque formationem et flexionem regit; hinc ad *nomen* et postremo ad *particulas* accedimus [10]).

4) Cum omnes Semiticae linguae dialecti minus flexione, quam vocalis radici suffigendis et praefigendis (pronominibus et particulis) primitivam significationem variare et qua ratione radix ad alias voces utatur, definire soleant [11]), neque Syriaca aliam potuit ingredi viam, quod praecipue *Praesentis* formatio (§. 49.) luculenter docet. Est sane pariter atque in Arabum sermone illa formarum origo plerumque minus perspicua, sed Hebraicis comparatis praeter omnem ponitur dubitationem [12]). Inveniuntur autem etiam formae, quarum etymologia non solum obscura est, sed etiam accurate explicari nequit, ut terminationes Plur. ‫ין‬, ‫ון‬, alia. *Veram flexionem* subit verbum Syriacum in *formandis coniugationibus*, quae dicuntur [13]) et in *nominibus* ab ipso *derivatis*. Compositio Syriacae linguae non omnino exemta est (§. 90.), sed composita inprimis *appellativa* raro inveniuntur.

5) Cum dialectus Syriaca propter malam gentis sortem (§. 3.) aliarum et cognatarum et non affinium linguarum vi et potestate defatigaretur multaque verba aliena recipere paene coacta esset (§. 4.), neque flexio et formatio pura et

---

10) *Vaterus* quidem contra hunc ordinem disputavit (*Handbuch der hebr. syr. chald. und arab. Sprache* ed. 2. p. VII.): *Mit allgemeiner Grammatik anhaltend beschaeftigt, wuerde ich mich z. B. nie entschliefsen koennen, die Grammatik einer Sprache mit dem Pronomen anzufangen, es waere denn, dafs die Methodik der ersten Erlernung derselben es bei weitem mehr fordern sollte, als im Hebraeischen. Wenn man mit dem Nomen anfaengt, so koemmt das Capitel vom Pronomen vor dem vom Verbum zu stehen — mehrere Grammatiker haben das Nomen so vorgestellt; dafs man dann mit der Darstellung der Formen desselben nicht auch sogleich alle von irregulaeren Verben abgeleitete aufstellen kann, ist freilich wahr. Diese sind aber auch nicht fuer den ersten Anfang.* Sed in hoc ipso eius dicto non omnino desunt, quibus nostra partes orationis disponendi ratio commendetur. Concedit enim *Vaterus*, formationem nominis, cum a verbo pendeat, nonnisi verbo absoluto, intelligi posse. Discendi vero methodum in Semiticae dialecti etymologia respicias necesse est, quae ordinem admittit nullum alium. Exemplum vero antiquiorum grammaticorum, qui sola logices praecepta de recta cogitandi ratione, cum in grammatica adornanda methodicen melius secuti essent, volebant adhiberi (pag. 47. not. 14.), hac in re nihili est aestimandum. Nam methodus eorum in universum minus apta est. Vid. quae ad §. 48. notavimus.

11) Vid. *Gesenii* Lehrgeb. der hebr. Spr. §. 54. b.

12) Qui vero Hebraicam linguam non prius quam Syriacam didicerit, is sane in permultis grammaticae partibus veram indolem non perspiciet, unde *Dilherrus* minus Graece quidem, sed summo iure rudimenta sua inscripsit: οὐδεὶς ἀνεβραῖος εἰςίτω. Cfr. etiam ea, quae hac de re in praefatione monuimus.

13) De hac aliisve notionibus Semiticae linguae peculiaribus adeas *Gesenii* grammaticas Hebraeas. Huc pertinet *Lehrgeb.* §. 67.

sincera mansit, sed exteris hic illic praecipue in nominis flexione (§. 94 sq.) valde polluta est. Etenim ab initio permagna librorum copia in libris sacris vertendis et illustrandis, deinde in scriptoribus Graecorum classicis Syriace interpretandis versabatur, unde Graeca lingua potissimum maximam vim in Syriacum sermonem diu exercebat. Itaque minus de *Hebraismis* et *Arabismis*, sed praecipue de *Graecismis* in etymologia dicendum erit [14]).

6) *Articulus*, quem Gesenius primam orationis partem in grammatica Hebraica esse voluit, Syris, Chaldaeis et Zabiis revera deest; *statu* tamen *emphatico* (§. 92.) suppletur, ita ut haecce nominis formatio domesticum *dialecti Aramaeae* constituat characterem, per quem ab Hebraea et Arabica facillime distinguatur.

Caput Primum

De Pronomine.

---

§. 41.

Pronomen personale a) *separatum.*

1) *Pronomen* a Syris nominatur ܟܘܟܝ ܡܠܐ. *Personale* duplex est, alterum ܡܠܐ ܦܫܝܛܐ *simplex* aut ܡܠܐ ܦܪܝܫܐ seu ܦܪܝܫܐ *separatum;* alterum vero ܡܠܐ ܡܬܚܒܪ *compositum* aut ܡܠܐ ܣܘܦܝܩܐ *suffixum.* Utrumque eodem modo usurpatur et ab altero differt, atque Hebraeorum pronomina separata et suffixa [1]).

2) Separata in hacce exhibentur tabula:

	Sing.	Plur.
1. comm.	ܐܢܐ *ego.*	ܚܢܢ *nos.*
2 m.	ܐܢܬ *tu.*	ܐܢܬܘܢ *vos.*
2 f.	ܐܢܬ *tu.*	ܐܢܬܝܢ *vos.*
3 m.	ܗܘ, ܐܘ *ille.*	ܗܢܘܢ, ܗܢܘܢ, ܐܢܘܢ *illi.*
3 f.	ܗܝ, ܐܝ *illa.*	ܗܢܝܢ, ܗܢܝܢ, ܐܢܝܢ *illae.*

---

14) Hoc loco de idiotismis tantum grammatici generis sermo est; qui vero spectant significatum radicum, phrasium usum, ii a lexicographis sunt enucleandi.

1) *Gesenii* Lehrgeb. der hebr. Spr. §. 56.

3) Omnia personalia separata nominativum solent significare, exceperis tamen أنْ et أيمـ, quae post verba transitiva accusativi, ubi vero pro verbo substantivo ponuntur, nominativi vices gerunt.

ANNOTATIONES.

1) Pronominis أنا, cum pro verbo substantivo *sum* usurpatur, Olaf prius occultatur (§. 27, 2. a.) et sequens syllaba cum praecedente dictione, sive Participio, sive Nomine, sive Pronomine, in unam dictionem coalescit; ut أنا أمر *dico.* Utrumque pronominis usum nonnulli distinguunt puncto, quippe quod super formam plenam أنا, et infra formam defectivam أنا ponunt; e. c. أنا أنا *ego sum.* Olaf occultatum etiam plane abiiciunt (§. 28, 1. a.) et praecedenti voci adiungunt, ut ماكنا pro ماأنا Eph. 3, 13. et si Part. desinit in ا, id quoque exstirpant حينا *oro* pro حيا أنا.

Plur. ـمـ, cum significat verbum substantivum, abiecto ـمـ coalescit saepius cum praecedente dictione (§. 27, 4. Annot. §. 28, 2. g.), ut مْنِدْمـ *legimus*, مْبِدْهِدْمـ *sancti sumus*, et quamquam saepe separatim scribatur مْنِدْمـ ـمـ et مْبِدْهِدْمـ ـمـ, a multis tamen Syris ـمـ non pronuntiatur [2]). Neque tamen desunt, teste *Amira* [3]), qui separatim ea legant, et fortassis, addit ille, non male.

2) Pronomina 2 pers., si verbum substantivum indicant, semper cum praecedente dictione coalescunt, ut أنت مْكِدْ *natus es*, itaque et saepe *Olaf* et *Nun* abiectis scribuntur (§. 49.), v. c. مْكِدْ. Sic in Plur. أنتن مْكِدْ et neglecto Olaf cum vocali ْ, post Participia nunquam adscripta, مْكِدْ أنتن, quod cum *iliditun* legatur, saepe etiam ita scribitur, ergo مْكِدْأنتن.

3) Pronomina 3 pers. Sing. ـمـ et ـمـ, sicubi verbum substantivum valent, ـمـ occultato pronuntiatione, saepe et scriptione, coalescunt cnm praecedente dictione (§. 27, 2. b. α.), ut مْنِبْمـ et مْنِبْمـ *honorabile est* [4]). Inter Syros orientales et occidentales de pronun-

---

2) Hanc sententiam sequitur *Barhebraeus;* cfr. eius gramm. metr. (Cod. Gott.) p. 68. Ita et Isaac Sciadr. (Gramm. Syr. p. ـ.)

3) Gramm. Chald. p. 25.

4) *Lud. de Dieu* (Gramm. harm. p. 136.) informis huius generis مْكِدْمـ *contra me est* Jud et He supprimi voluit, ita ut legendum sit hoc exemplum *lukbalu;* sed hanc sententiam, quantum scimus, nullus antiquorum grammaticorum praeivit; neque video, cur Jud otiosum, vocali sequentis vocis remissa, pronuntiari nolis. Idem *de Dieu* editionibus N. T. parum accuratis perductus alium commisit errorem; *quod si* (voci مْنِ) *praecedens dictio*, inquit, *terminatur in* ا *praecedente* ، *mutatur semper illud* ، *in* ْ, *sive separatim scribatur* مْنِ, *ut Matth.* 24, 23: مْنِهَاوْنِ *hic est, horchaü, ab* هَاوْنِ *hic et* v. 26. مْنِهَاوْنِ *in deserto est, bhhourbaü, a* بْهَوْنِ *desertum sive coalescat.* Si enim illud Sekofo vocis, quam vocula مْنِ excipit, in Pethocho transit, مْنِ

tiatione harum vocalarum non omnino constat pro verbo substantivo aut pleonastice positarum [5]). Si quidem vocibus in littera vacua desinentibus postponuntur ܐܢ et ܗܝ, mutatio iam significata locum habet; si vero vox praecedens ܐ finitur, Syri hoc in Pethocho transmutant, et cum Waw diphthongescunt; itaque ܐܬܝܗܘ ܘܐܬܡܪ ܐܝܬ ܘܐ *et memorati sunt, Deum esse suum adiutorem*, pro ܐܢ ܐܬܡܪ ܐ. Hac in re et orientales et occidentales consensisse videntur, neque tamen similiter in pronuntiando ܗܝ, quod cum terminationem ܐ excipit, illi Sekofo cum Pethocho commutant, ut ܩܪܝܒܬܐ *proxima est*, ܡܢܘ ܗܐ *quid est?* ܗܕܐ *haec est;* hi vero Sekofo retinent, ut ܪܒܬܐ, ܪܒܐ *magna est*, immo etiam vocalem vocis ܗܘ voculam ܐ praecedentis cum Sekofo permutant, ut ܐܬܗܘ, quanquam non mutari solet, ut ܐܬܗ *mundus est.* Huius discriminis caussam puto Syrorum orientalium propensionem ad vocalem *a*, et occidentalium creberrimum vocalis *o* usum (§. 4, 8.). Qua horum pronominum singularitate quiescentes quoque litterae ad gerendum consonarum vices coguntur; e. c. ܐܢ ܐܝܟܝ *iki-ju* (frustra est); ܐܢ ܗܘ *ha-vu* (ille est), ܟܠ ܡܕܡ ܕܝܠܝ ܐܢ *kul medem d'dhil-ju* (omnis res, quae mihi est.).

4) ܐܢ et ܗܘ, ܐ et ܐ puncto diacritico distinguuntur (§. 9, 2.); quid vero discriminis sit quoad significationem inter ܐܢ et ܗܘ, ܗ et ܐ, inter ܗܢܐ et ܗܢܐ, inter ܗܠܝܢ et ܗܠܝܢ accurate descriptum non invenimus. Maronitae [6]) ܐܢ et ܐ vertunt *ipse, ipsa;* ܐܢ vero et ܐ *ille, illa* et in Plur. ܗܢܐ et ܗܠܝܢ rem praesentem, et quae in medio sit, ܗܢܐ vero et ܗܠܝܢ rem distantem absentemque denotare, aliquando tamen inter se confundi praecipiunt. Iis tamen melius *Lud. de Dieu* [7]) veram docuit diversitatem. Etenim ܗܘ et ܐ non aeque ac ܐܢ et ܗ pro verbo subst. ponuntur, nisi forte in particulis coniungendis, ut ? ܗܘ ܐܝܟ *tanquam si* 1 Cor. 4, 6. 18 et alibi, et minus ad solam emphasin, elegantiam et confirmationem adhibentur [8]), sed verum faciunt demonstrativum, unde neque pronuntiando, neque scribendo coalescunt cum praecedente dictione, e. g. ܗܐ ܗܕܐ ܒܗ ܗܘ ܒܗ ܒܗ *de die illo et hora illa* [9]).

---

suum Ezozo necessario abiicit; itaque *Schaafius* in N. T. editione illa exempla recte ita imprimi curavit ܗܘ ܕܐܬܪܥ, ܗܘ ܐܬܪ.

5) Chaldaei remotiores et propinquiores a Maronitis nominantur; vid. Amirae gramm. chald. p. 243, aut Syri et Chaldaei (Isaac. Sciadr. gramm. Syr. p. ما).

6) Amirae gr. chald. p. 239. Isaac Sciadr. gr. Syr. p. مد sq.

7) Gramm. harmon. p. 139 sq.

8) *Lud. de Dieu* nimium sibi sumsit ratus, ܗܘ et ܐ nunquam ad hanc rem usurpari; etenim non desunt exempla, in quibus non plane necessarium videtur, ut ܗܘ ܐܬܚܠ ܒ ܡܕܝܢܬܐ ܕܡܘܣܝܐ? *incipit a regione Mysiae*, Ephr. Opp. Syr. T. I. p. 122. D., ubi plura huius generis invenies.

9) Tertium vero discrimen, quod *Lud. de Dieu* (l. l. p. 140.) constituit, ludicrum esse opinor.

5) ـِدْ et ـِسْ ita a ـِدْ et ـِسْ differunt, ut plerumque Acc. exprimant et pro suffixis (§. 42.) 3 Plur., quibus Syri carent, usurpentur, e. c. ـِدْ ـُوْ *miserunt illi* et ـِدْ ـُوْ *miserunt illos*; et denique saepissime verbum substant. suppleant.

6) *Zabiorum* pronomina partim conspirant cum Syriacis, ut אנא *ego*, חנין et אחנין *nos*, אחון *vos*, הר et הוא *ille*, הינון *illi*, partim ad aliarum dialectorum formas propius accedunt, ut אחא et אנאת [10]) *tu*. In *Carpentoractensi* et *Palmyrenis* inscriptionibus pronomina separata, si recte memini, non inveniuntur.

§. 42.

Pronomen personale b) *suffixum, praecipue Verbi.*

1) Forma Pronominum suffixorum, quae separatis originem debent [1]), partim non ab ea, quae nunc in usu est, pronominis forma, sed ab obsoleta et antiquata oboriuntur. Quam rem probat cum dialectorum cognatarum analogia tum nonnulla harum formarum in dialectis vestigia. Itaque pronomen 2 pers. olim non ـَ sed ـَر scriptum fuisse videtur ـَر, ـَحْ, ـَحْ et ـَحْ, unde eiusdem personae suffixa ـَر, ـَحْ, ـَحْ et ـَحْ profecta sunt. Alia suffixa minus ad usitatam separatorum formam, quam ad Hebraica accedunt, ut suff. 1 pers. ـ et ـَ = ـ. et ـִי, alia eam quidem respexisse videntur, sed post originem quasi oblitterarunt, ut suff. 3 pers. ـَ, etiam ـَ et ـَ scriptum, ـَ et ـَ.

2) Haec pronomina decurtata cum verbis, nominibus et particulis in fine coniunguntur, nec in quavis harum coniunctionum eandem recipiunt significationem. Etenim verbis annexa *accusativum* pronominis indicare solent, ut ـُكْـَ *interfecisti me*, nominibus vero coniuncta *genitivum* significant, et vicem *pronominum possessivorum* supplent, ut ـَكْـَ *rex meus*, particulis denique adiecta formant separatorum suorum casus, ut ـِ *mihi* et *me*. In universum haec diversa suffixorum munera forma non significantur, quanquam quod inter casus rectos et obliquos intercedat discrimen, Syris non ignotum fuit. Hoc in caussa est, quod in 1 Sing. suffixum nominis et verbi forma quoque differunt, nempe casus obliquus (suff. nom.) ـ, rectus vero (suff. verbi) ـَ requirit.

3) Numerus suffixorum satis magnus est, praecipue in 1 Sing. et Plur. et 3 Sing. m. Quanquam plurima verborum, nominum et particularum suffixa, quod iam monitum est, conspirant, singulatim tamen ea contemplemur, quo penitius perspiciantur. Itaque primum Verborum suffixa habeto:

---

10) *Staeudlini Beytraege* cet. T. V. p. 14. et alibi.

1) *Gesenii* Lehrgeb. der hebr. Spr. §. 57.

	Sing.	Plur.
1.	comm. ـي, ـي, (ـيه), ـي	ـن, ـن, (ـنه), ـن
2.	m. ـك, ـك	ـكن, ـكن
	f. ـكِ, ـكِ, ـكِ	ـكنّ, ـكنّ
3.	m. ـهِ, (ـهِو), ـهِ, ـهِ	. . . . .
	f. ـها, ـها	. . . . .

4) Sponte intelligitur, quodvis suffixum certe duplicis esse formae, ita ut haec a consona, illa vero a vocali incipiat. Nonnulla vero eorum diversas admittunt vocales, quibus verbo annectuntur; neque tamen tanta Syris multitudo vocalium suffixa annectentium, quanta Hebraei gaudent [2]).

Nun epentheticum Hebraeorum et Chaldaeorum si Syri non ignorant, tamen in certis tantum verbi formis admittunt, ita ut Nun suffixa praecedens melius ad verbi formas referatur et pro earum paragoge habeatur, quam pro littera suffixum annectente.

Quas mutationes verborum formae suffixorum accessu subeant, docent §§. 65—68. et §. 77.

ANNOTATIONES.

1. Suffixa 3 Plur. m. et f. Syri ignorant; eorum loco usurpant pronomina separata إنّهُ *eos* et إنّهي *eas*. Quae quidem tunc formae verbali semper postponuntur, ne quis ea pro nominativis habeat. *Zabii* vero ינהון tanquam suff. verbi adhibent.

2. *Participiorum* suffixa rariora sunt; ubi vero inveniuntur, a suffixis nominum (§. 43.) vix differunt.

§. 43.

Suffixum nominis seu pronomen possessivum.

1) Forma suffixorum nominibus annexorum (*possessivorum*) non multum distat a figura suffixorum verbi; praecipuum enim discrimen in suffixo 1 Sing. obvium est et in 3 Plur. m. et f., quae in nomine quidem suffixis utitur, in Verbo vero tali modo significari nequit (§. 42. Annot. 1.); deinde verbum plura admittit suffixa in nomine omnino non usurpata.

	Sing.	Plur.
1.	comm. ـي	ـنا
2.	m. ـكَ	ـكُم
	f. ـكِ	ـكُنّ
3.	m. ـهُ	ـهُم
	f. ـها	ـهُنّ

2) *Gesenii Lehrgeb. der hebr. Spr.* §. 58, 1—2.

Annot. Suffixum 1 Sing. non pronuntiatur (§. 32, 2. b.), unde variae in nominibus oriuntur vocalium mutationes (§. 93. sq.). In nominibus ultimae quiescentis, ubi Jud radicale suffixum excipit, vocalis quidem adsumitur, nihilo tamen minus suffixum otiatur, et Jud radicale in illa vocali quiescit, v. c. ܒܚܝܪܐ *electus*, ܒܚܝܪܝ *electus meus*; ita et ܣܟܠܐ, ܣܟܠܝ *stultus meus*, ܣܘܣܝܐ, ܣܘܣܝ *equus meus*. Quae vero nomina in statu constructo (§. 92.) in ܐ desinunt, non assumunt suffixum, sed Jud radicale in fine eius vices supplet; ut ܟܘܪܣܝܐ *thronus*, ܟܘܪܣܝ *thronus meus* (Act. 9, 49.), ܟܘܣܝܐ *potus*, ܟܘܣܝ *potus meus* (Ps. 102, 10.). — Jud suffixi ܝ semper otiatur (§. 32, 2. b.).

2) Haec sunt suffixa *singularia* seu cum nominibus Sing. numeri coniungenda; inter Pluralia autem Nomina feminina tantum eandem analogiam sequuntur; masculina enim Plur. recipiunt suffixa *pluralia* a singularibus in universum ita discrepantia, ut ab Jud, plerumque praecedente ʾ, incipiant, quod quidem ad pluralem nominis formam pertinet, sed cum suffixorum formis plane coalescit. Haec suffixa pluralia nunc proponamus:

		Sing.	Plur.
1.	comm.	ـܝ	ـܝ
2.	m.	ـܟ	ـܟܘܢ
	f.	ـܟܝ	ـܟܝܢ
3.	m.	ـܗ	ـܗܘܢ
	f.	ـܗ	ـܗܝܢ

ANNOTATIONES.

1) Omnia suffixa ad formam constructam Plur. m. ـܘܢ recipiuntur, mutato solummodo ـܘ in ـܘ ante suff. 3 Sing. m. et permutata vocali ʾ cum ʾ in suff. eiusdem personae fem. In forma ـܗܘ Jud otiatur (§. 32, 2. b.), He vero occultatur (§. 27, 2. b. β.). Suffixum ـܝ 1 Sing. confluit cum syllaba ـܝ, quam excipere deberet, ita ut stat. constructus (§. 92.) et nomen plurale cum suff. 1 Sing. plane conspirent; v. c. ܡܠܟܐ *reges* et *reges mei*. Interdum vel Nomen singulare et in stat. absol. et cum suffixo simili forma utitur, ut ܟܘܪܣܐ *thronus*, *thronus meus* (1, Annot.); cum hoc vero in paucis tantum nomibus ultimae quiescentis locum habere queat, distinctio plerumque non difficilis erit.

2) Suffixa nominalia, quae in *Palmyrenis* inscriptionibus tibi occurrunt, parum a Syriacis differunt; ut חיוהי *vita illius* (inscr. 2.), שמה *nomen eius* (ibid.), בניהון *filii eorum* (inscr. 3.), אבוהן *pater eorum* (ibid.), ubi ו in suffixo desideratur. Pro ـוהי legimus etiam ـוחי, ut אחוחי *fratres eius* (inscr. 2.), ubi ה et ח permutantur.

3) Neque *Zabiorum* suffixa a Syriaca analogia plane abhorrent, quanquam Zabii more suo litteras, quas Syri scribere quidem, in pronuntiatione vero omittere solent (§§. 27. 32.), scribendo raro retinent. Itaque אן et ין = ـِנ, א et יא = ـִי, אך et כא = ـָך et ה; הון et ון = ـְהוֹן, ינון = ـֵינוֹן, eo tamen discrimine, ut Zabiorum forma possit suffigi; כון = ـְכוֹן cet. Ante particulas ה solet eiici, ut לון *iis* pro להון.

Accuratius de coniunctione suffixorum cum nomine agimus. §. 93 sq.

§. 44.

Suffixum particulis adiunctum.

1) Suffixa particulis quoque annectuntur; et quidem cum quibusdam earum coniuncta formant separatorum casus, ut ـِלـ *mihi* et *me*, ـִמנ *ab ipsa.* Si ـَאـ *est* et ـָלـ = ـָלא *non est* suffixa recipiunt, haec nominativum exprimunt, ut ـִאـَנـ *sum ego*, ـָלـהוֹא *non est ille.*

Quanquam etiam in nonnullis particulis pronomina suffixa nominativi loco posita videantur, re tamen accuratius perpensa possessiva ea esse cognosces. Dico v. g. ـְהוֹן *ii omnes*, sed proprie *universitas eorum*, ـְלחוֹד *tu solus*, proprie *in tua solitudine*; ـְתרֵין *ambo illi*, proprie *dyas eorum.*

2) Cum praepositionum non pauca, etymologiam si spectaveris, olim fuerint nomina, eorum suffixa revera pronomina possessiva existimaveris. Quae res etiam in caussa est, quod suffixa recipiant nominis, eaque magnam partem *pluralia*, ut ـֵבנ, *inter me*, ـָלהוֹן *super eum*, ـָקדמ *ante nos*, ـְבגלהוֹן *propter eos.* Nonnullae denique particulae, quae cum suffixis coniungi possunt, una constant littera, ut ל (nota *dat.* et *acc.*), ב *in.* ד vero (nota *gen.*), si suffixionem admittit, cum ל coniungitur in לה.

Accuratam enumerationem particularum cum suffixis coniunctarum vid. §§. 103. 104.

3) Pronomina vero possessiva sive suffixa possunt apud Syros etiam vocem peculiarem constituere, si ab initio voculam לא, e relativo ד, לה et nota *Dat.* ל exortam recipiunt. Itaque

		Sing.		Plur.	
1. comm.		לי	meus, a, um.	לן	noster, ra, rum.
2.	m.	לך	tuus, a, um.	לכון	vester, ra, rum.
	f.	לך		לכין	
3.	m.	לה	eius.	להון	eorum, earum.
	f.	לה		להין	

Annot. Pronominum Acc. saepius suffixis verbo annexis, quam nota ל et suff. notatur.

§. 45.

Pronomina reliqua.

Praeter pronomina personalia Syriacae linguae etiam alia sunt; quanquam multa in aliis linguis pronominibus indicata nonnisi aliis orationis partibus periphrastico modo exprimere potest. Quae vero habet, neque ea formarum copia insignia putaveris. Peculiari pronomine significantur *demonstrativum*, *relativum* et *interrogativum*.

1) *Demonstrativum* his utitur formis:

Sing.		Plur.	
m.	f.	m.	f.
ܗܢܐ / ܗܢ *hic.*	ܗܝ ܗܵ *haec.*	ܗܠܝܢ *hi.*	ܗܵܠܝ *hae.*

comm.

ܗܵܠܟܝ (ܗܵܠܝܟ) *hi, hae.*

ANNOTATIONES.

1) ܗܢܐ et ܗܵ cum sequentibus personalibus ܐܢ et ܐܬ loco verbi substantivi positis coalescunt; itaque ܗܵܢ *hic est*, ܗܵܗܝ *haec est* (§. 27, 2. b. α.). Interdum ܗܢܐ *hic* ܢ expuncto praecedenti nomini per modum suffixorum annectitur, ut ܝܘܡܗ pro ܝܘܡܐ ܗܢܐ *hic dies* Matth. 6, 11.; ܥܕܡܐ ܗܢܐ *usque ad hunc diem.*

2) Noli mirari, ܗܠܝܢ et ܗܵܠܝ, quae inter personalia referimus (§. 41, Ann. 4.), hoc loco pro *demonstrativis* haberi. Permulti quidem grammatici recentiores formas ܗܵܠܝܢ et ܗܵܠܝ tantum, non autem ܗܠܝܢ et ܗܵܠܝ ad personalia volunt referri, quo tamen iure hoc faciant, non video; etenim grammatici Syria oriundi [1]) hoc discrimen utriusque formae cum ̈ et ̂ scriptae ignorant, unde v. c. in verborum flexione, ubi cuivis personae etiam pronomen personale postponunt, semper scribunt ܐܢܐ ܗܢܐ, ܐܢܬ ܗܢܐ, ܐܢܝ ܗܢܐ, ܐܢܚܢܢ ܗܢܐ [2]). Ad etymologiam sane respexisse videntur illi ܗܵܠܝܢ et ܗܵܠܝ a ܗܢܐ *hic* derivantes. Quin etiam ܗܘ et ܗܝ personalia demonstrativi munere non raro funguntur, ut ܗܘ ܓܒܪܐ *vir ille*, ܗܝ ܐܢܬܬܐ *femina illa*, ܗܝ ܗܘ *hic est.*

3) ܗܵܠܟܝ gen. comm. est, respondet Hebr. אֵל, אֵלֶּה et Chald. אִלֵּין, אִילוּ; Sing. huius formae non adest. ܗܵܠܟܝ forma rarior, et vix usurpatur, nisi ante relativum ?, quocum significat *illi qui*, *illae quae*, aut in constructione comparativa, ?ܐܝܟ ܗܵܠܟܝ *qualia* (proprie *quae sunt ut haec*), 2 Petr. 3, 11.

4) ܗܝ unde ܗܵܝ stat. emphat. originem traxit, raro quidem usurpatur, unde ab omnibus fere grammaticis omissum est; nobis occurrit v. c. in narratiunculis *Barhebraei* face-

1) *Amirae* gramm. Chald. pag. 239. *Isaac Sciadr.* gramm. Syr. pag. ܣܟ.

2) *Abrah. Ecchell.* brev. instit. p. ܣ3, alibi.

tis [3]). Quam vero in paradigma recipere solent formam ܗ̰ܢܘ, inde relegavi, quippe quae nonnisi cum ܠ coalescens potest usurpari, hoc modo ܠܗ̰ܢܘ, alias vero semper ܗ̰ܢܘ scribitur et pronuntiatur.

5) Aliquando ܗܘ̰ et ܗ̰ܢ cum ܘ̰ et ܠ̰ componitur ad maiorem demonstrationem; ergo ܗܘ̰ ܘ̰ *is ipse*, ܗ̰ܢ ܠ̰ *id ipsum*, Matth. 5, 47. Ita etiam ܘ ܘ *id ipsum* Gal. 6, 7.

6) Pronomina ܘ̰, ܠ̰, ܕ̰ܢ, ܐ̰ܝ et ܐ̰ܠ respondent non raro Graecorum Articulo ὁ, ἡ, τὸ, quem in finem nomini aut praeponuntur aut subiiciuntur.

2) Pronomen *interrogativum* personae est ܡ̰ idque utriusque generis et numeri, Marc. 3, 33. Matth. 11, 16.; vocalibus non appositis a praepositione ܠ puncto supra posito ܠ discernitur (§. 9, 2.). Interdum quidem ܠ (Luc. 8, 30.), plerumque tamen ܡ̰ܢܐ, ܡ̰, ܡ̰ܢܐ de rebus dicitur. ܡ̰, quod etiam ܡ̰ et ܡ̰ (Jud. 13, 17. Nehem. 11, 24.) scribunt, rarius quam ܡ̰ܢܐ invenimus [4]), ut Exod. 3, 13. ܫ̰ܡܗ ܡ̰ *quodnam est nomen eius.* Item de persona ponuntur ܐ̰ܢܐ *quis?* ܐ̰ܢ *quae?* et in Plur. ܐ̰ܠ *qui* et *quae?*

ANNOTATIONES.

1) Cum interrogativo ܡ̰ non est confundendum particula ܡ̰, quae Graecae originis est, et eodem sensu, ac Graecum μὲν usurpatur.

2) ܡ̰ܢܐ utriusque generis est (Mar. 1, 27.), et uti dicitur, etiam utriusque numeri [5]); *Lud. de Dieu* quidem [6]) exempla desiderat ܡ̰ܢܐ in Plur. usurpatae, neque mihi huius usus exemplum in mentem venit; quod enim *Amira* [7]) affert, ܠ ܡ̰ ܐ̰ܢ̈ܫ̈ ܠ̈ ܡ̰ *qui sint, mea non refert* (Gal. 2, 6.), in eo iam editio princeps non ܡ̰ sed ܠ̰ exhibet.

3) Solent aliqua pronomina interrogativa coalescere cum ܘ̰ verbi substantivi vicibus fungente (§. 27, 1. 2. b. α.), itaque ܡ̰ܢ pro ܘ̰ ܡ̰ *quis est?* ܡ̰ܢ (Luc. 1, 29.) pro ܘ̰ ܡ̰ *quid est?* Si pronomen in ̈ desinit, hoc pro more in ̇ mutatur (§. 36, 3.) et Waw diphthongescit cum illo; ergo ܡ̰ܢ *quid est?* pro ܘ̰ ܡ̰ܢܐ, ܐ̰ܢ *quis est?* pro ܘ̰ ܐ̰ܢܐ. Interdum vero haec compositio emphasin solam, quin etiam nihil aliud significat, ac simplex interrogativum. Singularis formae ܡ̰ܢ punctatio in Marc. 2, 16 et 12, 9. (ed. Widmanst.) obvia

---

3) *Adleri* brev. instit. p. 43. Cfr. et *Kirsch.* chrest. p. 8. lin. 14. Saepe in *Barhebr.* gramm.

4) Idem de ܕ̰ et ܕ̰ܢܐ animadvertimus (1. Annot. 4.); in caussa est procul dubio propensio linguae Syriacae ad statum emphaticum, qui in pluribus nominibus stat. absol. plane expunxit (§. 92.).

5) *Amirae* gramm. Chald. p. 436.

6) Grammat. harmon. p. 142.

7) L. l. p. 437.

falsissima quidem est et a recentioribus N. T. editoribus recte emendata; docet tamen ܗܢܘ non componi ex ܗܘ, quod plerique grammaticorum male statuerunt, sed ex ܗ et ܘܗܝ.

4) Ut in omnibus fere linguis, ita in Syriaca interrogativa saepe *indefinite* sumuntur praeter interrogationem.

5) Interrogativa notas casuum et alias particulas ante se recipiunt, qua ratione fiunt et casus ipsorum, et particulae interrogativae oriuntur. Has enumeratas invenis §. 103. 105—106.

3) Usitatissimam *relativi* formam puta ?, rariorem ـ[8]), quae utriusque generis est et numeri; aliae et numeris et usu distinctae oriuntur pronomine 3 Sing. et Plur. cum ? coniuncto, ita quidem, ut ? illi pronomini praeponatur, ut Sing. ?ܗ *qui*, ?ܗܝ *quae;* Plur. ?ܗܠܝܢ *qui* et ?ܗܝܢ *quae*, aut illi subiiciatur, ut ?ܗ *qui*, ?ܗܝ *quae*, Plur. ?ܗܠܝܢ *qui*, ?ܗܝܢ *quae*. Similiter ? cum demonstrativo coniungitur ?ܗܢܘ *qui*. Hae vero formae compositae tum tantum ponuntur, cum relativum ad antecedentem vocem refertur; si vero relativum sententiam incipit, et in sequentibus demonstrativum expresse aut implicite indicatur, alia eius composita in usu sunt; ut ?ܕ *qui, quae;* ?ܕܘ et ?ܕܐ *quod* vel pro Plur. (Luc. 9, 17). Dicunt etiam hoc sensu ?ܐܢܘ *qui*, ?ܐܝ *quae* et ?ܐܠܝܢ *qui, quae.*

Annot. Pronomina *Zabiorum* demonstrativa, interrogativa et relativa non omnino, sed plerumque cum Syriacis consentiunt; ut האזין, האזא, *hic, haec, hoc* הינון, הזין, האלין *illi*, הו et הוא *is;* deinde מאן *quis?* מא *quid?* et relativum denique וי *qui*[9]). In inscript. *Carpentoractensi* relativum non invenitur, cum vero notam gen. זי exhibeat, a qua Aramaeorum relativum discedere non solet, זי etiam pro relat. haberi potest. *Palmyrenae* inscriptt. pauca horum pronominum praebent, ut הו *ille, ipse* (inscriptt. 4. et 6.), דנה *haec* (inscriptt. 3.), חה *ea* (inscr. Capitol. 2.)[10]), relativum די *qui* (inscriptt. 3. 5. 6.).

---

8) Ita Chaldaeorum more versio Hierosolymit. vid. *Adleri* verss. Syriac. p. 142.

9) *Lorsbachius* quidem (*Staeudlini Beytraege* cet. T. V. p. 7. not. 5 et *in Museo fuer bibl. und orient. Litterat.* p. 5. not. 1.), cui etiam *Koppius* assensisse videtur (*Bilder und Schriften* T. II. §. 310), hanc formam וי legit, quam pronuntiationem falsam esse monstrant iam ea, quae idem Koppius (l. l. §. 305.) de litterarum ו et י discrepantia rectissime monuit. Praeterea ad hoc definiendum maximi momenti est, quod Waw quidem, non vero Jud-Zabiorum cum sequenti littera possit coniungi; itaque ו nihil aliud est, nisi וי, וי vero a Zabiis ו׳ scribitur, quod quaevis Cod. Vimar. pagina luculenter docet. *Norbergus* qua temeritate Zabiorum linguam in universum Syriacae assimilavit (§. 1, 8. Annot.), etiam hanc relativi formam cum Syriaco ? commutare ausus est. E *Lorsbachii* sententia (*Museum fuer bibl. und orient. Litter.* p. 5. not. 1.), etiam *Koppio* (l. l. §. 310.) probata, haec vox singularis Pers. ـکے, ـکی est.

10) *Swintonus* legit דה (Philos. Transact. T. XLVIII. p. 753.), sed accuratior Adleri descriptio חה exhibet. *Georgi* (De inscript. Palmyrenis p. 112. sq.) hoc pro הָאָה *designavit* sumere voluit, qua in re, ut in omnibus suis explicandi periculis toto coelo mihi errasse videtur, et voces. עלחא חה significant procul dubio *haec ara*, ita ut חה idem sit ac דה, et littera prior durius tantum sit elata.

Caput Secundum

De Verbo.

§. 46.

De verbo in universum (primitivo-derivato).

In Syriaca lingua haud minus, quam in reliquis Semiticae linguae dialectis atque easdem ob caussas praecipuam orationis partem constituit *Verbum*, Syriace ܦܥܠܐ. Quae vero in universum de variis verborum divisionibus, significatione et flexione hoc loco disputari solent, ea omnia tanquam nota e grammatica Hebraea praetermitto. Sicubi vero Syriaca lingua ab reliquis dialectis sororiis diversa aut certe non plane communia sequitur, porro ubi ad universas Semitici sermonis leges et regulas Syriaca accommodata esse, non sponte intelligitur, et diversitatem illam illustrare et hanc normae generalis observationem probare mihi in animo est.

1) Si verborum *originem* respicis, duo eius genera reperies: *primitiva* et *derivata*. Haec vero, cum ab aliis verbis, aut ab nominibus aut denique a particulis queant proficisci, in tres species distinguuntur: verba *verbalia*, *denominativa* et *departiculativa*. Etiam apud Syros primitivorum numerus maximus est, et denominativa pariter ac departiculativa serioris videntur originis, quod etiam de *nomine derivato* valet (§. 89.).

2) Verba *verbalia*, uti in dialectis affinibus, *coniugationum* nomine insigniuntur, quod, quanquam non satis rei significatae convenit [x]), tamen retineri potest (§. 48.).

3) Verba *denominativa* partim ad figuram radicis partim vero et saepius ad verborum derivatorum sive coniugationum formam accedunt. Ad illa pertinent ܕܗܒ *inauravit* a ܕܗܒ *aurum*, ܚܬܢ *nupsit*, it. *concubuit* a ܚܬܢ *maritus*, ܩܠܦ *decorticavit* a ܩܠܦܐ, pl. ܩܠܦܐ *cortex*; ad haec vero ܟܠܠ *coronavit*, *copulavit* a ܟܠܠ *corona*, ܟܣܦ *supplantavit* a ܟܣܦ *calx*, ܣܕܪ *ordinavit* a ܣܕܪ τάξις, ܟܗܢ *sacerdotio functus est* a ܟܗܢ *sacerdos*, ܒܬܠ *devirginavit* a ܒܬܘܠܬܐ *virgo*, ܩܠܦ *decorticavit*,

x) *Gesenii Lehrgeb. der hebr. Spr.* §. 67. p. 235.

ܒܝܬ *domesticum fecit* et pass. ܐܬܒܝܬ a ܒܝܬ *domus;* deinde ܐܬܦܘܡ *ore praeditus est* a ܦܘܡ *os*, ܐܬܟܦ *lapis factus est* a ܟܐܦ *lapis*, ܐܬܟܪܝܛ *Christo nomen dedit* a ܟܪܝܣܛܝܢܘܣ χριστιανὸς, ܐܬܝܩ *daemone vexatus est* a ܫܝܩ *daemon*, ܐܬܡܘܓ *fluctuatus est*, a ܡܘܓ *fluctus*. Probant autem haec exempla, his verbis denominativis in universum significari occupationem cum ea re, quae nomine significatur, diligentissime institutam [2]); haec autem occupatio aut *caussativa* aut *privativa* esse solet.

Interdum e nomine derivato rursus verbum oritur, ut ܬܠܡܝܕ *discipulus* (a ܠܡܕ *docuit*), unde ܐܬܠܡܕ *docuit;* quanquam in hoc exemplo etiam de coniugatione *Tafel* (§. 62.) cogitare posses.

4) Verba *departiculativa* minoris numeri sunt quam verbalia et denominativa, sed eorum analogiam stricte observant; v. c. ܐܬܩܛ *opposuit, disputavit* a ܩܛܐ *contra, adversus*, ܐܬܬܚܬ *submisit, subiecit* a ܬܚܬ *sub, subter*, ܐܬܦܪܫ *separatus est* a ܦܪܫ *solum*, ܐܬܐܚܘܪ *terga vertit* a ܐܚܘܪ *post, retro.*

A. *De verbo primitivo.*

§. 47.

Forma primitiva, unde reliquae proficiscuntur, radicem ipsam in 3 Praet. m. Sing. continet; quae tribus consonantibus constat ita pronuntiatis, ut prima vacua relicta *unam* tantum efficiant syllabam; v. c. ܩܛܠ *interfecit*, ܐܬܩ *adhaesit*, ܩܦܐ *coagulatus est.* Radices vero vocales *a, e* et *u* admittunt, a grammaticis vero nominibus *Verba med. A., med. E.* et *med. U.* distinguuntur. Ea usitatissima *transitivam*, hae vero *intransitivam* habere solent significationem.

Cum olim verbum פעל in pluribus Semiticae linguae grammaticis tanquam paradigma adhiberetur, ab hoc prodierunt formae primitivae et derivatarum nomina; itaque ea *Peal*, hae vero *Ethpeel, Paël, Ethpaal, Afel, Ethtafal, Schafel, Eschtafal* cet. appellantur.

B. *De verbis derivatis (coniugationibus).*

§. 48.

1) De Coniugationum [1]) *numero* et *dispositione* varie iudicatum est; modo

---

2) *I. M. Hartmann Anfangsgruende der hebr. Spr.* ed. 2. in §., quam *Uebersicht der Verba denominativa oder derivata* inscripsit., de Hebraeorum denominativis idem docet.

1) Vid. de hac notione *Gesenii Lehrgeb.* §. 67. et *hebr. Grammat.* §. 29.

enim activas solas, modo etiam passivas numerant. Alii porro usitatiores tantum, alii vero etiam paulo rariores agnoscunt. Antiquissimi quidem grammatici *Amira* teste [2]) hanc rem valde obscure et confuse tractarunt; et ne *Barhebraeus* [3]) quidem coniugationum originem, naturam et indolem perspexit. Rariores Aramaeorum coniugationes *Schultens* [4]) et nuper *Agrell* [5]) et probe disposuerunt et docte illustrarunt.

Barhebraeus verba regularia et irregularia, quorum discrimen fere ignorat, coniunctim tractavit, nihil demonstrans, nisi qua ratione tempora modique a radice deriventur. Amira quinque coniugationum (ܦܥܠ, ܐܬܦܥܠ) distinxit genera et fere quamque coniugationem in species distribuit pro fundamento divisionis verborum sumens conditionem, utrum unius aut duarum essent syllabarum. Itaque I. Verba monosyllaba 1) cum motione (littera quiescente) in fine: nempe α) ܐܬ et β) ܟܬ, 2) verba sine motione in fine: nempe α) ''ܕ, β) ''ܗ, γ) Verb. regul. med. A., et δ) Verb. regul. med. E. Haec omnia *Peal* tantum et *Ethpeel* respiciunt. Porro II. Verba duas syllabas complectentia 1) cum ̈ in 1 radicali et in fine Jud i. e. Paël verbb. ''ܟ. 2) cum ̈ in 1 littera, sed sine Jud in fine: nempe α) Paël Verb. regul. et Schafel verbb. ''ܥ et β) Afel verbb. med. quiesc. 3) verba, quorum 1 littera non a pronuntiatur: nempe Peal et Ethpeel α) verbb. ''ܐ et β) verbb. ''ܥ. *Abraham Ecchellensis* [6]) vocalibus coniugationum typos definiri voluit; itaque eas his paradigmatibus et hoc ordine illustravit 1) ܦ̈ܥ, 2) ܦ̈ܥ̈, 3) ܦ̈ܥܐ, 4) ܦ̈ܥܝ, 5) ܐ̈ܦܥ, 6) ܐ̈ܦ̈ܥ, 7) ܐ̈ܬܦ̈ܥ, 8) ܐ̈ܬܦܥ, 9) ܐ̈ܬܐ, 10) ܐ̈ܬܦ̈ܥ. Cum vero ܦ̈ܥ̈ܐ et quae sunt huius generis in nonnullis formis ab usitata flexione recedere videret, his quoque singulare tribuit paradigma. Deinde in passivis illustrandis eundem secutus est ordinem. Similiter *Isaac Sciadrensis* [7]) *decem* admittit coniugationes: 1) ܐ̈ܬܦ̈ܥ et ܐ̈ܬܦ̈ܥ, 2) ܐ̈ܬܦ̈ܥ, 3) ܐ̈ܬܦ̈ܥ̈, 4) ܐ̈ܬܦ̈ܥ, 5) ܐ̈ܬܦ̈ܥܐ, 6) ܐ̈ܬܦܥ, 7) ܐ̈ܬܦ̈ܥ, 8) ܐ̈ܬܦ̈ܥܐ, 9) ܐ̈ܬܐ et 10) ܐ̈ܬܦܥ.

2) Varia coniugationum recensendarum ratio inde praecipue exstitit, quod earum rariores verbis plurilitteris adnumerarentur. Etenim aliae in certis verbi irregularis (§. 67—79.) classibus, aliae in paucis verbis, aliae denique in nominibus tantum a verbo derivatis deprehenduntur, ita ut facile possent grammaticos effugere. Itaque hoc loco vulgares ab omnibus fere agnitas, postea vero (§. 62.) etiam rariores animadvertimus. Sunt illae quatuor activae totidemque passivae, neque Hebraeis et forma et significatione absimiles:

---

2) Gramm. Chald. p. 256.
3) Gramm. metr. Cod. Gott. p. 95 ss.
4) Institutt. Aram. p. 37 ss.
5) *Conspectus opusculi mscr.* (in Bibl. Gymn. Wexion. asservati) *de Numero coniugationum Syriacarum* in *Otiolis Syriacis.* §. III. p. 28 ss.
6) Ling. Syriac. perbrev. instit. p. ܙ ss.
7) Grammat. ling. Syriac. p. ١٥٥ ss.

Act.			Pass.	
Peal.	ܦܥܠ	(Hebr. *Kal*).	*Ethpeel.*	ܐܬܦܥܝܠ
Paël.	ܦܰܥܶܠ	(Hebr. *Piël*).	*Ethpaal.*	ܐܬܦܰܥܰܠ
Afel.	ܐܰܦܥܶܠ	(Hebr. *Hiphil*).	*Ethtafal.*	ܐܶܬܬܰܦܥܶܠ
Schafel.	ܫܰܦܥܶܠ		*Eschtafal.*	ܐܶܫܬܰܦܥܶܠ

3) Omnes *Passivae* coniugationes syllaba ܐܬ praefixa formantur et in ultima syllaba vocali *a* utuntur, ubicunque activa forma *e* adhibet.

Annot. 1. Non ab quovis verbo omnes illae coniugationes revera formatae aut in usu receptae sunt; quin etiam reperiuntur, quae, postquam Peal obsoleverat, in derivatis tantum coniugationibus usurpentur.

Annot. 2. Verba a nominibus aut particulis derivata neque formationem neque flexionem singularem habent; itaque de iis idem valet, quod de verbis verbalibus dictum est. Verba *plurilittera* sequuntur easdem regulas ac trilittera (§. 63.).

De forma et significatu harum coniugationum accuratius agimus §§. 52. 58—61.

C. *De flexione Verbi in universum.*

§. 49.

1) Syris, ut reliquis Semitis, duo sunt tempora: *praeteritum* et *futurum* et praeterea *Imperativus*, *Infinitivus*, et *Participium*. Auxiliaris autem verbi pronominisve ope possunt et cetera tempora, quibus aliae linguae utuntur, periphrastico modo exprimi. Itaque *Praesens* oritur *Participio*, quod in omnibus coniugationibus activis duplex est (*activum* et *passivum*), pronominibus personalibus adiecto (§. 57.), ut ܐܢܬ ܩܛܠ *occidis; Imperfectum* vero formant Praeteritum verbi ܗܘܐ Participio cuiusvis verbi eodem genere et numero apponentes, ut ܩܛܠ ܗܘܐ *occidebat*, ܩܛܠܝܢ ܗܘ̈ܝܢ *occidebant; Plusquamperfectum* denique indicant Praeterito cuiusvis verbi cum eadem persona, eodemque genere et numero Praeteriti ܗܘܐ coniungentes, ut ܗܘܐ ܩܛܠ *occiderat*, ܩܛܠܝܢ ܗܘ̈ܝܢ *occiderant*.

2) Quae praeterea in aliis linguis verborum formis solent indicari, Syri aut hisce temporibus et modis, quae hanc ob caussam interdum ambiguitatis nonnihil accipiunt, aut structura syntactica exprimunt.

Accuratiorem omnium harum rerum descriptionem infra (§. 52—57.) invenies. Syri habent in nonnullis verbi et regularis et irregularis personis duplicem formam, quam igitur in Paradigmate verbi regularis diligenter posuimus, in verbo autem irregulari propter spatii penuriam praetermisimus.

		Peal.		Ethpeel.	Paël.	Ethpaal.
Praet.	3. m.	ܩܛܠ	ܩܛܶܠ	ܐܶܬܩܛܶܠ	ܩܛܶܶܠ	ܐܶܬܩܛܰܠ
	3. f.	ܩܛܠܬ	ܩܛܶܠܬ	ܐܶܬܩܛܶܠܬ	ܩܛܶܶܠܬ	ܐܶܬܩܛܰܠܬ
	2. m.	ܩܛܠܬ	ܩܛܶܠܬ	ܐܶܬܩܛܶܠܬ	ܩܛܶܶܠܬ	ܐܶܬܩܛܰܠܬ
	2. f.	ܩܛܠܬܝ	ܩܛܶܠܬܝ	ܐܶܬܩܛܶܠܬܝ	ܩܛܶܶܠܬܝ	ܐܶܬܩܛܰܠܬܝ
	1. com.	ܩܛܠܬ	ܩܛܶܠܬ	ܐܶܬܩܛܶܠܬ	ܩܛܶܶܠܬ	ܐܶܬܩܛܰܠܬ
Plur.	3. m.	ܩܛܠܘ (ܩܛܠ)	ܩܛܶܠܘ (ܩܛܶܠ)	ܐܶܬܩܛܶܠܘ (ܐܶܬܩܛܶܠ)	ܩܛܶܶܠܘ (ܩܛܶܶܠ)	ܐܶܬܩܛܰܠܘ (ܐܶܬ
	3. f.	ܩܛܠ (ܩܛܠܝ)	ܩܛܶܠ (ܩܛܶܠܝ)	ܐܶܬܩܛܶܠ (ܐܶܬܩܛܶܠܝ)	ܩܛܶܶܠ (ܩܛܶܶܠܝ)	ܐܶܬܩܛܰܠ (ܐܶܬ
	2. m.	ܩܛܠܬܘܢ	ܩܛܶܠܬܘܢ	ܐܶܬܩܛܶܠܬܘܢ	ܩܛܶܶܠܬܘܢ	ܐܶܬܩܛܰܠܬܘܢ
	2. f.	ܩܛܠܬܝܢ	ܩܛܶܠܬܝܢ	ܐܶܬܩܛܶܠܬܝܢ	ܩܛܶܶܠܬܝܢ	ܐܶܬܩܛܰܠܬܝܢ
	1. com.	ܩܛܠܢܐ (ܩܛܠ)	ܩܛܶܠܢܐ (ܩܛܶܠ)	ܐܶܬܩܛܶܠܢܐ (ܐܶܬܩܛܶܠ)	ܩܛܶܶܠܢܐ (ܩܛܶܶܠ)	ܐܶܬܩܛܰܠܢܐ (ܐܶܬ
Infinit.		ܩܛܘܠ (ܐܶܬܩܛܘܠ)	ܩܛܘܠ	ܐܶܬܩܛܘܠ	ܩܛܘܶܠ	ܐܶܬܩܛܘܰܠ
Imper.	m.	ܩܛܘܠ	ܩܛܶܠ	ܐܶܬܩܛܶܠ	ܩܛܶܶܠ	ܐܶܬܩܛܰܠ
	f.	ܩܛܘܠܝ	ܩܛܶܠܝ	ܐܶܬܩܛܶܠܝ	ܩܛܶܶܠܝ	ܐܶܬܩܛܰܠܝ
	pl. m.	ܩܛܘܠܘ	ܩܛܶܠܘ	ܐܶܬܩܛܶܠܘ	ܩܛܶܶܠܘ	ܐܶܬܩܛܰܠܘ
	f.	ܩܛܘܠܝ	ܩܛܶܠܝ	ܐܶܬܩܛܶܠܝ	ܩܛܶܶܠܝ	ܐܶܬܩܛܰܠܝ
Fut.	3. m.	ܢܶܩܛܘܠ	ܢܶܩܛܶܠ	ܢܶܬܩܛܶܠ	ܢܶܩܛܶܶܠ	ܢܶܬܩܛܰܠ
	3. f.	ܬܶܩܛܘܠ (ܬܶܩܛܘܠܝ)	ܬܶܩܛܶܠ (ܬܶܩܛܶܠܝ)	ܬܶܬܩܛܶܠ (ܬܶܬܩܛܶܠܝ)	ܬܶܩܛܶܶܠ (ܬܶܩܛܶܶܠܝ)	ܬܶܬܩܛܰܠ (ܬ
	2. m.	ܬܶܩܛܘܠ	ܬܶܩܛܶܠ	ܬܶܬܩܛܶܠ	ܬܶܩܛܶܶܠ	ܬܶܬܩܛܰܠ
	2. f.	ܬܶܩܛܘܠܝ (ܬܶܩܛܘܠܢ)	ܬܶܩܛܶܠܝ (ܬܶܩܛܶܠܢ)	ܬܶܬܩܛܶܠܝ (ܬܶܬܩܛܶܠܢ)	ܬܶܩܛܶܶܠܝ (ܬܶܩܛܶܶܠܢ)	ܬܶܬܩܛܰܠܝ (ܬ
	1. com.	ܐܶܩܛܘܠ	ܐܶܩܛܶܠ	ܐܶܬܩܛܶܠ	ܐܶܩܛܶܶܠ	ܐܶܬܩܛܰܠ
Plur.	3. m.	ܢܶܩܛܘܠ	ܢܶܩܛܶܠ	ܢܶܬܩܛܶܠ	ܢܶܩܛܶܶܠ	ܢܶܬܩܛܰܠ
	3. f.	ܢܶܩܛܘܠ	ܢܶܩܛܶܠ	ܢܶܬܩܛܶܠ	ܢܶܩܛܶܶܠ	ܢܶܬܩܛܰܠ
	2. m.	ܬܶܩܛܘܠ	ܬܶܩܛܶܠ	ܬܶܬܩܛܶܠ	ܬܶܩܛܶܶܠ	ܬܶܬܩܛܰܠ
	2. f.	ܬܶܩܛܘܠ	ܬܶܩܛܶܠ	ܬܶܬܩܛܶܠ	ܬܶܩܛܶܶܠ	ܬܶܬܩܛܰܠ
	1. com.	ܢܶܩܛܘܠ	ܢܶܩܛܶܠ	ܢܶܬܩܛܶܠ	ܢܶܩܛܶܶܠ	ܢܶܬܩܛܰܠ
Part. act.		ܩܳܛܶܠ	ܡܶܬܩܛܶܠ	ܡܶܬܩܛܘܠ	ܡܩܛܶܶܠ	ܡܬܩܛܰܠ
	pass.	ܩܛܺܝܠ			ܡܩܛܺܶܠ	

Regulare.

Afel.	Ethtafal.	Schafel.	Eschtafal.
אַקְטַל	אֶתְקַטַּל	שַׁקְטַל	אֶשְׁתַּקְטַל
אַקְטְלָה	אֶתְקַטְּלָה	שַׁקְטְלָה	אֶשְׁתַּקְטְלָה
אַקְטַלְתְּ	אֶתְקַטַּלְתְּ	שַׁקְטַלְתְּ	אֶשְׁתַּקְטַלְתְּ
אַקְטַלְתְּ	אֶתְקַטַּלְתְּ	שַׁקְטַלְתְּ	אֶשְׁתַּקְטַלְתְּ
אַקְטַלְתִּי	אֶתְקַטַּלְתִּי	שַׁקְטַלְתִּי	אֶשְׁתַּקְטַלְתִּי
אַקְטַלְנוּ	אֶתְקַטַּלְנוּ	שַׁקְטַלְנוּ	אֶשְׁתַּקְטַלְנוּ
אַקְטַל (אַקְטְלִי)	אֶתְקַטַּל (אֶתְקַטְּלִי)	שַׁקְטַל (שַׁקְטְלִי)	אֶשְׁתַּקְטַל (אֶשְׁתַּקְטְלִי)
אַקְטַלְתֶּם	אֶתְקַטַּלְתֶּם	שַׁקְטַלְתֶּם	אֶשְׁתַּקְטַלְתֶּם
אַקְטַלְתֶּן (אַקְטַלְנָה)	אֶתְקַטַּלְתֶּן (אֶתְקַטַּלְנָה)	שַׁקְטַלְתֶּן (שַׁקְטַלְנָה)	אֶשְׁתַּקְטַלְתֶּן (אֶשְׁתַּקְטַלְנָה)
אַקְטְלוּ	אֶתְקַטְּלוּ	שַׁקְטְלוּ	אֶשְׁתַּקְטְלוּ

אֶקְטֹל	אֶתְקַטֵּל	שַׁקְטֵל	אֶשְׁתַּקְטֵל
אֶקְטְלִי	אֶתְקַטְּלִי	שַׁקְטְלִי	אֶשְׁתַּקְטְלִי
אֶקְטְלוּ	אֶתְקַטְּלוּ	שַׁקְטְלוּ	אֶשְׁתַּקְטְלוּ
אֶקְטֹלְנָה	אֶתְקַטֵּלְנָה	שַׁקְטֵלְנָה	אֶשְׁתַּקְטֵלְנָה

אַקְטֵל	אֶתְקַטֵּל	שַׁקְטֵל	אֶשְׁתַּקְטֵל
אַקְטְלִי	אֶתְקַטְּלִי	שַׁקְטְלִי	אֶשְׁתַּקְטְלִי
אַקְטְלוּ	אֶתְקַטְּלוּ	שַׁקְטְלוּ	אֶשְׁתַּקְטְלוּ
אַקְטֵלְנָה	אֶתְקַטֵּלְנָה	שַׁקְטֵלְנָה	אֶשְׁתַּקְטֵלְנָה

אַקְטֵל	אֶתְקַטֵּל	שַׁקְטֵל	אֶשְׁתַּקְטֵל
אַקְטְלָה	אֶתְקַטְּלָה	שַׁקְטְלָה	אֶשְׁתַּקְטְלָה
אַקְטַלְתְּ	אֶתְקַטַּלְתְּ	שַׁקְטַלְתְּ	אֶשְׁתַּקְטַלְתְּ
אַקְטַלְתְּ	אֶתְקַטַּלְתְּ	שַׁקְטַלְתְּ	אֶשְׁתַּקְטַלְתְּ
אַקְטַלְתִּי	אֶתְקַטַּלְתִּי	שַׁקְטַלְתִּי	אֶשְׁתַּקְטַלְתִּי
אַקְטַלְנוּ	אֶתְקַטַּלְנוּ	שַׁקְטַלְנוּ	אֶשְׁתַּקְטַלְנוּ
אַקְטַל (אַקְטְלִי)	אֶתְקַטַּל (אֶתְקַטְּלִי)	שַׁקְטַל (שַׁקְטְלִי)	אֶשְׁתַּקְטַל (אֶשְׁתַּקְטְלִי)
אַקְטַלְתֶּם	אֶתְקַטַּלְתֶּם	שַׁקְטַלְתֶּם	אֶשְׁתַּקְטַלְתֶּם
אַקְטַלְתֶּן (אַקְטַלְנָה)	אֶתְקַטַּלְתֶּן (אֶתְקַטַּלְנָה)	שַׁקְטַלְתֶּן (שַׁקְטַלְנָה)	אֶשְׁתַּקְטַלְתֶּן (אֶשְׁתַּקְטַלְנָה)
אַקְטְלוּ	אֶתְקַטְּלוּ	שַׁקְטְלוּ	אֶשְׁתַּקְטְלוּ

אֶקְטֹל	אֶתְקַטֵּל	שַׁקְטֵל	אֶשְׁתַּקְטֵל
אֶקְטְלִי	אֶתְקַטְּלִי	שַׁקְטְלִי	אֶשְׁתַּקְטְלִי
אֶקְטְלוּ	אֶתְקַטְּלוּ	שַׁקְטְלוּ	אֶשְׁתַּקְטְלוּ
אֶקְטֹלְנָה	אֶתְקַטֵּלְנָה	שַׁקְטֵלְנָה	אֶשְׁתַּקְטֵלְנָה

אַקְטֵל	אֶתְקַטֵּל	שַׁקְטֵל	אֶשְׁתַּקְטֵל
אַקְטְלִי	אֶתְקַטְּלִי	שַׁקְטְלִי	אֶשְׁתַּקְטְלִי
אַקְטְלוּ	אֶתְקַטְּלוּ	שַׁקְטְלוּ	אֶשְׁתַּקְטְלוּ
אַקְטֵלְנָה	אֶתְקַטֵּלְנָה	שַׁקְטֵלְנָה	אֶשְׁתַּקְטֵלְנָה

אַקְטֵל	אֶתְקַטֵּל	שַׁקְטֵל	אֶשְׁתַּקְטֵל
אַקְטְלָה	אֶתְקַטְּלָה	שַׁקְטְלָה	אֶשְׁתַּקְטְלָה
אַקְטַלְתְּ	אֶתְקַטַּלְתְּ	שַׁקְטַלְתְּ	אֶשְׁתַּקְטַלְתְּ
אַקְטַלְתְּ	אֶתְקַטַּלְתְּ	שַׁקְטַלְתְּ	אֶשְׁתַּקְטַלְתְּ
אַקְטַלְתִּי	אֶתְקַטַּלְתִּי	שַׁקְטַלְתִּי	אֶשְׁתַּקְטַלְתִּי
אַקְטַלְנוּ	אֶתְקַטַּלְנוּ	שַׁקְטַלְנוּ	אֶשְׁתַּקְטַלְנוּ
אַקְטַל (אַקְטְלִי)	אֶתְקַטַּל (אֶתְקַטְּלִי)	שַׁקְטַל (שַׁקְטְלִי)	אֶשְׁתַּקְטַל (אֶשְׁתַּקְטְלִי)
אַקְטַלְתֶּם	אֶתְקַטַּלְתֶּם	שַׁקְטַלְתֶּם	אֶשְׁתַּקְטַלְתֶּם
אַקְטַלְתֶּן (אַקְטַלְנָה)	אֶתְקַטַּלְתֶּן (אֶתְקַטַּלְנָה)	שַׁקְטַלְתֶּן (שַׁקְטַלְנָה)	אֶשְׁתַּקְטַלְתֶּן (אֶשְׁתַּקְטַלְנָה)
אַקְטְלוּ	אֶתְקַטְּלוּ	שַׁקְטְלוּ	אֶשְׁתַּקְטְלוּ

אֶקְטֹל	אֶתְקַטֵּל	שַׁקְטֵל	אֶשְׁתַּקְטֵל
אֶקְטְלִי	אֶתְקַטְּלִי	שַׁקְטְלִי	אֶשְׁתַּקְטְלִי
אֶקְטְלוּ	אֶתְקַטְּלוּ	שַׁקְטְלוּ	אֶשְׁתַּקְטְלוּ
אֶקְטֹלְנָה	אֶתְקַטֵּלְנָה	שַׁקְטֵלְנָה	אֶשְׁתַּקְטֵלְנָה

אַקְטֵל	אֶתְקַטֵּל	שַׁקְטֵל	אֶשְׁתַּקְטֵל
אַקְטְלִי	אֶתְקַטְּלִי	שַׁקְטְלִי	אֶשְׁתַּקְטְלִי
אַקְטְלוּ	אֶתְקַטְּלוּ	שַׁקְטְלוּ	אֶשְׁתַּקְטְלוּ
אַקְטֵלְנָה	אֶתְקַטֵּלְנָה	שַׁקְטֵלְנָה	אֶשְׁתַּקְטֵלְנָה

I. *De Verbo perfecto.*

§. 50.

Formatio et flexio in regulari et irregulari verbo aeque valet. Hoc autem, ut apud Hebraeos, duplici ratione oritur, aut unius radicalis contractione (*Verbum imperfectum*), ut ܕ pro ܕܐ et ܕܓܐ, aut radicalis, quae quiescibilis est, quiete, permutatione et abiectione (*Verbum quiescens*), ut ܐܙܠ, ܡܟ, ܢܦܠ cet. Verba autem *gutturalia* (§. 64.) apud Syros in perpaucis tantum formis ab reliquis regularibus discedunt.

§. 51.

Paradigma Verbi perfecti.

Variae Verbi formae in paradigmate p. 168—169. exhibitae in §§. 52—61. diligentius illustrantur. Possunt etiam et solent in codicibus manuscriptis, quod demonstravi (§. 14.), sine vocalium signis, punctis diacriticis significari.

A. *De coniugatione Peal.*

§. 52.

Forma et significatio coniugationis Peal.

1) Praeter formam usitatam ܦܥܠ, quam Verba *transitiva* amant, alia etiam reperitur (§. 47, 1.) *intransitivorum* et *semipassivorum* forma, cum *e* pronuntiata, ut ܒܗܬ *pudefactus est*, ܚܠܡ *concepit*, ܕܚܠ *timuit*, ܨܒܬ *adhaesit*, ܢܚܬ *descendit*, ܙܥܦ *iratus fuit*. Haec autem terminatio Syris et Chaldaeis longe frequentior est, quam Hebraeis. Itaque significatio Peal duplex, et transitiva, et intransitiva est.

2) Aliqua verba utramque vocalem et *a*, et *e* admittunt, ita ut manifesta significatus diversitas oriatur aut interdum idem maneat; ut ܦܠܓ *divisus fuit* et ܦܠܓ *divisit*, ܫܠܡ *absolvit*, ܫܠܡ *absolutus est;* deinde vero ܐܟܠ et ܐܟܠ *comedit*, ܝܪܬ et ܝܪܬ *hereditavit*.

Annot. Sunt etiam verba, quae vocalem *e*, neque tamen intransitivum significatum recipiunt. Verborum intransitivorum med. *u*, quae Hebraicis med. *o* respondent, unum exemplum ܩܡܛ *horruit* invenitur.

§. 53.

Praeteritum Peal eiusque flexio.

Praeteritum (ܐܬܦܥܠ) *affirmativis* radici in fine annexis flectitur [1]), quae

1) De origine et natura horum afformativorum vid. Gesenii hebr. Gramm. §. 32. Lehrgeb. der hebr. Spr. §. 78.

partim cum Hebraicis conspirant, partim vero propter diversam pronominum formam parce divergunt. Etenim sunt haecce in omnibus Praeteritis, si linea significat radicem.

		Sing.	Plur.
3.	m.	(Radix).	◌ — ◌ — (—)
	f.	◌ —	◌ — ◌ — (—)
2.	m.	◌ —	◌ —
	f.	◌ —	◌ —
1. comm.		◌ —	◌ —

ANNOTATIONES.

1) Plures formae orthographia quidem, neque tamen pronuntiatione distingui possunt, ut ◌, ◌ et ◌, *interfecit* et *interfecerunt* (m. et f.), ◌ et ◌ *interfecisti* (m. et f.); olim fortasse hae distinguebantur, postea autem cum discrimen in pronuntiatione omitteretur, in scriptione tamen retentum est, propterea quod Syri scribendo etymologiam retinere solent. (§. 7. Annot. 13.)

2) *Duplicem* Praeteriti Peal formam cum *a* et *e* paradigma exhibet; vocalis vero quaecunque sit retinetur, ita ut, 1 et 3 f. Sing. exceptis, ubique possis videre, an verbum vocali *a* aut *e* utatur.

3) Nonnullae personae in omnibus fere verbis duplicis sunt formae, vulgaris et auctae; nempe 1 et 3 Pl. m. et f., si verba ״ל, *Afel* et *Schafel* verborum ״ע exceperis (§. 77.), ut ◌ et ◌, ◌ et ◌, ◌ et ◌ in omnibus coniugationibus verbi perfecti et imperfecti formari possunt [2]); unde Syri has formas paragogicas paradigmati ipsi inseruerunt [3]). Exempla 3 m. haecce habeas: ◌ *susceperunt*, ◌ *fecerunt*, Assem. Bibl. Or. T. I. p. 235. ◌ *obtulerunt*, Michael. Chrest. p. 75. ◌ *tradiderunt*, Kirsch. Chrest. p. 79. l. 14. ◌ *constituerunt*, Barhebr. Chron. p. 42. l. 2.

4) Cum ◌ et ◌ in fine 3 Plur. m. et f. non audiantur, interdum plane abiiciuntur; ut ◌ pro ◌ *iverunt fures* Kirsch. Chrest. p. 4. l. 5. cfr. p. 17, 11. 75, 13. 149, 9. 151, 15. 155, 1. 166, 6. ◌ *placuerunt verba eorum* pro ◌ Gen. 34, 18. 31, 43. 41, 7. 49, 26. [4]).

---

2) Post *I. D. Michaelem* (Gramm. Syr. p. 104.) *Agrell* (Otiol. Syriac. p. 45. not. 11.) et *Gesenius* (Lehrgeb. der hebr. Spr. p. 265.) in 3 m. rarissimam hanc paragogen esse aiunt contra Barhebraei et grammaticorum Syriacorum auctoritatem vid. c. c. *Amirae* gramm. chald. p. 265.

3) Vid. e. g. *Abrah. Ecchelens.* gramm. Syr. p. 1, sq., p. ◌ sq. *Barhebraei* gramm. metr. (Cod. Gott.) p. 95 sq. Neque haec paragogica Praet. forma tam parce usurpatur, ac Hebraica, vid. *Gesenii Lehrgeb. der hebr. Sprache.* p. 265.

4) *Kypkii* recensio codicis Syro - Arabici. Regiom. 1746. p. 4. — *I. D. Michaelis* (Gramm.

5) Puncta *Ribui* (§. 22.) nisi solis personis fem. gen. Praet. pariter ac Fut. et Imperat. apponuntur; formam decurtatam 3 Plur. f., quae Jud in fine abiecit, haec puncta a Sing. m. bene distinguunt, ut ܩܛܠ 3 Sing. m. et ܩܛܠ̈ 3 Plur. f. [5]).

6) 1 Plur. non paragoge aucta plerumque ܩܛܠܢ pronuntiatur, rarius ante ܢ afformativum vocalem *a* praemittit, ut ܐܦܩܥܢ Luc. 9, 13. pro ܐܦܩܥ, ܐܬܒܢܝ Act. 19, 40. ܐܡܨܒܝܢ 2 Cor. 9, 3. Grammatici Syri autem hanc formam omittunt.

7) *Zabii* in Praeterito formando partim Syriacis utuntur afformativis, partim vero ad aliarum dialectorum formas propius accedunt, ut גטאל = ܩܛܠ, גאטלא = ܩܛܠܐ et simul גיטלאח = ܐܬܩܛܠ, גאטאלחא = ܐܬܩܛܠܬ et simul אבאדח = ܥܒܕ, גיטליח = ܐܬܩܛܠ cet. Inscriptiones paucas tantum formas exhibent, ut עבדח *fecit* (f.), אמרח *dixit* (Carpent.), עבדו *fecerunt*, קברו *sepulcro darunt* (Palm. inscr. 3.), alia. — Agnoscunt Zabii et apocopatam et paragogicam 3 Plur. Praet. formam, ut שמאר *dimiserunt*, קרון *vocarunt*; cum formae illi suffixa annectenda sunt, apocope locum non habet.

§. 54.

Infinitivus.

1) Omnes coniugationes ad Infinitivum (ܦܥܠ ;ܐܬܦܥܠ) formandum ܡ praeformativo utuntur, quod eandem vocalem recipit, ac Futuri praeformativa, et praeter Peal in fine terminationem ܐ adiiciunt; itaque Inf. Peal ܩܛܘܠ, rarissime cum Waw otiante (§. 32, 2.), ut ܡܗܦܘ *discedere*, Luc. 9, 33. ܡܥܒܕ *facere*, Ps. 109, 6. [1]). Originitus ܡ praef. vacuum est, sed propter sequentem litteram vacuam brevi utitur vocali. Hoc in caussa est, quod sicubi sequenti litterae vocalis tribuitur, vacuum manet, ut ܡܙܠ *moveri* (§. 75—76.) [2]).

Syriac. p. 104.) exempla Waw abiecti certa desideravit; quae supra attuli, rem extra omnem ponunt dubitationem.

5) Nonnulli grammatici, ut *Buxtorfius* (Gramm. Chald. et Syriac. p. 53.), 3 Plur. f. etiam has terminationes tribuunt: ܩܛܠ, ܩܛܠ̈ et ܩܛܠ̈ sine ulla auctoritate, quod iam *Lud. de Dieu* recte reprehendit (Gramm. harmon. p. 194 sq.). Etenim Syri illas formas sane partim e Chaldaismo, partim e verbi ''ל formis derivatas non agnoscunt in verbo regulari.

1) Ita secundum edit. principem legenda; *I. D. Michaelis* quidem (Gramm. Syr. p. 105.) ܡܗܦ̈ܘ, ܡܥܒ̈ܕ scribit recentiores editiones secutus. Huius praeterea generis exempla *Amira* (Gramm. Chald. p. 314.) apud grammaticos invenisse videtur, sed addit, auctores ferè omnes sine o Infinitivos (Peal) scripsisse.

2) *Schultens* (Institutt. Aram. p. 47 ss.) has Infinitivi formas affert: ܦ̈ܥܘ, ܐ̈ܦܥ, ܥ̈ܘܦ, ܡ̈ܦ̈ܥ, ܐ̈ܬܦ̈ܥ, ܡ̈ܬܦ̈ܥ et ܥ̈ܘܬܦ, sed cum ipse nulla illarum exempla laudarit, neque ego talia tanquam veras Infinitivi formas deprehenderim, eum, quod in Syriaca institutione saepius fecit, ex analogia cognatarum dialectorum et mero arbitrio has finxisse existimo.

2) Duplici Infinitivi forma, quam Hebraei distinguunt, *absoluta* et *constructa* [3]), Syri non gaudent; Infinitivus solet cum ܠ praefixo coniungi, sine hoc praefixo vero ibi tantum ponitur, ubi Hebraei Infin. absolutum adhibent [4]).

§. 55.

Imperativus.

1) Imperativus (ܦܥܘܠ) in 2 radicali regulariter eandem vocalem usurpat, ac Futurum; itaque ܩܛܘܠ et Futur. ܢܩܛܘܠ, ܙܒܢ? *time* et Futur. ܢܙܒܢ, ܐܟܘܠ *eme* et Fut. ܢܐܟܘܠ. Rarius a Fut. vocali discrepat, ut ܐܙܠ *abi* et Fut. ܢܐܙܠ. Potest igitur cum *u*, *a* et *e* formari; primam vocalem transitiva verba (ܦܬܚܐ ܦܬܚ ܟܬܒ), quae in Praet. *a* habent, secundam vero et tertiam intransitiva (ܦܬܚ ܐܙܠ ܟܬܒ), quae in Praet. *e* habere solent, plerumque usurpant.

2) Imperativi formae, quae 2 Sing. et Pl. m. et f. complectuntur, in Plur. duplices sunt, nempe simplices et paragoge auctae; itaque ܩܛܠܘ et ܩܛܠܘܢ, ܩܛܠܝ et ܩܛܠܝܢ [1]). Hanc formam paragogicam non solum in fem. sed etiam in masc. non raro in Peal, Paël et Afel inveniri, iamiam *Agrellus* exemplis probavit [2]).

Annot. 1. In formis ܩܛܠܝ, ܩܛܠܘ et ܩܛܠܘ Jud et Waw finale otiantur (§. 32. 2. 3.). Act. 9, 40. invenimus quidem in edit. *Widmanst.* ܩܛܠܝ quod tamen iam *Schaafius* in ܩܛܠ emendavit. Forma sine paragoge in Plur. f. non differt a Sing. f. nisi punctis Ribui. (§. 22.)

Annot. 2. *Zabii* Imperativum apocopatum et paragogicum agnoscunt. Uti enim apud Syros 3 Praet. m. Waw saepius abiicit (§. 53, 7.), ita apud eos etiam Plur. Imperativi, ut סבול *feratis*, אזיל *ite*. Quae tamen abiectio tum fieri non debet, cum huic formae suffixum annectitur; sin vero suffixo quaedam praepositio praemittitur, Waw omittere licet, quanquam suffixum et praepositio illa verbo affigitur, ut אסימליה *date ei*. Verba denique 3 quiescentis in Imper. Plur. illud Waw semper servant. In Plur. vero etiam paragogica forma, praecipue in Verbis 3 quiescentis, solemnis est, nisi cum suffixo coniunguntur, ut

---

3) *Gesenii Lehrgeb. der hebr. Spr.* §. 79, 1.

4) Gesen. l. l. §. 209. *Amira* (Gramm. Chald. p. 271 ss.) veram Infinitivi pro Hebraeorum absoluto positi indolem ignorans solam Inf. formam sine ܠ idem fere significare existimat, quod Part. praes. Latinorum et quasi semper coniungi cum Nominativo verbi, a quo formetur (i. e. cum *Verbo finito*). Si vero eo teste sunt, qui Inf. nominarint ܡܦܥܠ ܦܥܠ, ii et Infinitivi et Participii naturam non satis perspexerunt (§. 57, Annot. 1.).

1) Grammatici Syria oriundi utramque formam in paradigmate proponunt; eundem morem etiam *Barhebraeus* (Grammat. metr. Cod. Gott. p. 97 sq.) sequitur; vid. §. 32. p. 137.

2) Otiol. Syriac. p. 45.

איתן *ducite*, ڤ֫ *estote*, ڤ֫ *vocate*; in aliis vero Verbi classibus raro tantum invenitur, ut שומען *audite*. Hac ratione Praet. et Imper. facile possunt confundi, in apocopata enim et paragogica Imp. forma plane conspirant. Zabii etiam post 1 radicalem in Imper. interdum Waw inserunt, ut שומע *audite*, ita et in aliis verbis, ut רומן *iacite*, a רמא; quod, ubi ante suffixa factum est, nihil habet singularitatis.

§. 56.

Futurum.

1) Praeformativorum ope, quae apud Syros tribus litteris ܐ ܝ ܢ constant, Futurum (ܬܐܦܥܠ) formatur [1]). Haec enim Imperativo praeponuntur et quidem sine vocali; cum autem illius forma etiam a vacua incipiat littera, praeformativa vocalem recipiunt *e* in Peal, ne vocis initium tres litterae vacuae constituant (§. 38, 2.); in 2 Sing. f. 3 et 2 Plur. m. et f. vocalis ultima excidit. Imperativi formam si significaveris linea, hancce Futuri invenies formationem.

		Sing.	Plur.
3.	m.	ـــَـ	ـــَـوْ
	f.	ـــَـ (ـــَـ)	ـــَـ
2.	m.	ـــَـ	ـــَـوْ
	f.	ـــَـ (ـــَـ)	ـــَـ
1.	comm.	ـــَـ	ـــَـ

2) Vocalem Imperativi Futurum retinere solet; admittit igitur tres *u*, *a* et *e*, ita ut *u* transitivis, *a* et et *e* intransitivis tribuere soleat. Itaque verba, quorum Praet. *e* habet, in Fut. *a* recipiunt, uti in Imperativo; sunt tamen nonnullae exceptiones, nempe ܢܣܟ et ܢܣܟ a ܣܟ *tacuit*, ܢܣܓ a ܣܓ *adoravit*, ܢܩܪܒ a ܩܪܒ *appropinquavit*. Quaecunque vero verba Praet. *a* pronuntiant, in Fut. *u* recipiunt paucis tamen exceptis, ut ܢܬܥܒ a ܬܥܒ *laboravit*, et verbis gutturalibus (§. 64.). Fut. med. *e* aeque ac med. *a* plerumque ad intransitiva pertinet, per anomaliam etiam ad transitiva, ut ܢܥܒܕ *faciet* a ܥܒܕ, ܢܦܩ *emet* a ܦܩ. Etiam in verbis ܐ saepe et in verbis ܝ interdum Fut. *e* invenies, quanquam transitivae sint significationis (§. 70. 71.).

---

1) De origine praeformativorum eorumque indole cfr. *Gesenii Lehrgeb. der hebr. Spr.* §. 81.; at animadvertas velim apud Syros ea iam ita libere transmutata esse, ut etymologiae fere nulla haberetur ratio.

ANNOTATIONES.

1) *Nun* praeform. 3 personae multis suspectum fuit, quia in cognatis dialectis Jud inveniebatur, neque dubitarunt litterarum Jud et Nun, quae sane sunt figura simillimae, in auxilium vocare permutationem facillimam. Quam quidem sententiam nutrire poterat ea dialecti Hierosolymitanae, quae dicitur (§. 2, 4. Annot. 4.), singularitas, ex qua pariter ac Chaldaicus sermo 3 Fut. m. Sing. et Plur. per *Jud* format [2]), ut ܢܐܡܪ *dicet* Matth. 24, 23. ܢܐܡܪܘ *dicent* ib. v. 26. 44. ܢܐܡܪ 27, 64. ܢܐܡܪ Luc. 23, 35. ܢܐܡܪ Io. 4, 47. Sed Codicis, cui haec insunt, nimia inconstantia et negligentia nil potest probare. Etenim etiam 1 Fut. interdum *Jud*, interdum *Nun* praeformativum habet, quod ab omnibus orientalium linguis alienum est [3]), ut Matth. 17, 17. ܢܫܒܩ pro ܢܫܒܩ, 22, 44. ܢܫܬܟ pro ܢܫܬܟ, 27, 17. 21. ܢܫܩܐ et v. 22. ܢܫܩ Luc. 17, 8. ܢܫܬܐ et Marc. 1, 38. ܢܬܒ pro ܢܐܙܠ. Provocarunt vero Syrorum praeformativum revera *Nun* esse existimantes ad Zabiorum dialectum, in qua nulla litterae *Nun* et *Jud* permutatio locum potest habere propter harum litterarum dissimilitudinem [4]), sed haec analogia nihil docet, nisi *Nun* in Aramaea dialecto *posse* significare etiam 3 Fut., nullo modo autem, in Syriaca hoc vere factum esse. Habemus autem certissimam *Barhebraei* auctoritatem, qui in Grammat. metr. (Cod. Gott. p. 96 ss.) non solum formas Fut. ita exhibet, sed litteras plane nominat; nam voces ܢܥ et ܗܘ vix poteris commutare [5]). *Aurivillius* quidem rectissime opinatus est [6]), a Syris receptum esse ܐ his in formis loco praef. ܢ ceteris usitatae dialectis, quia ܐ Syris tum proxime ante se tum post se aegre fert litteram vocali destitutam (§. 31, 2.). De litteris praeformativis exstat libellus Eliae I catholici ܐܝܠܝܐ ܩܬܘܠܝܩܐ inscriptus [7]), qui *Nun*, neque *Jud* significat praeformativum [8]). Praeterea illud Nun ab ܐܢܐ pronomine potest derivari.

2) Nonnullae personae duplicem admittunt formam. 3 Sing. f. igitur ܬܩܛܠ et ܬܩܘܠ, quanquam haec usitatior est, neque tamen illius exempla desunt Marc. 4, 32. 9, 50. Matth. 24, 2. alibi. Iacobita quidem ad Cod. Syr. Vatic. XVI, olim X. [9]) fol. 143. ܕܢܫܒ ܗܘ ܕܢܫܒ ܐܝܟ ܕܢܫܒ ܐܝܟ ܕܢܫܒ ܐܝܟ

ܢܦܩ h. e. *in exemplis nostris, Iacobitarum, exprimitur Jud in fine verbi fem., non vero apud Nestorianos, e. c.* ܠܡܫܩܠ cet.[10]) — 2 Sing. f. ܠܡܫܩܝ et raro ܠܡܫܩܝܢ, ut Marc. 9, 25. ܠܐܥܠܢ (ed. Widmanst., recentiores editt. legunt ܠܐܥܠܝ) *ne ingredere* 1 Cor. 7, 16; ܠܐܫܙܒܝܢ *salvabis; I. D. Michaelis*[11]) hoc *Jud* pro suff. 1. Sing. pleonastice posito habuit, quod mihi videtur parum probabile. Grammatici antiquissimi hanc formam ܠܡܫܩܝܢ in paradigmate non proponunt.

3) Varias Futuri formas, quae praecipue a significatu pendent, earumque indolem iam *Amira* aliique Maronitae, inprimis etiam *Abrah. Ecchellensis*[12]), plane perspexerunt. A nonnullis verbis Fut. *A.* et *U.* simul in usu est, sed diverso sensu, ut ܢܟܦ in Fut. ܢܟܘܦ *occidet* (de sole) et ܢܟܦ *ventilabit* (de personis), ܦܫܛ in Fut. ܢܦܫܛ *exuet* (vestem) et ܢܦܫܛ *mittet* (homines), ܛܒܥ in Fut. ܢܛܒܥ *immersus erit* (in aquam) et ܢܛܒܥ *obsignabit* (librum), ܓܡܪ *perfecit*, ܓܡܪ (alios) et ܓܡܪ (se ipsum); in ܣܒܒ *circumdedit* autem ܢܣܒ et ܢܣܒ non differunt. Fut. *A.* amant prae ceteris verba ܐ"ܥ (§. 70.). De iis, quae Fut. *E.* recipiant, certa regula nequit proferri; huc pertinent ܥܒܕ *fecit*, ܢܥܒܕ, ܙܒܢ *emit*, ܢܙܒܢ et plura verba ܐ"ܥ (§. 70.), et verba ܐ"ܦ (§. 73.).

4) *Fut. figuratum*, quo Arabica dialectus praecipue insignis est, Syriaca et Chaldaea fere omnino ignorant, qua in re vulgarem Arabum sermonem habent consentientem[13]). Hoc etiam in caussa est, quod Pentateuchus Samaritanus Futuri apocopen neglexerit[14]). In verbi ܗܘܐ Fut. tamen Syri apocopen admittunt, nempe ܢܗܘ pro ܢܗܘܐ, ܢܗܘ cet. ܢܥܒܕ, ita ut hac forma modo Fut. vulgare modo Coniunctivum significent[15]). Dialectus Hierosolymitana, quam dicunt, apocopen in eodem verbo eodemque significatu exhibet, ut ܢܗܘ *sit*, Io. 6, 40. ܢܗܘ *sumus*, 6, 28. ܢܗܘܢ *sunt*, 3, 9., ut Chaldaei scribunt יהי et יהא. Neque Samaritanis hoc Fut. apocopati vestigium deest, יהי et הי pro יהיה[16]).

Quo modo Syri coniunctivum aliasque verborum rationes periphrastice exprimant, docet syntaxis.

5) *Zabiorum* praeformativa conspirant plerumque cum Syriacis; Fut. med. *u* et *a* solet esse, ita ut Imper. hac in re a Fut. non differat. Itaque Fut. 3. נישקול, 2. תישקול, 1. אישקול, et נימאר *dicet*; Imp. שקול et עמאר.

---

10) *Adleri* verss. Syriac. p. 23.

11) Gramm. Syr. p. 107.

12) Gramm. Syr. p. ـصـ ss.

13) *Herbin* quidem (Developpement des principes de la langue Arabe moderne) nullas Fut. figurati formas affert et *Dombay* (Gramm. Mauro-Arabic. p. 10.) يَقْتُلُنَّ tantum et يَقْتُلْنَ commemorat. Neque *Gesenius* denique (*Lehrgeb. der hebr. Spr.* p. 284.) in Melitensi dialecto Fut. paragogicum invenit.

14) *Gesenius* de pentat. Samarit. origine, indole et auctor. p 27.

15) Multa huius rei exempla diligenter collegit *Agrell* in Otiol. Syriac. p. 46., praecipue e Barhebraei Chronico.

16) *Cellar.* hor. Sam. p. 103.

§. 57.

Participia.

1) Participium in Peal et quavis alia coniugatione activa duplex est, activum et passivum. ܦܥܺܝܠ tamen in verbis neutris, verbis sensuum et affectuum, quin etiam in nonnullis aliis etiam active usurpatur, ut ܟܰܕ̈ܺܝ *portans* (proprie *oneratus*), ܐܰܚܺܕ *tenens*, ܫܰܩܺܠ *portans*, ܟܰܦܺܬ *prehendens* [1]), ܚܰܙܺܩ *circumdans* [2]), ܟܰܡܺܨ *insidians* [3]), ܐܰܒܶܠ *lugens* cet., et Acc. tum admittit, ita ut cum participiis Praes. et Praet. *Deponentium* latinorum recte conferatur.

2) Participiis Syri aeque ac ceteri Semitae pro *Praesente* (ܐܶܢܳܐ ܩܳܛܶܠ) utuntur ita quidem, ut, Chaldaeis assentientibus, plerumque pronomen personale, paulo tamen contractius, cum linea occultante (§. 20.) sub prima consonante nonnullorum pronominum (§. 27, 2. a. et b. *α*.) adiungant. Haec autem pronomina auxiliaria in quibusdam personis cum Partt. non loquendo solum sed etiam scribendo contrahuntur veramque Praesentis flexionem efficiunt. Itaque v. c. ܩܛܰܠ ita flectitur:

		Sing.		Plur.
3.	m.	ܗܽܘ ܩܛܰܠ s.	ܩܛܰܠ	ܩܛ̈ܠܺܝܢ ܗܽܢܽܘܢ
	f.	ܗܺܝ ܩܛܰܠܬ s.	ܩܛܰܠܬ	ܩܛ̈ܠܳܬ ܗܺܢܽܝ
2.	m.	ܐܰܢܬ ܩܛܰܠ	ܩܛ̈ܠܬ	ܩܛ̈ܠܬܽܘܢ ܩܛ̈ܠ̈ܺܝܢ ܐܰܢܬܽܘܢ
	f.	ܐܰܢܬ ܩܛܰܠܬ	ܩܛ̈ܠܬ	ܩܛ̈ܠܬܶܝ ܩܛ̈ܠ̈ܳܬ ܐܰܢܬܶܝ
1.	m.	ܐܰܢܳܐ ܩܛܰܠ	ܩܛ̈ܠ̈ܺܝ	ܩܛ̈ܠ̈ܺܝ ܢܚܢ ܩܛ̈ܠ̈ܺܝ ܢܚܢ
	f.	ܐܰܢܳܐ ܩܛܰܠܬ	ܩܛ̈ܠ̈ܺܝ	

Annot. 1. *Amira* quidem [4]) eos reprehendit, qui participio suppleri existiment Praesens; sed eius argumentum e nomine grammaticorum ܐܶܢܳܐ ܩܳܛܶܠ repetitum imbecillum esse quisque videt. Tanquam singularem orationis partem distinguunt grammatici Syria oriundi *verbum nominis* ܫܡܐ ܕܒܪ [5]). Cum hanc parum perspicue distinxerint, definitionem eorum animadvertamus. Aiunt enim ܫܡܐ ܕܒܪ ܗܘ ܕܠܐ ܡܬܚܕܐ ܥܡ ܙܒܢ ܡܘܕܥ i. e. *verbum nominis est nomen contractum sensuque verbi non determinati utens.* ܟܬܒ significat nomen in *stat. absoluto*, sine ܐ emphatico (§. 92.), ܟܬܒܐ ܠܐ ܡܬܚܕ est forma verbalis tempori certo non adstricta; itaque ܛܒ *bonus est*, et ܛܒܐ *bona est*,

1) Ass. Bibl. Or. T. I. p. 30.
2) Barhebr. Chron. 216, 20.
3) Kirsch. Chrest. 30, 15.
4) Gramm. Chald. p. 268 ss.
5) Vid. auctores p. 29. not. e. laudatos.

non autem ܛܒܐ *bonus* et ܛܒܬܐ *bona* verba nominis nominantur. Neque nomen aliquod, ut et nuncupetur et sit *verbum nominis*, necessario a verbo aliquo, sicut Part. Latinorum, derivandum est, sed iam sufficit, si adiectivum sit in statu absoluto verbumque substantivum sive pronomen eius vicibus fungens implicite aut explicite recipiat, itaque praedicatum dictionis aut solum aut cum verbo substantivo efficiat; ut ܩܕܝܫ ܐܢܐ *sanctus sum*, ܙܕܝܩ ܐܢܬ *iusta es*, ܗܢܐ ܒܝܫܐ ܗܘ *hic malus est*, ܗܠܝܢ ܪܘܚܢܝܐ ܐܝܢܘܢ *hi spirituales sunt*, ܗܝܡܢ ܗܘ ܠܡܪܗ ܕܐܡܪ ܠܗ *credidit dominus eius verbis.* Explicant ܦܥܠ ܣܡ grammatici etiam Arabico اسم الفعل *nomen actionis*, quod etiam مصدر *principium* nominatur; neque tamen satis apte [6]).

Annot. 2. Forma ܩܛܝܠ communis est m. et f. generi, quod per omnia omnium coniugationum Partt. observarunt Maronitae. *Buxtorfius* [7]) idem de forma ܩܛܠ valere voluit, ita ut ea quoque pro fem. usurpetur et provocavit ad Gal. 4, 27. ܥܩܪܬܐ *quae non paris* et Matth. 23, 37. ܕܩܛܠܝܢ ܠܝܬ ܐܦ ܩܛܠ ܢܒܝܐ ܠܐ ܐܝܬ, quin etiam *Lud. de Dieu* [8]) de Luc. 1, 28. ܒܪܟܬ ܐܢܬ ܒܢܫܐ *benedicta inter mulieres*, assentiente *Gabr. Sionita* [9]) idem statuerat, post autem dubius aliquid certi de his formis proferri non ausus est [10]). In primo autem loco Polygl. Antverp. quidem ita legunt, editio princeps autem ܡܟܝܠ ܐܢܐ, in secundo autem et tertio ܙܩܛ, ܩܛܠ et ܒܪܟ formae *constructae* (§. 92.) sunt.

Annot. 3. *Zabii* ita Participiis delectantur, ut iis frequentius nullam adhibeant verbi formam. Coalescunt autem Partt. cum pronominibus personalibus iis postpositis eodem fere modo atque in Syriaco sermone, ut מאדבירית pro מאדבאר אנאת *eloqueris*, יאדיח = ܝܕܥܬ *scis*, יאהבאת = ܝܗܒܬ *das*.

Annot. 4. Part. ܦܥܝܠ in 1 rad. saepe etiam vocali ˙ utitur, praesertim in verbis intransitivis, ut ܣܝܡܝܢ *silentes* Marc. 9. 34., ܕܒܩܝܢ *adhaerentes* 6, 1. ܪܚܝܩ *longinquus* 7, 6. ܢܦܩ *egressus* v. 30. ܕܚܠܬܝܢ *obstupefacti* Luc. 1, 21.

§. 58.

Ethpeël.

1) *Ethpeel* plerumque passivum coniug. Peal, nonnunquam tamen et coni. Afel constituit, praecipue sicubi Peal intransitivum est aut obsolevit; itaque ܐܬܬܩܠ *commendatus est* ab ܩܠ, ܐܬܚܙܝ *ostensus est* ab ܚܙܐ, ܐܬܪܡ *exaltatus est* ab ܪܡ, ܐܬܡܣܪ *traditus est* ab ܡܣܪ, ܐܬܫܠܡ *commodatus est*, ab ܫܠܡ. Cum autem

6) Vid. de *nomine actionis* Arabico *Sylv. de Sacy* Grammaire Arabe T. I. p. 196.

7) Gramm. Chald. et Syr. p. 271.

8) In Critica sacra s. animadverss. in loca quaedam difficiliora V. et N. T. p. 857.

9) In suis ad *Lud. de Dieu* animadversiones observationibus, quas manuscriptas ad eum miserat; vid. *Lud. de Dieu* gramm. harm. p. 374.

10) Gramm. harm. p. 373 ss.

omnes coniugationes passivae et reflexivi sint significatus [1]), unde fit, ut Syri coniug. reflexivam, Hebraeorum *Hithpaël*, non habeant peculiarem, neque desunt exempla Ethpeel reflexive et reciproce positi ut ܠܐ ܬܬܢܨܚ *ne efferas te* Rom. 11, 20., ܐܬܬܥܪ *conversatus fuit*, ܐܬܣܟ *cogitavit.*

2) Si 1 radicalis sibilans fuerit, ܬ characteristicum huius coniug. cum ea transponitur (§. 26, 1. a) et post ܣ in ܫ, post ܙ in ܬ mutatur (§. 25, 5. a).

Annot. 1. Inter grammaticos nostros non desunt, qui ܐܬܦܥܠ scribunt contra Syrorum paradigmata; *a* enim in gutturalibus tantum locum habet (§. 64.). Idem de formis ܐܬܦܥܠܬ et ܐܬܦܥܠܬܐ *Buxtorfio* aliisque probatis valet, quippe quae ab Amira ceterisque Maronitis non commemorantur, et in universum in verbis ܦ״ ܥ״ et ܠ״ pro ܐܬܦܥܠ et ܐܬܦܥܠܬ inveniuntur, ut ܐܬܝܗܒ *datum est* Hebr. 6, 8. (ed. Widm.), quod sane ܐܬܝܗܒ legendum (§. 73—74.). Ita arbitrio Imper. ܐܬܦܥܠ excudere quidam conati sunt et inter alios *Leusdenus* [2]) hoc contra *Lud. de Dieu* [3]) temere defendit; *Barhebraeus* enim [4]) 1 radicalem cum *a* efferendam docet. Non minus errant, si qui 2 radicalem propter lineam diacriticam ei subiectam (§. 21, 5.), ab ipsis falso pro occultante habitam, occultandam esse praecipiunt; cum neque a Barhebraeo tale quid doceatur, neque a Maronitis inter varias occultationis species hae formae recenseantur. Brevem vocalem cum 2 et 3 radic. pronuntiatam esse probat tum eius in nonnullis exemplis adscriptio (§. 21, 5.), tum 3 radicalis, si aspirata est, lenis pronuntiatio. Si enim in voce ܐܬܟܬܒ ܒ occultaretur, ܒ durum maneret (§. 18, 3. Annot. 1.), cum autem linea illa nonnisi diacritica sit litteraeque ܒ scheva mobile tribuere debeas, ܒ lene fit; itaque in codd. hanc et similes formas invenis Ruchoch notatas.

Annot. 2. In aliquot exemplis 3 Sing. f. Praet. videtur in ܬ loco ܐ desinere, e. g. Barhebr. Chron. 86, 5. ܠܐ ܐܬܝܕܥ pro ܐܬܝܕܥ *non cognitus est locus eius*; 135, 5. ܠܐ ܐܬܐ ܐܡܗ ܕܡܠܟܬܐ *ne amplius mater ipsius regina proclamaretur*; 482, 8. ܕܢܚܬ ܠܘܩܝܐ ܒܬ ܠܒܘܢ ܘܐܬܪܥܝܬ ܠܗ ܣܠܘܩܝܐ *ut descenderet (filia regis Leboni) Seleucia et reconciliaretur.* Sed non immerito iam *Agrellus* [5]) scriptionis vitiositatem suspicatus est; *Bernstenius* in Chronic. Barhebr. e Codd. Mss. emend. atque illustrati Specim. I. has lectiones, si recte memini, non delibavit.

Annot. 3. In Fut. Ethpeel uti in Fut. Peal (p. 175. not. 8.) interdum exempla reperiuntur cum ܢ sub praeformativis, ut ܢܬܡܫܚ 2 Cor. 3, 1. (ed. Widmanst.), ܢܬܡܫܚܝܗ *ungant eum* Iac. 5, 14., ut ܢܛܪ *custodiat* 1 Petr. 3, 10., ܢܚܙܘ *ut viderent* Act. 15, 6., ܢܥܒܕ ܙܕܩܬܐ *ut iustitiam exerceant* 1 Tim. 5, 4. Consentiunt editiones antiquiores, sed cum veteres grammatici hac de re nihil praecipiant, a recentioribus vulgaris recte restituta est praefixorum vocalis.

---

1) *Agrell.* Lumin. Syr. ad illustrandum Hebraism. collect. §. 6.

2) Schol. Syriac. pag. 89—90.

3) Gramm. harm. p. 214.

4) Gramm. metr. Cod. Gott. p. 103—104.

5) Otiol. Syriac. p. 52 ss.

Annot. 4. ܫܡܥ *obedivit* peculiari modo per totum Ethpeel pro ̂ in syllaba ultima ̣ recipit; itaque Praet. ܐܫܬܡܥ Act. 21, 14., Imp. ܐܫܬܡܥ Hebr. 13, 17., Fut. ܢܫܬܡܥ Gal. 5, 7., Part. ܡܫܬܡܥ Ioa. 3, 36. At Inf. regulariter ܗܫܬܡܥܘ Act. 5, 29.

§. 59.

Paël et Ethpaal.

1) Utriusque coniug. media radicalis geminanda ab orientalibus tantum Syris revera geminatur, occidentales vero quae e litterarum geminatione ab ipsis non admissa pendent, diligenter observant (§. 17.). Pro geminatione inserunt Syri interdum Olaf, ut ܐܠܨ *sustulit*, Tychs. Elem. Syr. 52, 4. a fine, ܐܢܨ *scidit*, Barhebr. Chron. 28, 1., ܐܦܨ *latravit* Cast. Lex. Syr. p. 128. [1]). Paël intransitivam coni. Peal significationem in transitivam convertit; ut ܐܟܠ *arsit*, Paël *inflammavit*; ubi vero Peal transitivum est, ibi aut a) intendit significatum, ut ܒܥܐ *petiit*, *quaesivit*, Pa. *diligenter inquisivit*; ܪܚܡ *amavit*, Pa. *amanter aliquem iuvit*, *misertus est*; ܦܨܐ *abscidit*, Pa. etiam *membratim concidit* (de διχοτομία), ܟܪܥ *inclinavit*, Pa. *supplicavit*, *precatus est* (propter inclinationem in precibus magis continuam) [2]), aut b) quod saepius fit, *causativum* recipit significatum, ut ܚܬܡ *signavit*, Pa. *obsignare fecit*; huc pertinent etiam notiones *iubendi*, *permittendi*, *censendi* et *declarandi*, quae in coni. Paël saepe cadunt [3]). c) Interdum denique Paël eiusdem significationis est, ac Peal, ut ܦܨ et ܦܲܨ *disscidit*, ܡܠܟ et ܡܲܠܟ *dominatus est*.

2) Quum coni. *Paël* haud raro *effectivam* vim habeat et valeat *facere* id, quod Peal significat, *Ethpaal* notat *fieri* id, quod Peal indicat, atque adeo eandem, quam Peal, significationem interdum habet, e. g. ܩܪܒ *appropinquavit*, Pa. *accedere fecit*, Ethpaal *accedere factus est*, itaque *accessit*; similiter ܒܗܬ Pe. et Ethpaal *verecundus fuit*, ܚܠܦ Peal et Ethpaal *contendit*. Unde fit, ut Ethpaal notionem interdum habeat *activam*, ut ܐܬܒܨܝ *intelligere fecit*, ܐܬܒܨܝ *intellexit*, ܐܬܓܪ *circumductus est*, etiam *circumdedit*, ܐܬܚܙܩ Peal et Ethpaal *cogitavit*, ܨܠܒ Peal et Ethpaal *cruciavit*, et recipiunt Acc. [4]). In syllaba ̣ littera ̇ transponitur, si

---

1) *Agrell.* Otiol. Syr. p. 49.

2) Vid. etiam *Agrell.* Lumin. Syr. §. 2. n. I. — *I. D. Michaelis* (Grammat. Syr. p. 89. et in lex. Syr. Castelliani editione p. 767 et alibi.) *intensivam* con. Pal. significationem temere in dubium vocavit, quod iam dialectorum comparatio eum docere debuisset.

3) Exempla huius generis collecta invenis in *Agrell.* Otiol. p. 29 et in Lum. Syr. §. 5. n. I—III.

4) Exempla laudavit *Agrell.* in Otiol. Syr. p. 30.

1 rad. sibilans est (§. 26, 1. a.), si vero ʒ aut 1 fuerit, etiam commutatur cum ـڢ aut ـڡ (§. 25,5. a.).

ANNOTATIONES.

1) *Praet.* et *Imper.* Paël nonnunquam in syllaba ultima pro ـَ vocalem ـَ admittunt, nempe si ʒ rad. gutturalis est. Antiquiores N. T. editiones Marc. 10, 16. بَـٰرِكَ *benedixit* pro بَـٰرَكَ exhibent, بَـٰرِكُو vero ibidem v. 32. pro Part. Peal habeas. (§. 57. Annot. 4.)

2) *Participia* Paël significatu diversa vocali ultimae syllabae differunt, si autem ʒ rad. sit gutturalis aut ـڢ, tum etiam Part. act. terminatur in ـَ, ut مَـٰبِّـَ *gubernans* et *gubernatus*, مَـٰبِّـِ *honorans* et *honoratus*. Evanescit discrimen etiam in forma fem. Sing. et *statu emphatico* m. (§. 92.), ut مَـٰقْـٰلَا *interficiens* (f.) et *interfecta*; sed in fem. stat. emph., nisi ʒ rad. gutturalis aut ـڢ est, utraque forma discerni potest, ut مَـٰقْـٰلَا et مَـٰقْـٰلَا.

3) *Futuri* praeformm. vacua sunt excepto ا, quod notatur vocali ـَ, ubicunque debebat esse vacuum; idem de praeformm. *Schafel* et coniugg. rariorum valet.

4) Omnes Praet., Imper. et Fut. formae coni. Ethpaal, quae ad 1 rad. ـَ habent, non differunt ab iisdem formis coni. Ethpeel; ubi vero 2 rad. aspirata est, ibi huius pronuntiatio eas distinguit (§. 18, 2. d. 4, a.) [5]).

5) Cum sonus Scheva mobilis semivocalis *e* raptim elatae perquam similis esset, ut نِـْقْـٰلَ *nĕkatel*, factum est teste *Amira* [6]), ut nonnulli praeff. Fut. Paël vocalem *e* adscribi iuberent, itaque يِـْقْـٰلَ pro يِـْقْـٰلَ. Ita *Zabii* quoque, quamquam non semper, quod *Norbergus* [7]) falso contendit, has formas saepe scribunt.

6) *Infinitivus* utriusque coniugationis, uti in Ethpeel et reliquis coniugg., formatur ـْـَ vacuo praefixo, ـَـْ in fine affixo et ultimae radicali Sekofo praemisso; ا syllabae ـَا expuncto, ـْـَ vocalem illius recipit, quod etiam in Fut. et Partic. coniugg. passivarum fieri solet. Chaldaei Infinitivis omnium coniugg. praeter Peal ـْـَ praefigere non solent.

7) *Imperativus* Ethpaal plerumque cum Imp. Ethpeel conspirat, 1. radicalem cum ـَ et 2 cum linea diacritica (§. 21, 5.) coniungens. Neque tamen desunt exempla, in quibus linea diacritica praetermissa Praet. et Imper. non differunt (§. 21, 5.); ita Amira teste [8]) اِـْقْـٰلَ semper utrumque ـَ retinet. Apud poetas quidem et apud prosaicos scriptores euphoniae caussa, ubi secundum ـَ auferre pronuntiationis decori valde obstaret, Imperat.

---

5) *Masius* (Gramm. ling. Syr. in Polygl. Antverp. T. VI. p. 27.) quique eum sequitur *Waserus* (Instit. ling. Syr. p. 31 ss.) aliique hanc coni. nominarunt Ethpaël, terminantes eam per ـَ, sed contra testimonia grammaticorum veterum.

6) Gramm. Chald. p. 42.

7) Comment. de relig. et ling. Zab. p. 18.

8) Gramm. Chald. p. 339. cll. *Castell.* Lex. Syr. ed. *I. D. Michael.* T. II. p. 860.

Praet. aequat, ut إِتْجِر *conversare*, إِهْدَا *intellige*. Has vero regulas occidentales sive propinquiores tantum Syri sequuntur; remotiores enim sive orientales Imp. Ethpa. ubique cum duplici ̈, uti Praet., legunt [9]). In Plur. fem. saepius haec pronuntiatio cum duplici ̈ adhibita videtur, quamquam Amira et reliqui grammatici in paradigmate *unum* adpingunt [10]).

§. 60.

Afel et Ethtafal.

1) *Afel* formatur ʾ radici praemisso, quod tamen ante praeformm. Inf. Fut. et Particc. excidit, ita ut haec, quae vacua erant, eius vocalem recipiant. a) Intransitivam Peal significationem in *transitivam* mutat, ut حَبَرَ *transiit*, Af. *traduxit*, مَيَّا *scivit*, Af. *indicavit*; b) transitivam vero reddit *caussativam* cum Acc. rei et pers., ut كَسَا *induit*, أَكْسَى *vestivit*, ita tamen, ut etiam notiones *censendi*, *declarandi*, *iubendi* vel quovis modo *curandi*, *permittendi* et *sinendi* recipiat [1]). Saepe denique c) Afel, uti interdum Hebraeorum *Hiphil* [2]), significatione utitur *intransitiva*, ut أَنْوَرَ *illuxit*, أَهْنَأَ *splenduit*, أَصْبَا *pullulavit*. In multis hoc propter ellipsin Acc. fieri videtur, ut أَوْكَسَ *prospere egit* (propr. *fortunavit viam suam*); usitatissima vero ellipsis in pronomen 3 pers. cadit, ut أَهْلَا *abiit*, quasi *se deportavit*; neque desunt, quae quanquam plerumque transitive ponantur, tamen interdum tanquam intransitiva usurpantur, ut أَحْشَا *debilitavit*, item *infirmus fuit*, أَزْعَصَ *removit*, et *recessit*. Praecipue verba, quae colorem indicant, Afelicam coniug. amant, ut أَسْوَدَ *albuit*, أَهْكَمَ *rubuit* [3]).

2) *Ethtafal* passivam coniugationem, cum rarius inveniretur, a grammaticis et lexicographis praetermissam, iam *Ludovicus de Dieu* praeeuntibus Syris recte agnovit. Formatur ab Afel ita, ut ʾ praemissa Olaf characteristicum activae coniug. cum ʾ commutetur (§. 26, 5. c. β.). Exempla huius formae sunt: أَنْهَكَ *anathemate percussit*, أَتَّنْهَكَ crebro in libris ecclesiasticis, يِتَّظْلَمْ *obtenebrabitur* Marc. 13, 24 (vers. Philox.) cet.; itidem a verbis irregul., v. c.

---

9) *Amira* Gramm. Chald. p. 339.

10) Exhibent N. T. Syr. editiones 1 Petr. 3, 3. تِتْزَيَّنِي *ornemini* (f.); praeform. omnino indicat Fut., sed terminatio ـِي ad Imper. pertinet, itaque uti v. 4. تِتْزَيَّنِي, aut in Fut. تِتْزَيَّنْ legendum videtur. *Schultens* (Instit. Aram. p. 84.) quidem formam receptam defendere voluit, sed desiderantur argumenta.

1) Exempla huius generis ubique fere obvia sunt; *Agrellus* (Lumin. Syr. §. 5. et Otiol. Syr. p. 31. 32.) plura collegit.

2) *Gesen. Lehrgeb. der hebr. Spr.* p. 243.

3) Exempla diligenter collecta habes in *Agrell.* Lum. Syr. §. 4. n. III. et Otiol. p. 32—33.

ܐܰܫܬܶܦ *additus est* ab ܫܳܦ, ܐܰܫܬܶܦ *in sumtus erogatum* (Ass. Bibl. Or. III, 2. p. 124), ܐܰܫܬܶܕ *deiectus est* a ܕܳܐ.

ANNOTATIONES.

1) Vulgaris ultimae syllabae vocalis in Afel *e* esse scias; verba vero gutturalia pro ea *a* recipiunt (§. 64.), ut ܐܰܕܟܶܪ *commemoravit*, ܐܰܕܗܶܪ *floruit*, in quibus igitur Participium act. a pass. non differt.

2) *Olaf* characteristicum nonnunquam servatur, etiamsi praeformm. Inf. Fut. et Partic. adiiciantur, praecipue in verbo irregulari, cuius una radic. periit, itaque ܗ, ̈ܗ, ̈ܗ et ̈ܐ, ut ܐܰܪܚܶܡ *amare* Rom. 13, 8. a ܪܚܡ, ܐܰܫܪܶܐ *habitabit* Act. 2, 26. a ̈ܫܪܐ, ܐܰܫܩܶܠ *deduces* Act. 23, 20. a ̈ܫܩܠ, ܐܰܬܺܝܒ *benefaceret* Barh. Chron. 469, 1, a ̈ܬܝܒ, ܐܰܫܬܶܕܶܐ *salvare*, Heb. 7, 25. a ̈ܫܕܐ, ܬܶܫܬܶܙܒ *salvabis*, 1 Cor. 7, 16. [4]).

3) De formis ܐܰܫܟܰܚ *invenit*, *potuit* et ̈ܫܬܐ *bibit*, non una est doctorum sententia; alii enim Afel, alii, ita *C. B.* et *I. D. Michaelis* [5]), Peal cum ܐ prosthetico (§. 29, 1. a.) utramque formam esse, alii denique, praecipue *Lud. de Dieu* [6]) et *Schaafio* [7]) praeeuntibus ܐܰܫܟܰܚ ad Afel, ̈ܫܬܐ autem ad Peal referendum statuerunt. Habent omnino omnes, quo nitantur. Etenim ̈ܐܫܟܚ in omnibus modis, temporibus et personis analogiam coni. Afel sequitur, ita tamen, ut ܐ cum *e*, neque *a* pronuntietur. Itaque Infin. ܡܶܫܟܰܚ Gen. 19, 11; Fut. ܢܶܫܟܰܚ Marc. 11, 13.; Part. ܡܰܫܟܰܚ Matth. 19, 26. Sed etiam Part. Peal ̈ܫܟܚ *inventus* reperitur, et tanquam passivum coni. *Ethpeel* ̈ܐܬܫܟܚ usurpatur, neque vero Ethtafal. Verbum ̈ܫܬܐ vero cum in Praet. et Imper. tantum hac forma singulari utatur (§. 77.), et reliqua tempora et modi ad Peal pertineant, pro Peal cum Olaf prosthetico habuerim.

4) Syri passivam Afel coniugationem adhibituri plerumque Ethpeel utuntur, ut ܐܰܡܟܰܪ *tradidit*, ̈ܐܬܡܟܪ *traditus est*, ̈ܐܬܕܟܪ *commendavit*, pass. ̈ܐܬܕܟܪ, ̈ܐܰܫܩܰܥ *discumbere fecit*, pass. ̈ܐܬܫܩܥ cet. Hoc in caussa est quod Ethtafal rarioris sit usus.

5) *Olaf* characteristicum coni. Afel etiam in pass. *Ethtafal* interdum retinetur neque in Tau mutatur, ut ̈ܐܬܐܚܕ pro ̈ܐܬܚܕ *laesus est* a ̈ܚܕ Barh. Chron. 276, 8., ̈ܐܬܐܙܦ pro ̈ܐܬܙܕܦ *clam edoctus est* a ̈ܙܦ Barh. Chron. 209, 13. [8]).

---

4) Plura exempla, ut a ̈ܫܐ, ̈ܙܦ, ̈ܦܚ, ̈ܚܕ, ̈ܟܐ, ̈ܚܦ et ̈ܐܬܝܒ *perdet* ab ̈ܐܬܐ Barh. Chr. 68, 6., vid. in *Agrell.* Otiol. p. 50.

5) Syriasm. p. 42 — 43. et 65. — Grammat. Syr. p. 110.

6) Gramm. harm. p. 346. et 350.

7) Lexicon. Syriac. concord. s. v. ̈ܫܟܚ et ̈ܫܬܐ.

8) Cfr. *Agrell.* Otiol. p. 50.

6) *Imp.* formam Ethtafal grammatici nostri diversam exhibent ܐܬܬܰܦܥܶܠ et ܐܬܰܦܥܶܠ. Etenim priorem *C. B.* et *I. D. Michaelis*, posteriorem *Lud. de Dieu* commendant. Maronitae cum Syrorum antiquorum vestigia sequentes aptam nostram coniugationum distribuendarum consuetudinem non amplexi sint, ad hanc quaestionem solvendam nihil fere afferunt. Quae enim proponunt exempla huius coniug. in paradigmate, ea aut ad verba ״ס pertinent, itaque ab Ethpeel non differunt, aut ad verba ״ל, quorum Ethtafal propter litteram quiescentem in fine peculiari forma utitur. A *Lud. de Dieu* partibus ego stare malui, propterea quod analogia omnium coniugg. passivarum 1 rad. cum ̣ pronuntiandam suadeat, id quod videre licet ex *Barhebraei* [9]) de Imperativo formando praeceptis. Unde et *Amira* Imp. Eschtafal simili modo formavit (§. 61, Annot. 2.). Inveniuntur autem exempla alio modo punctata (§. 21, 5.).

7) In cunctis 2 pers. Fut. et Sing. et Plur. ܐ charact. Ethtafal excidit (§. 28, 2. f.).

§. 61.

Schafel et Eschtafal.

1) *Schafel* similis formae et significationis atque Afel, ـه cum ̣ radici praemisso formatur et in syllaba ultima uti praecedentes coniugg. derivatae activae vocis vocalem ̂ habere solet. Itaque ܫܰܫܟ̣ *permutavit* a ܫܒܰܟ, ܫܰܚ̣ܡ *inflammavit*, ܫܰܠ̣ *perfecit*; si 3 rad. gutturalis est, in posteriori syllaba ̣ loco ̂ ponitur, ut ܫܰܥ̣ܬܰܪ *gloriatus est*, ܫܰܥ̣ܬܰܩ *auxit* [1]). Quam coniug. satis crebram cum olim ad quadrilittera retulissent, *Schultens* primus agnovit inque paradigma recepit.

2) *Eschtafal*, passivum ab activo ܐܶ praemisso et vocali ̂ ultimae syllabae in ̣ mutata formatur; ܐ vero illud cum ـه transponitur (§. 26, 1. b.).

ANNOTATIONES.

1) Cum in verbis, quorum una radicalis excidit, Schafel verbum trilitterum simulet a Schin incipiens, nova inde aliquando a Syris ipsis fingi *I. D. Michaelis* [2]) non temere existimavit, ita ut e. c. ܫܰܚܡ *niger fuit* forte ex ܫܚ̣ܡ pro ܫܰܚ̣ܫܶܟ̣, ܫܰܠ̣ *blanditus est* e ܫܠܠ orta sint. Similiter ab ܐܶܫܬܰܗ̣ܐ *tardavit* novum fit quadrilitterum ܐܶܫܬܰܗ̣ܐ. — Fortasse etiam a Syris, uti a Zabiis vocali praeeunte saepius (§. 26, 4. c. Annot.), 1 radic. gutturalis interdum deglutitur in coni. Schafel, ut Gal. 4, 9. (ed. Widmanst.) ܟܰܐܫܬ̣ܰܥ̣ legitur pro ܟܰܐܫܬ̣ܰܥ̣ a ܫܰܥ̣.

2) Utriusque coniug. flexio Afel et Ethtafal sequitur eo tamen discrimine, ut ـه non

---

9) Gramm. metr. p. 103 ss.

1) Exempla plura *I. D. Michaelis* in Gram. Syr. p. 91. et *Agrell.* tum in Lum. Syr. §. 8., tum in Otiol. p. 34 exhibet. In lexicis hucusque editis haec coni. cuiusvis verbi litterae ـه inserta est.

2) Gramm. Syr. p. 92.

ut ʃ in Afel eiiciatur ante praeformativa. Imper. Eschtafal praeeuntibus Maronitis cum in 1 rad., et linea diacritica sub 2 rad. exhibui, qua igitur in re utrique Michaeli assensum praebere nequeo. Inveniuntur tamen exempla aliter punctata (§. 21, 5.).

§. 62.

Coniugationes rarius usitatae[1]).

Nonnullae harum coniugg. in paucis tantum exemplis obviae sunt, unde ad verba plurilittera (§. 63.) eodem iure possent referri; aliae, in regulari quidem verbo non adhibitae, in certis verbi irregularis classibus pro Paël et Ethpaal in usu sunt. Accedunt autem omnes ad coniugg. Paël, Afel, Schafel earumque passiva in cunctis formis tam prope, ut paradigmate non egeant; significatio denique plerumque eandem sequi solet analogiam. Etenim ad Paël et Ethpaal accedunt coniugg. *Palel* et *Ethpalal*, *Pealel* et *Ethpealal*, *Palpel* et *Ethpalpal*, quae unius aut duarum litterarum radicalium geminatione oriuntur, deinde *Pauel* et *Ethpaual*, *Paiel* et *Ethpaial*, *Pamel* et *Ethpamal*, *Parel* et *Ethparal*, *Pali* et *Ethpali*, ac *Palei* denique et *Ethpalan*, quae additione servilis cuiusdam litterae et quidem post 1 radicalem aut in fine formantur. Reliquarum vero coniugg. vestigia premunt *Mafel* et *Ethmafal*, *Safel* et *Estafal*, *Tafel* et *Ethtafal*.

1) *Palel* ܦܥܠ cum pass. *Ethpalal* ܐܬܦܥܠ, cuius characterem ultimae radicalis geminatio efficit. Exempla eius sunt: ܥܒܕ *factitavit*, *in servitutem redegit* [2]), ܐܬܦܪܥ *ferocivit* [3]), ܦܨܨ *comminuit* [4]), ܦܠܓ *separavit*, *distinxit*, ܐܬܦܛܡ *piger factus est*. Crebrius invenitur haec coniug. in verbis ״ל (§. 75, 4.), interdum etiam in verbb. ״ (§. 77. Annot. 1.), et permulta nomina ab ea derivantur.

2) *Pealel* ܦܥܠܠ cum pass. *Ethpealal* ܐܬܦܥܠܠ geminatione 2 et 3 radicalis oritur et significatum intendit; e. g. ܫܠܡܠܡ *integrum reddidit*, ܐܬܫܠܡܠܡ *somniavit multum*, ܐܬܨܝܪ *imaginatus est*. Multa nomina derivata ad hanc coniug. referenda sunt.

In verbis ״ע et ״ל, ubi duae tantum litterae radicales in flexione manent, harum litterarum geminatione illa coniug. formatur, ut ܫܝ pro ܫܫ, ܫܝܫ, ܣܒ pro ܣܒܒ, ܣܒܣܒ. Quod cum locum habet, haec coni. nomine *Palpel* et pass. *Ethpalpal* insignitur. (§. 71. et 75.).

1) Cfr. *Agrell.* Otiol. Syr. p. 34 sq., ubi multa omnium coniugg. exempla diligenter collecta sunt.

2) Barh. Chron. p. 552, 10.
3) Ib. 67, 20. 325, 2. 4) Ib. 221, 17.

3) *Pauel* ܦܥܠ cum pass. *Ethpaual* ܐܬܦܥܠ respondet Hebr. *Poël*, quia Hebraeorum ו Syriace *au* fieri solet (p. 146. Annot. 2.); neque tamen a Syris frequenter usurpatur. Exempla sunt ܟܘܡ *torsit, convolvit;* pass. ܐܬܟܘܡ *torsit se, anxius fuit* [5]), ܣܒܠ *portavit, toleravit*, ܐܬܪܟܟ *mollis fuit*, ܓܪܬ *ruminavit*, ܫܬܦ *participem fecit*, ܐܬܩܪ *frigefactus est.*

4) *Paiel* ܦܝܥܠ cum pass. *Ethpaial* ܐܬܦܝܥܠ post 1 rad. Jud inserit, ut Pauel Waw, idque cum vocali ˙ praecedente in diphthongum recipit. Significatio utriusque formae eadem est, neque fere discedit a vi coni. *Paël.* Exempla haec habeto: ܙܗܪ *perperam egit*, ܣܒܠ *toleravit*, ܡܗܪ *acceleravit.*

5) *Pamel* ܦܥܥܠ cum pass. *Ethpamal* ܐܬܦܥܥܠ nihil est nisi Paël, in quo pro geminatione mediae radic. ܥ insertum est; v. c. ܩܥܥ *perstitit*, quod frequentissimum est in Barh. Chron., ut 176, 20., a ܩܘܐ *valuit.* Pass. ܐܬܪܥܥ pro ܐܬܪܥܪ (§. 26, 1. a. et §. 25, 5. a.) *erubuit* [6]) a rad. ܪܥ *ignominia affecit.*

6) *Parel* ܦܥܠ cum pass. *Ethparal* ܐܬܦܥܠ inserit; post 1 radic., in reliquis coni. Paël sequitur. Huc pertinent ܚܠܦ *volvit* [7]), ܚܠܦ *implicuit* a rad. ܚܠܐ *nevit*, ܥܩܒ *supplantavit*, ܩܛܥ *resectus fuit* a rad. ܩܛܥ *abscidit*, ܥܪܛ *denudavit*, coll. Arab. عطل, عضز *colaphizavit* [8]), ܢܒܛ *germinavit*, coll. Hebr. סָעִיף.

7) *Pali* ܦܠܟ cum pass. *Ethpali* ܐܬܦܠܟ oritur Jud in ˙ quiescente radici in fine adiecto, quod hisce cerni potest exemplis: ܕܟܝ *terruit;* pass. ܐܬܕܟܝ *obstupuit* [9]), ܬܚ *tabuit, defecit*; pass. ܐܬܬܚ *erasus fuit* [10]), ܢܟܪ *alienavit;* pass. ܐܬܢܟܪ [11]), ܚܦܨ *delectavit* [12]), ܥܪܐ *nudavit, publicavit*, ܐܬܟܪܝ *celebris* vel *famosus factus* est a rad. ܟܪܐ *expandit*, ܫܚܬ *mutavit*, pass. ܐܫܬܚܬ [13]) ܫܚܐ *aluit* [14]), alia. Huc pertinent etiam denominativa et departiculativa, e. g. ܒܝܬ *familiarem reddidit*, pass. ܐܬܒܝܬ *familiariter usus est* [15]), ܐܬܒܛܠ *evanuit* [16]), a ܠܝܬ *non est*, ܡܟܟ *submisit* [17]) a ܡܟܟ.

8) *Palen* ܦܠܟܢ cum pass. *Ethpalan* ܐܬܦܠܟܢ, quam coniug. *Agrellus* laudat, formatur ܢ radici in fine adiecto; pauca tantum eius exstant vestigia eaque in verbis denominativis, nempe ܪܫܢ *principem fecit* [18]), pass. ܐܬܪܫܢ [19]) a ܪܫ *caput*,

---

5) Barh. Chron. p. 570, 18. 608, 1.
6) Ib. 600, 15. 609, 15. 7) Ib. 378, 9.
8) Ib. 560, 11. 9) Ib. 531, 20.
10) Ib. 540, 17. 11) Ib. 509, 17.
12) Ib. 391, 9. 13) Ib. 551, 8. 14) Ib. 9, 11.
15) Ib. 145, 16. 513, 12. 16) Ib. 214, 15.
17) Ib. 592, 7. 18) Ib. 540, 2.
19) Ass. Bibl. Or. II, 220.

dux, et defective ܡܪ[20]) ac pass. ܐܬܪ[21]), ܐܬܕܒܪ *dominium adeptus est*[22]) a ܡܪܐ *dominus.*

9) *Mafel* ܐܬܦܥܠ cum pass. *Ethmafal* ܐܬܬܦܥܠ a radice formatur ܬ cum ˙ ab initio praefixo. Cuius exempla, quae *Agrellus* attulit, non omnino certa sunt; etenim ܡܟܝܟ *depauperavit* et pass. ܐܬܡܟܟ[23]) ab Arab. مسكين *pauper* et ܐܬܬܒܥ *fluctuatus est*[24]) a nomine ܬܒܥܐ *fluctus* procul dubio formata sunt. Maioris autem momenti mihi videntur ea, de quibus num huc referenda sint, *Agrellus* dubitavit; nempe ܡܙܥܪ pro ܡܙܥܘܪ *attenuavit* a rad. ܙܥܪ pro ܙܥܘܪ, quod eodem modo formatum est, atque *Afel* ܐܙܥܪ et *Schafel* ܫܙܥܪ (§. 71.), deinde ܐܬܝܕܥ pro ܐܬܝܕܥ *cognovit* a rad. ܝܕܥ[25]).

10) *Safel* ܐܫܬܦܥܠ cum pass. *Estafal* ܐܬܫܬܦܥܠ ad *Schafel* proxime accedit; exempla sunt: ܫܬܩܕ *festinavit*, ܐܫܬܩܕ *accurrit*[26]), ܐܫܬܪܒܒ *flagellatus est*[27]) a ܪܒܒ *flagellavit.*

11) *Tafel* ܐܬܦܥܠ cum pass. *Ethtafal* ܐܬܬܦܥܠ idem prope significat, atque Afel. Exempla haec habeto: ܐܬܢܣ *distulit* a rad. ܐܢܣ, ܐܬܟܫ *instituit* et ܐܬܦܫܩ *interpretatus est*[28]).

§. 63.

Verba plurilittera.

Ut Hebraei et Arabes ita et Syri habent verba, quae numerum trium radicalium excedunt; sunt autem, quantum eorum investigatum est, exoticis tamen exceptis, e trilitteris orta idque simili modo, atque apud Hebraeos et Arabes [1]). Grammatici quidem non pauci rariores coniugg. (§. 62.) huc referunt, sed minus apte. Vere plurilittera, quae ad coniugg. Paël, Ethpaal flectuntur, haecce habeas: ܚܟܡ *solitarium fecit* et pass. ܐܬܚܟܡ, ܐܬܐܢܫ *homo factus est* a ܐܢܫ *homo*, ܬܟܦ *adversatus est* [2]) et pass. ܐܬܬܟܦ, ܬܒܒ *concupivit* et ܐܬܬܒܒ, ܫܬܐ *dissipavit*, ܚܢܟ *educavit*, ܡܟܟ *depauperavit* et pass. ܐܬܡܟܟ, ܨܘܪ *praefiguravit, formavit*[3]). Permulta ab exoticis verbis et nominibus, graecis potissimum, ducta sunt, ita tamen, ut non raro litterarum una aut plures exciderint; v. c. ܐܒܛܪܟ *patriarcham*

---

20) Barh. Chron. 211, 2. 379, 8.
21) Ib. 208, 8. 22) Ib. 185, 13.
23) Ib. 166, 7. 221, 6. 24) Ib. 452, 19.
25) Minus certa ܡܟܟ *assuevit* et ܐܬܡܟܟ *angusto pectore fuit* putaverim; illud *Agrellus* fortasse pro ܡܟܟ a rad. ?, hoc vero pro ܐܬܡܟܟ a rad. ܡܟܟ positum esse existimavit.
26) Barh. Chron. 504, 8. 27) Ib. 563, 18.
28) *Schultens* l. l. praeter has coniugg. Syris alias tribui voluit, ut Hophal, et cet.; sed eius auctoritas hac in re nulla est, cum eas e sola Chaldaici et Hebraici sermonis analogia finxerit.
1) Vid. *Gesenii Lehrgeb.* p. 861 ss.
2) Barh. Chronic. 36, 9.
3) Sever. Rit. p. 20, 3.

constituit, ܩܛܠ *catholicum constituit*, ܡܫܠ *sede episcopali deiecit* a καθαίρεσις, ܫܡܥ *accusavit* a κατηγορεῖν, ܢܛܪ *gubernavit* et pass. ܐܬܢܛܪ.

§. 64.

Verba gutturalia.

Verba primae gutturalis fere nullam a paradigmate efficiunt diversitatem; verba ܗ et ܐ vero ad *quiescentia* pertinent. Neque verba secundae et tertiae guttur. aut ; multum recedunt a regulis vulgaribus (§. 30.); etenim

1) *Fut.* et *Imper. Peal* plerumque vocali *a* formant, quamquam transitiva sint, ut ܢܒܥ *sprevit*, ܢܫܚ et ܢܫܟ, ܢܦܚ *descivit*, ܢܨܚ et ܢܦܚ, ita ܢܣܒ *duxit*, ܦܬܚ *aperuit*. Multa tamen *u* recipiunt, ut ܢܩܦ *increpuit*, ܐܟܠ *hausit*, ܐܣܦ *texuit*, ܐܙܠ *sevit*, ܣܬܡ *abscondidit*, ܦܬܚ *extendit*, ܣܟܟ *unxit*, ܢܣܪ *serra secuit*, ܣܬܡ *occlusit*, ܥܨܪ *pressit*, ܟܠܣ *coluit*, ܐܬܪ *retribuit*, ܨܒܥ *tinxit*, ܨܒܬ *fixit*, ܨܒܪ *sepelivit*, ܐܙܠ *erupit*. Alia quidem *u* et *a* admittunt, v. c. ܚܙܩ *circumdedit*, ܢܕܪ *vovit*; sed "ܟܚ semper *a* requirunt, ut ܩܚܪ *horruit*, ܝܒܫ *aruit*, ܨܚܝ *figuravit*, ܛܚܗ *insipidus factus est*, ܬܡܗ *miratus est*.

2) In *Part. act. Peal* iisque coniugg., quae in fine vocali *e* utuntur, itaque in *Ethpeel*, *Paël*, *Afel* et *Schafel* *e* frequentissime mutant in *a*; ut ܐܡܪ *dicens*, ܬܠܐ *rependens*, ܐܬܝܠܕ *ductus est*, ܐܬܚܠܝ *aegrotavit*, ܐܬܦܬܚ *apertus est*, ܐܬܙܪܥ *satus est*, ܫܕܪ *misit*, ܐܬܪܫܥ *impie egit*, ܐܬܝܕܥ *notum fecit* ab ܝܕܥ.

ANNOTATIONES.

1) Imperativos coniugg. pass. *Abraham Ecchellensis* [1]), sicubi ʒ rad. gutturalis est, ita format, ut 2 rad. vocalem recipiat, e. c. ܐܬܒܪܟ, ܐܬܦܬܚ, ܐܬܒܪܟ aut ܐܬܒܪܟ et ܐܬܒܪܟ pro ܐܬܒܪܟ cet.

2) Analogiam verbb. guttural. in universum sequuntur ܢܚܡ *consolatus est*, ܒܥܪ *gaudere fecit*, ܛܡܐ *polluit*, ܒܙܥ *foedavit*, ܐܪܝ *erudivit*, ܐܬܬܪܥ *ornatus fuit* ad *Paël* et *Ethpaal* pertinentia [2]), sed in nonnullis formis Olaf finale quiescibilium regulas respicit. Itaque

---

1) Ling. Syr. perbr. instit. p. ܡܛܛ et ܡܟ.

2) *I. D. Michaelis* (Gramm. Syr. p. 115.) ܒܥܪ et ܐܬܒܥܪ ad dubia vult referri, quia eorum inveniantur formae ad quiescentium normam formatae, ut ܒܥܪ Exod. 15, 1., ܐܒܥܬ et ܐܬܒܥܬ, itaque ܨܒܥ Ies. 2, 12. his punctis insignit ܨܒܥ. Sed formae eae nihil probant, nisi inconstantiam quandam in duobus illis verbis locum habuisse, quae ex aliis quoque exemplis innotuit. *Nonnunquam enim*, ait *Amira* (Gramm. Chald. p. 367.) *haec verba coniugari ut secundum genus coniugationum* (dicere vult *primum* i. e. ܐ et ܟ), *quidam probant ex illo Aphraem* ܢܒܙ ܐܬܚܙܝ *mulieres virorum foedatae sunt. Abrah. Ecchell.* (l. l. p. ܡܚܐ) omnia haec verba duplici Olaf scripsit.

Praet. Paël.

		Sing.	Plur.
3.	m.	جَبَّلَ	جَبَّلَاه
	f.	جَبَّلَتْ	جَبَّلْنَا
2.	m.	جَبَّلْتَ	جَبَّلْتُوه
	f.	جَبَّلْتِ	جَبَّلْتُنَّ
1.		جَبَّلْتُ	جَبَّلْنَا

Fut. Paël.

Sing.	Plur.
يُجَبِّلُ	يُجَبِّلُونَ
تُجَبِّلُ	تُجَبِّلْنَ
تُجَبِّلُ	تُجَبِّلُونَ
تُجَبِّلِينَ	تُجَبِّلْنَ
أُجَبِّلُ	نُجَبِّلُ

Imper. Paël.

	Sing.	Plur.
m.	جَبِّلْ	جَبِّلُوه
f.	جَبِّلِي	جَبِّلْنَ

Part. Paël.	Inf. Paël.
مُجَبِّلُ	مُجَبَّلَاه

Passiva coniug. simili modo flectitur, itaque paradigmate peculiari non eget.

§. 65.

Forma verbi suffixis annexis mutata.

Verborum suffixa cum obiectum significent, intransitivis verbis et passivis coniugg., quae Acc. non requirunt, non solent adiungi; excipiuntur tamen Infinitivi, qui in omnibus Semiticae linguae dialectis vim habent nominum eorumque igitur recipere possunt suffixa. Perfecti verbi cum suffixis coniuncti mutationes sequuntur etiam verba imperfecta; peculiaris tamen ratio est verbb. ו"ל, quibus propterea peculiarem assignavimus tabulam (§. 77.). Dedimus autem paradigma, nisi in sola coniug. *Peal*, quia reliquae coniugg. cum ea fere conveniunt. Accuratiori huius rei dilucidationi (§. 66—68.) hasce praemittimus regulas generaliores:

1) Non licet 2 et 1 personas in utroque numero per cunctas coniugg. omniaque tempora cum suffixis earundem personarum coniungere, propterea quod *reflexiva* hoc modo nascerentur, ad quae significanda Syri passivas coniugg. (§. 58, 1.) pariter ac Hebraei *Hithpaël* solent adhibere.

2) Utraque, quae nonnullis personis est flexio, una simplex, altera paragogica, suffixis iungitur; sed paragogica forma suffixa plerumque alia vocali atque vulgaris annectit, quam ob caussam utramque formam simul exhibui.

3) Verbi forma si in vocali desinit, suffixa sine vocali recipit, si vero consona finitur, iis vocalem praemittit; omnes formae, quae in *Nun* desinunt, deinde 2 m. Sing. et 3. f. Plur. Praet. suffixa vocali ֶ annectunt. Itaque hunc suffixorum typum teneas:

1) praecedente consona. 2) In 2. m. Sing. 3. f. Pl. Praet. et Nun praecedente. 3) Vocali praecedente.

Sing.	Plur.	Sing.	Plur.	Sing.	Plur.
ـَـ (ـَـه Imp.)	ـُ (ـُو Imp.)	ـَـ	ـُ	ـَـ	ـُ
ـَ	ـُو	ـَ	ـُو (ـُو 3. f. Pl.)	ـَ	ـُو
ـِـ	ـُو	ـَـ	ـِـ (ـِـ 3. f. Pl.)	ـَـ	ـِـ
ـ֗	...	ـ֗	...	ـַ, ـַנ (ante Iud et in Fut.)	...
ـ֗	...	ـ֗	...	ـ֗ (ـ֗ה)	...

Verbum regulare

Suffixa. Sing.		1.	2 masc.	2 fem.	3 masc.
Peal. Praet.	3. m.	קָטַלְתִּי	קָטַלְתָּ	קָטַלְתְּ	קָטַל
	3. f.	קָטְלָה	קָטְלָה	קָטְלָה	קָטְלָה
	2. m.	קָטַלְתָּ	—	—	קְטָלוּךָ
	2. f.	קָטַלְתְּ	—	—	קְטָלוּכִי
	1.	—	קָטַלְנוּ	קָטַלְנוּ	קְטָלוּנוּ
	Plur. 3. m.	קָטְלוּ	קָטְלוּ	קָטְלוּ	קְטָלוּם
		קָטְלוּן	קָטְלוּן	קָטְלוּן	קְטָלוּן
	3. f.	קָטַלְנָה	קָטַלְנָה	קָטַלְנָה	קְטָלוּן
		קָטַלְתָּן	קָטַלְתָּן	קָטַלְתָּן	קְטָלוּן
	2. m.	קָטַלְתֶּם	—	—	קְטָלוּכֶם
	2. f.	קָטַלְתֶּן	—	—	קְטָלוּכֶן
	1.	—	קָטַלְנוּ	קָטַלְנוּ	קְטָלוּנוּ
Infinit.		קְטוֹל	קְטוֹל	קְטוֹל	קְטוֹלוֹ
Imper. Sing.	m.	קְטוֹל	—	—	קְטוֹלוֹ
	f.	קְטוֹלִי	—	—	קְטוֹלָהּ
	Plur. m.	קְטוֹלוּ	—	—	קְטוֹלָם
		קְטוֹלוּן			קְטוֹלָן
	f.	קְטוֹלְנָה	—	—	קְטוֹלָן
		קְטוֹלְנָה			קְטוֹלָן
Fut. Sing.	3. m.	יִקְטוֹל	תִּקְטוֹל	תִּקְטוֹל	יְקַטְּלֶנּוּ
	2. f.	תִּקְטְלִי	—	—	תְּקַטְּלֶנּוּ
	3. m.	יִקְטְלוּ	תִּקְטֹלְנָה	תִּקְטֹלְנָה	יְקַטְּלוּנוּ
	3. f.	תִּקְטֹלְנָה	תִּקְטֹלְנָה	תִּקְטֹלְנָה	יְקַטְּלוּנוּ
Paël. Praet.		קִטֵּל	קִטֵּל	קִטֵּל	קִטֵּלוֹ
Infinit.		קַטֵּל	קַטֵּל	קַטֵּל	קַטְּלוֹ

c u m s u f f i x i s.

3 fem.	1 Plur.	2 pl. m.	2 pl. f.
		—	—
		—	—
	—		
		—	—
		—	—
		—	—
		—	—
		—	—

4) Suffixa ـهِ et ـهِ a reliquis eo abhorrent, ut plerumque verborum formis non mutatis affigantur, ut مَلْكَهِ, مَلْكَهِ. Nunquam suffigunt Syri verbis ـهِ et ـهِ, sed pro iis pronomm. separatis أَنَهِ et أَنَهِ utuntur.

5) Participia si recipiunt suffixa, quod raro fit, morem nominum sequuntur fereque pro nominibus usurpantur, ut مَبْغَانَا *osores mei* et مَيْدَعَهِ *noscentes eum.* Loco suffixorum ponuntur obliqui pronominum casus, ut مَقْتَلَهِ *interfecit eum* [x]).

§. 66.

Praeteritum cum suffixis.

2) Praeformativa Inf. et Fut. Peal sine vocali pronuntiari, in carminibus tamen hanc regulam propter metri necessitatem aut per licentiam poeticam non observari *Amira* [4]) disertis verbis docet. Praeter regulam Marc. 10, 19. (ed. Gutb.) ܬܰܢܰܦ *moechaberis* et Rom. 11, 21. (ed. Trost. et Gutb.) ܢܰܚܰܣ *parcet*, pronuntiatur [5]). Quid? quod etiam in *Afel* praeff. Inf., Fut. et Particc., praeter 1 Sing. Fut., vocalem *a* huic coni. vulgarem non recipiunt [6]); itaque 2 Tim. 1, 6. pro ܬܰܟܕ (in ed. Widmanst.) *ut excites* cum recentioribus N. T. editoribus ܬܰܟܕ legendum est.

3) *Imp.* verbi ܚܣ *pepercit* duplici forma utitur; nam sicubi proprio sensu ponitur: *parce*, ex regula ܚܰܣ scribitur, sicubi vero *absit* significat, o abiecto per ̇ effertur, ergo ܚܣ.

---

3) Afferuntur praeterea ab *Opitio* (Syriasm. p. 131—133) haec exempla lexicographis praeeuntibus ܪܟ *calcitravit*, ܙܥ *comminatus est*, ܣܦ *confabulatus est*, ܪܩ *saltavit* et ܙܰܥ *poenituit*, sed loca probantia desidero.

4) Gramm. Chald. p. 311 et 313.

5) *I. D. Michaelis* quidem (Gramm. Syriac. p. 128 ss.) exempla huius generis defendit inter alia argumenta ad quendam Amirae locum (sine dubio Gramm. Chald. p. 42.) provocans, in quo inter Syrorum grammaticos fuisse narretur, qui ܢܶܩܛܘܠ, ܢܶܩܛܘܠ cet. scribi iuberent. At falsus est. Nam *Amira* in illo loco hanc punctandi rationem per *Mehagjono* (§. 19, 2.) ait locum habuisse in Plur. m. et f. Fut. Paël verbi regularis et mediae *A* et mediae *E*, deinde in Plur. f. Fut. Paël verborum 3 quiescentis; sed de verbis 2 quiesc. nihil monet. *Germanus Conti* vero, *Norbergi* praeceptor, eam sententiam, ܢܶܩܛܘܠ pronuntiandum esse, praeivit. (*Norberg* de relig. et lingua Sabaeorum p. 18.)

6) *Amira* l. l. p. 337.

4) *Jud Afelicae* coniug. interdum propter quietem omnino excidit; ut in Barh. Chron. p. 43. lin. 20. ܐܰܙܛܠܘ *sustulerunt.*

§. 76.

Verba "ى.

In omnibus coniugg., praeter *Peal*, haec verborum classis eam, quam excipit, omnino aequat; quapropter in paradigmate (p. 212—213.) in hac sola coni. duplicem temporum formam animadvertis. Jud radicale in *Inf.*, qui vocalem *o* in 1 rad. habet, eiicitur et in *Part. act.* cum ܝ tanquam ܐ enuntiato commutatur, ut ܟܳܫܶܐ, et ܟܳܫܺܝ. In reliquis vero huius coni. modis ac temporibus ܐ in *i* quiescit et afformativis accedentibus retinetur; itaque *Praet.* ܟܰܫܺܝ, ܟܰܫܺܝܬ cet., *Imp.* ܟܰܫܺܝ, ܟܰܫܺܝܢ cet., *Part. pass.* ܟܰܫܺܝ et *Fut.* denique, quod praeformativa vacua requirit (§. 75, 2.), ܢܶܟܫܺܝ et Pl. ܢܶܟܫܺܝܢ cet. Huc pertinent etiam ܡܰܝܺܬ *mortuus est*, quod tamen in *Fut.* formam verbb. "ה sequitur, ܢܶܣܰܒ *odoratus est.*

Annot. 1. ܚܰܝ *vixit* suam 2 rad. *mobilem* singulari anomalia eiicit, ubi praeformativo praecedente 1 rad. vacua est. Itaque Inf. ܚܰܝܽܘܬ pro ܚܰܝܝܽܘܬ, atque adeo ܘ post ܚ inserto, ut Gen. 6, 20 ܚܰܝܘܳܬ[1]), Fut. ܢܚܰܐ cet., et ܘ quoque post praeform. inserto, ita ut verb. "ה consonet, ut Jes. 26, 19. ܢܚܘܽܝܽܘ Jo. 5, 34. ܐܚܘܽܝ. In *Afel Praet.* ܐܰܚܝ, *Inf.* ܗܰܚܝܳܐ, et cum ܘ characteristico retento, ut Hebr. 7, 25. ܗܰܚܘܳܝܳܐ, *Fut.* ܢܚܘܶܐ et cum ܘ characteristico, ut 1 Cor. 7, 16. et 2 Sing. m. ܬܚܘܶܐ et fem. ܬܚܘܺܝܢ[2]), *Imp.* ܚܘܶܐ et *Part.* ܡܚܘܶܐ, aut cum ܘ characteristico ܡܰܚܘܳܐ. Quid? quod 2 rad., nonnunquam ubi praeform. non est, vocali tamen ad litteram praecedentem vacuam remissa excidit; ut Dan. 2, 4. Imp. ܗܒ pro ܗܒܺܝ, 1 Tim. 2, 15. Part. act. fem. ܡܰܕܶܐ pro ܡܰܕܺܝܐ. In Plur. Part. Peal ـ cum ܘ commutatur, ut Matth. 15, 27. ܡܰܓܺܝ.

Annot. 2. Suffixorum annexus horum verborum formam simili modo mutat, ac regularis verbi; in Peal tamen Praet. et Inf. *o*, in Imp. et Fut. *u* nec abiici, nec transponi possunt.

Annot. 3. Verba "ى et med. quiesc. in multis quidem formis conspirant; neque tamen iis omnis deest diversitas. Ac primum quidem in Peal vocalibus praecipue ea inest. Namque *Praet.* et *Inf.* media radic. exterminata in iis verbis vocali ـَ, in his vero vocali ـِ.

---

1) Ex analogia formae, quam Fut. amat, melius ܚܳܝܶܐ scriberetur, quod iam *J. D. Michaelis* (Gramm. Syr. p. 131.) recte vidit.

2) In hac forma inesse videtur suff. ـܶܝ pleonasticum; conf. ea, quae p. 201. in not. 10. de simili voce monita sunt.

pronuntiatur: ܢܶܩܛܘܠ et ܢܶܩܛܽܘܠ [3]) ܢܶܩܛܶܠ et ܢܶܩܛܽܘܠ. *Fut.* porro in verbis ''ל et *A* et *U* esse potest, in verbis ''ה hanc solam vocalem adhibet; praeformativa ibi vocali uti, in his autem vacua esse debent: ܢܶܩܛܠ, ܢܶܒܥܶܐ et ܢܶܩܛܽܘܠ. Dein vocalis *U*, in utriusque classis Fut. Peal quantitate differt; nam in verbis ''ה *longa*, in verbis ''ל *brevis* est (§. 13, 4. b.), quam ob caussam ibi in omnibus personis retineri, in his vero abiici debet afformativis accedentibus: ܢܶܩܛܠ et ܢܶܩܛܽܘܠ cet. [4]); *Part. act.* in Sing. m. haud differens ܩܳܛܶܠ et ܩܳܛܽܘܠ, motione vero et declinatione auctum amittit similitudinem, ut ܩܛܶܠ et ܩܛܽܘܠ, et *Part. pass.* denique in verbis ''ל regulam non negligit, in verbis med. quiesc. 2 rad. eiicit, itaque ܩܛܝܠ, ܩܛܘܠ et ܫܝܡ. In *Ethpeel* vero verba ''ל regulariter formantur, verba med. quiesc. ab Ethtafal non differunt, ܐܬܩܛܶܠ et ܐܬܫܝܡ. In *Afel* ac *Schafel* eorumque passivis nulla facile fieri potest utriusque classis commixtio. Memoratu autem dignum est, praeformm. *Fut. Afel* in verbis ''ה et ''ע vocali destitui, in verbis ''ל non item. Si quae verba ''ל aut ''ה et ''ע pro coni. *Paël* et *Ethpaal* rarioribus utuntur *Palpel* et *Ethpalpal*, difficilior est eorum distinctio.

§. 77.

Verba ''ܐ *et* ''ܥ.

Tria verborum genera 3 rad. quiescentis, quae Arabes distinguunt et duo Hebraeorum ''א et ''ה Syri una fere classe complectuntur verborum ''ܐ. Sunt iis omnino etiam verba ''ע, sed perpauca, et fere in *Peal* solo a verbis ''ܐ abhorrentia [1]).

1) Olaf radicale in *Praet.* omnium coniugg. praeter Peal cum ܝ in vocali *i* quiescente commutatur; itaque *Ethpeel* ܐܬܩܛܶܝ, *Paël* et *Ethpaal* ܩܛܶܝ et ܐܬܩܛܶܝ, *Afel* et *Ethtafal* ܐܰܩܛܶܝ et ܐܬܰܩܛܶܝ ac *Schafel* denique eiusque passivum ܫܰܝܡ et ܐܫܬܰܝܡ. In 3 Sing. f. tantum, cum ܝ illud moveatur, forma regularis est; ergo e. g. in *Ethpeel* ܐܬܩܛܝܬ, in *Paël* ܩܛܝܬ. Etiam in 3 Plur. f. si paragoge augetur, ܝ vocalem recipit, ut ܐܬܩܛܝܢ, ܩܛܝܢ cet. At in *Praet. Peal* ܐ quidem in 3 Sing. m. manet, in eiusdem vero personae fem. excidit, vocali *o* tamen ante praeform. ܐ retento, ut ܩܛܰ, ܩܛܽܘ. In reliquis huius temporis formis 3 rad. ܝ esse debet,

---

3) *Opitius* quidem (Syriasm. p. 145.) Praet. verbi ܩܛܰܠ format ܩܛܶܠ, sed hac in re falsus est.

4) *Amir.* gramm. Chald. p. 311.

1) Verba in *He* terminantia apud Syros ad perfectorum ordinem pertinent; quamquam inveniuntur, quae duplicem formam et ''ה et ''ע admittunt; ita ܐܰܒܕ et ܐܰܒܕ *nominavit* cll. Eph. 5, 3 ܐܰܒܕ et ܐܰܒܕ et Act. 1, 23 ܐܰܩܕ.

quod cum vocali *a*, Praet. Peal propria, constituit diphthongum; excepta tamen 1 Sing., qua in forma ـه in *i* quiescit; igitur 2 Sing. ـكتهـ, ـكتهـ sed 1 Sing. ـكتهـ.

2) In omnium coniugg. *Infinitivis*, alias omnino regularibus, ا cum ـه permutatur, e. c. in *Ethpeel* ـكتهـ, in *Paël* ـكتهـ. Inf. *Peal* vero Olaf retinet in *o* quiescens, itaque ـكتهـ.

3) In *Imperatt. Peal* et *Ethpeel* 3 rad. ـه esse debet, quod ibi in *i* quiescit (ـكتهـ), hic autem cum *a* praecedente diphthongum efficit (ـكتهـ) [2]). In reliquis vero coniugg. ا manet et in *o* quiescit; quam ob caussam *Paël* eiusque pass. ـكتهـ [3]) et ـكتهـ, *Afel* et *Ethtafal* ـكتهـ et ـكتهـ et simili modo *Schafel* quoque cum passivo exhibent. Fem. Sing. a masc. ita differt, ut semper 2 rad. vocalem *o* tribuat cum ـه in fine vocis diphthongescentem; in Peal igitur ـكتهـ, in Ethpeel ـكتهـ cet. sonat.

4) In *Futt.* et *Partt.*, praeter *Part. pass.* actt. conii., ا in *e* quiescit; sed ante afformativa ـن et ـم id excidit, quo tamen facto ـم cum ـم commutatur, ut ـكتهـ, ـكتهـ et ـكتهـ. Idem valet de Plur. m. Participiorum, unde ـكتهـ in Plur. ـكتهـ fingas necesse est. Ante afform. ـا vero ا transit in ـه mobile; itaque ـكتهـ, ـكتهـ. Idem de Particc. Sing. et Plur. f. observes, e. c. ـكتهـ et ـكتهـ. Part. act. et pass. Peal in eo tantum in hisce verbis distinguuntur, quod hoc 1 rad. vacuam, illud vero vocali *o* elatam habeat. In reliquis coni. activis *Part. pass.* ـه terminatur.

5) 3 rad. ا in nonnullis formis omnino exterminatur, id quod praeter Futt. et Participp. formas fieri solet ante afformativa ـن et ـه in 3 Plur. Praet. Peal, ut ـكتهـ, ـكتهـ et in Plur. Imp. omnium coniugg., nempe ـكتهـ, ـكتهـ. ـكتهـ cet. [4]). In 3 Plur. m. Praet. omnium coniugg. praeter Peal 3 rad., scilicet ـه, non abiicitur, id quod etiam in Praet. Peal verbb. "ك fieri non debet.

---

2) Grammatici quidem antiquiores nostri, qui propter quandam temeritatem plura in fingendis formis commiserunt vitia, Imp. huius coniug. ـكتهـ, quidam etiam ـكتهـ formant; sed, quod *Lud. de Dieu* (Gramm. harmon. p. 324 ss.) recte monuit, nullum earum formarum proferentes exemplum, contra auctoritatem *Amirae* et reliquorum Maronitarum, Syriacis Grammaticis editis insignium, quin etiam *Gabrielis Sionitae* pugnant in sua Psalmorum editione e. c. Ps. 94, 1. hunc modum ita fingentis, ac nostra eum exhibet tabula.

3) ـكتهـ *sana* Luc. 4, 23. nonnulli falso pro *Imp. Peal* habuerunt (vid. *Lud. de Dieu* Gramm. harm. p. 320.).

4) Quae saepius obvia est falsa formas punctandi ratio, ea hic illic in iis deprehenditur, quae ad hanc verborum classem pertinent, ut Marc. 8, 14 (ed. princ.) ـكتهـ *obliti sunt* pro ـكتهـ, quod recentiores recte exhibent editiones. Si vero *Waserus* (Instit. linguae Syr. p. 53.), *Bertramus* (Compar. ling. hebr. et Aram. p. 279.) et *Buxtorfius* (Gramm. Chald. et Syr. p. 162.) formam ـكتهـ commemorant, hac in re non audiendi sunt, cum fontes nostri hunc punctandi modum non commendent.

		Peal.		Ethpeel.	Paël.
Praet. Sing.	3. m.				
	3. f.				
	2. m.				
	2. f.				
	1.				
Plur.	3. m.				
	3. f.				
	2. m.				
	2. f.				
	1.				
Infinit.					
Imper. Sing.	m.				
	f.				
Plur.	m.				
	f.				
Fut. Sing.	3. m.				
	3. f.				
	2. m.				
	2. f.				
	1.				
Plur.	3. m.				
	3. f.				
	2. m.				
	2. f.				
	1.				
Part. act.					
pass.					

tertiae quiescentis.

Ethpaal.	Afel.	Ethtafal.	Schafel.	Eschtafal.
אֶתְכַּתַּב	אַכְתַּב	אֶשְׁתַּכְתַּב	שַׁכְתַּב	אֶשְׁתַּכְתַּב
אֶתְכַּתְּבוּ	אַכְתְּבוּ	אֶשְׁתַּכְתְּבוּ	שַׁכְתְּבוּ	אֶשְׁתַּכְתְּבוּ
אֶתְכַּתְּבָה	אַכְתְּבָה	אֶשְׁתַּכְתְּבָה	שַׁכְתְּבָה	אֶשְׁתַּכְתְּבָה
אֶתְכַּתְּבוּ	אַכְתְּבוּ	אֶשְׁתַּכְתְּבוּ	שַׁכְתְּבוּ	אֶשְׁתַּכְתְּבוּ
אֶתְכַּתְּבָה	אַכְתְּבָה	אֶשְׁתַּכְתְּבָה	שַׁכְתְּבָה	אֶשְׁתַּכְתְּבָה
אֶתְכַּתְּבוּ	אַכְתְּבוּ	אֶשְׁתַּכְתְּבוּ	שַׁכְתְּבוּ	אֶשְׁתַּכְתְּבוּ

ANNOTATIONES.

1) Verba ''ל peculiarem formam in Praet. Peal tantum admittunt; etenim ى in eo quiescit; exceperis tamen 3 Sing. f., cuius formatio omnino regularis est. Ad ea pertinent praecipue intransitiva, quae, si regularia essent, 2 rad. vocalem *e* tribuerent, ut ܫܒܰܥ *gavisus est*, ܫܥܺܐ *crevit*, ܣܢܺܐ *putidus factus est*, ܫܟܺܝ *inebriatus est*, ܫܟܰܚ *quievit*, ܐܫܬܺܝ *bibit* pro ܐܫܰܬ (§. 60. Annot. 3.); deinde, quod simul ad verba ''ح referendum, ܝܰܥ *laboravit*. Interdum duplex verbi forma tibi occurrit et ''ى et ''ל, id quod observare licet in verbo ܚܘܳܐ *iuravit*, cuius Praet. Peal Gen. 21, 31. ܐܺܚܕܘ, quasi ab ܐܚܰܕ formatum invenis; item ab ܐܫܰܬ utriusque generis formas non potes non observare, ut Hebr. 6, 7. ܐܫܬܳܐ, Marc. 14, 23. ܐܫܬܘ, sed Act. 10, 41. ܐܫܬܝ ac si esset ab ܐܫܺܐ. Alia exempla haec sunto: 1 Cor. 14, 36. ܡܛܰܐ et 1 Cor. 10, 11. ܡܛܰܝ *pervenit*, Act. 17, 13. ܡܝܰܬ et Col. 1, 9. ܡܝܰܬܝ.

2) Ea verba ''ى aut ''ל, quae etiam med. rad. ى habent, respiciunt solas verbb. ''ى regulas, tamen vocalem med. rad. ad 1 rad. reiiciunt. Itaque Praet. Peal ܒܳܢ, ܒܺܝܬ, ܒܺܝܕ, ܒܺܝܫ, ܫܳܐ cet., Inf. ܡܶܒܢܳܐ, Imp. ܒܳܢ, Fut. ܢܶܒܢܶܐ et Particc. ܒܳܢܶܐ et ܒܺܝܢ, in Praet. Afel ܐܰܒܢ et med. rad. ى eiecto ܐܰܝܶܬ, Inf. ܡܰܝܬܳܢ, Imp. ܐܰܝܶܬ, Fut. ܢܰܝܺܬ, ܢܰܝܺܬܝ, ܢܰܝܺܬܘ et Part. ܡܰܝܺܬ. Simili modo fingas ܚܳܐ ut Ps. 9, 6. ܚܳܐܬ *increpasti*. Quae vero forte singularitatis aliquid habere solent, in anomalis animadvertamus.

3) Nonnulla verba in ى terminata et in Paël atque Ethpaal solis obvia ad modum gutturalium finguntur, ita ut ى quidem auferre, neque in aliam litteram mutare usquam liceat (§. 64. Annot. 2.). In eo tantum quiescibilium regulas sequuntur, quod vocalem 3 rad. ad praecedentem litteram vacuam remittunt.

4) 3 rad. ى quae ante afformativa solet eiici, rarius tamen retinetur, ut Marc. 11, 4. (in vers. Philoxen.) ܐܰܫܬܰܝܘ *solverunt eum*, Luc. 1, 71. (Pesch.) ܫܢܰܝܢ *odio nos prosequentes*, Hebr. 9, 13. ܡܬܚܰܝܢ *impuri*, Act. 28, 2. ܩܪܳܘ *et vocarunt*. Praecipue vero in 3 Praet. Plur. m. et in Imp. Plur. m. ى radicale in Syriaca S. S. versione servatur, sicubi suffixa ad eas formas accedunt. (§. 77. b. Annot. 1.).

5) Duplex in nonnullis personis forma, quam in regulari verbo exposuimus (§. 49.), in hoc quoque verbi genere usu venit. Quae ut diligentius respiciatur, suadet quaedam formae auctae singularitas. Etenim 3 Praet. et 2 Imp. Plur. m., si paragogen ܘ accipiunt, ו afformativum mobile reddunt, ut in Peal ܒܢܘ, et fem. earundem personarum in Praet. ܒܢܝ et in Imp. ܒܢܝ pronuntiantur [5]). Praeterea verba ''ל, deinde *Afel* et *Scha-*

5) *I. D. Michaelis* (Gramm. Syr. p. 135 ss.), patris vestigia alias premens, in hac Imp. forma ab eo

fel verbb. "ל in 3. Praet. Plur. m. paragogicam formam non admittere solent [6]). 3 Praet. Plur. f. omnium coniugg. in verbis "ל praeter Peal, et in verbis "ע Amira duplici ـ, et rad. et afform. solet scribere (vid. etiam Ps. 119, 82 in edit. Paris.); videntur tamen exempla unius ـ crebriora esse.

6) Si *Partt.* cum pronomm. coniunguntur, etiam in his verbis, ut in regulari (§. 57, 2.) vera saepe efficitur *Praesentis* flexio, praecipue in 2 personis. Tum autem 3 rad. ا cum ـ commutatur ac plerumque in ـ quiescit. Quae res ut facilius perspiciatur, Part. act. Peal illustretur.

		Sing.			Plur.		
2.	m.	ʿāyēḏ	ʿāyḏā	s. ʿāyḏāʾ	ʿāyḏayn	ʿāyḏān	s. ʿāyḏayn
	f.	ʿāyḏā	ʿāyḏayn	s. ʿāyḏāʾ	ʿāyḏān	ʿāyḏān	s. ʿāyḏān
1.	m.	ʿāyḏ	ʿāyḏ		ʿāyḏ	ʿāyḏ	
	f.	ʿāyḏ	ʿāyḏ		ʿāyḏ	ʿāyḏ	

7) *Part. pass. Peal* eam, quam in paradigmate exhibuimus formam, nonnunquam negligens verbi regularis analogiam sequitur; praesertim in verbo שנא *odio habuit.* Itaque Luc. 23, 41 שנא, et Eph. 4, 29 f. שנא; sed Matth. 10, 22 שנאי et Tit. 1, 16 שנאי legis.

8) Syri *orientales* in Imper. passivae coniug., nominatim *Ethpeel* 3 rad. ـ aliud ـ addere solent, utrumque non pronuntiantes et 1 rad. vocali *a* efferentes, ut אתבנא *aedificare;* formam autem in nostro parad. exhibitam אתבנא repudiant [7]). Verbum שנא *convertit* etiam apud reliquos Syros similem formam אתשנא in *Ethpeel* admittit, ut Luc. 9, 38. 22, 32 et ـ abiecto אתשני, ut Ps. 6, 5. 80, 15., id quod iam *Barhebraeus* [8]) commemoravit [9]).

De *Imp.* verbi אתא vid. §. 72. Annot. 1.; et de שנא §. 76. Annot. 1.

---

recedit אתבנא, בנא cet. praeferens. Qua in re quamquam Romanas editiones respexerit, tamen non audiendus est. Etenim *Amira* (Gramm. Chald. p. 270.) expressis verbis formam a *C. B. Michaeli* aliisque olim exhibitam commendavit. Cuius auctoritatem augent ea, quae ante *Jos. Acurensem* (Gramm. Syr. p. 102, 107 et 127) *Barhebraeus* (Gramm. metr. Cod. Gott. p. 102 ss.) de formando Imp. docuit:

وَاِنْعَ صَنْعَ بَنْعَ بَنْعَ بَنْعَ وَصَنْعَ

et in fem. (Imp.) o *muta in* ـَ *cum Nun coniungens et dicas: k'rojen, ch'dojen, g'lojen, chojen et sch'rojen.*

6) *Amir.* Gramm. Chald. p. 265.

7) *Amir.* l. l. p. 339.

8) Gramm. metr. Cod. Gott. p. 111. cll. *Amir.* gram. Chald. p. 280.

9) In אתחנא, quod Cant. 5, 8 pro אתחנא legitur, quandam duritiem in pronuntiatione tollere voluerunt.

Suffixa Sing.	1.	2 m.	2 f.
Praet. Peal. 3. m.			
3. f.			
2. m.		—	—
2. f.		—	—
1.	—		
Plur. 3. m.			
3. f.			
			
2. m.		—	—
2. f.		—	—
1.	—		
Infinit.			
Imper. Sing. m.		—	—
		—	—
f.		—	—
		—	—
Plur. m.		—	—
		—	—
f.		—	—
		—	—
Fut. Sing. 3. m.			
Plur.	verbi regularis formam retinet.		
Paël. Praet. Sing. 3. m.			
3. f.			
Plur. 3. m.			
	Cetera regularem formam sequuntur. Afel et Schafel eodem modo		
Imper. Sing. m.		—	—
f.		—	—
Plur. m.		—	—
		—	—
f.		—	—

cum suffixis.

3 m.	3 f.	1 Plur.	2 m.	2 f.
				
				
			—	—
			—	—
		—		
				
				
				
				
			—	—
			—	—

cum suffixis connectuntur.

			—	—
			—	—
			—	—
			—	—
			—	—

9) Pro *Paël* et *Ethpaal* interdum *Palel* cum pass. suo in his verbis obvium est, e. c. ܟܲܠܝ *in captivitatem duxit*[10]) pro ܟܠܹܐ, dein ܥܒܕ *navavit operam*[11]) pro ܥܒܲܕ. Possent autem, quae est sententia *I. D. Michaelis*[12]), etiam ad *Pali* (§. 62, 7.) exempla huius generis referri, sed hoc minus probaverim. Hae coniugg. vero et verba quadrilittera, quae huc pertinent, ut ܙܲܥܪ *terruit* et pass. ܐܬܙܥܪ, ܫܠܡ *complevit* et pass. ܐܫܬܠܡ (Iob. 4, 5. 24, 17. Act. 13, 32.) ad coni.derivatas flectuntur.

10) ܗܘܐ *fuit*, cum 2 rad. quietem non admittat, in *Fut.* Peal nil habet singularitatis; ergo ܢܗܘܐ. Sed in omnibus fere S. S. editionibus saepissime etiam ܢܗܘܐ, ܢܗܘܶܐ cet. scriptum invenis (Luc. 1, 32. Matth. 17, 17. 20.). De *apocopata* eius forma vid. §. 57. Annot. 4. — Praeterea 1 rad. saepe *occultatur* (§. 27, 2, b. γ.).

11) *Zabii* qua abundant formarum commixtione, etiam in verbis ל"א et ע"ע aut ע"י uti solent; quam rem *Lorsbachius* bene exemplis illustravit[13]).

§. 77. b.

Verbum ע"ו *cum suffixis coniunctum.*

Cum verbi ע"ו formae suffixis in fine augendae varias subeant mutationes et a regularis verbi analogia omnino abhorreant; hanc seorsim delibare lubet doctrinam. Etenim tota fere res ז radicalis natura et indole definitur.

1) Formae in ◌ desinentes, nempe ז *Praet. Peal* m., *Imp. Paël*, *Afel* et *Schafel* in Sing. m., ◌ quidem abiiciunt, sed vocalem *o* retinent, qua suffixa annectantur, itaque ܩܲܡ, ܩܲܡܹܗ, ܩܲܡܲܗ, ܩܲܡ. In *Inf. Peal* vero ◌ cum ◌ mobili commutatur, ut ܩܘܡ, ܩܘܡܗ, ܩܘܡܗ, tamen ante ◌ et ◌ Olaf abiicitur vocali *o* retenta, e. g. ܩܘܡ, ܩܘܡܹܗ.

2) In iis, quae in ◌ terminantur, aut vocalis *i* expugnatur, ita ut ◌ moveatur ac suffixa vulgaribus adiungantur vocalibus, aut vocalis simul cum fulcro suo retinetur, quo facto suffixa vacua annectantur necesse est. Hoc animadvertis in Imp. Peal ܩܲܡ, cum suffixis ܩܲܡܹܗ, ܩܲܡܲܗ et in *Paël* et *Afel* ante ◌ et ◌, ut ܩܲܕܲܡ et ܐܲܩܕܲܡ, id vero in *Praet. Paël*, *Afel* et *Schafel* locum habet, exceperis tamen formas ante suff. ◌ et ◌, quam ob rem ܩܲܕܲܡ, ܩܲܕܡ et ܐܲܩܕܲܡ, ܐܲܩܕܡ dicitur. Ad analogiam 2 Imp. m. verbi regularis (§. 67, 2) Imp. Peal etiam, ◌ ante suffixa iniecto, suffixa cum vocali quae iis praecedere solet, sine ulla formae mutatione recipit, itaque ܩܲܡܹܗ, ܩܲܡܲܗ.

3) Formae vero in ◌ desinentes, itaque Futt. et Particc., sicubi suffixis utun-

---

10) Barh. Chron. p. 24, 13. 25, 6.
11) Ib. p. 76, 10. 176, 5.
12) Gramm. Syr. p. 86.
13) *Museum fuer bibl. und orient. Lit.* T. I. p. 63 cll. p. 58.

tur, ו cum ـ commutato suffixa recipere solent vocali non praemissa; itaque ...

4) Formis denique in o terminantibus haec est singularitas, ut o cum oo commutent; ergo 3 Praet. Peal ..., ..., Imp. Plur. Paël ..., ... Forma ..., quam 3 Plur. Praet. omnium coniugg. praeter Peal requirit [x]), ante suffixa in ... mutatur, ut a ... *tentarunt* ..., ...

5) Permulta sunt, quae verbi regularis analogiam nulla in re negligant, nempe praeter formas paragogicas 3 f. Sing., 2 et 1 Sing. et Plur. Praet., 2 Sing. f. 3 et 2 Plur. m. et f. Fut. cuiusvis coniug. et *Infinn.* excepto Inf. coni. Peal. Quod ad 3 f. Plur. Praett. et 2. f. Plur. Impp. attinet, hae quoque formae omnino non mutantur, suffixa vero iisdem vocalibus annectunt, ac verbum regulare; itaque ..., ...[2]), et in Imp. Peal ..., ...

ANNOTATIONES.

1) Sunt quidem inter grammaticos non solum, sed etiam Syrorum scriptores, siquidem eos editos habemus, qui in 3 m. Praet. Plur. et 2 Imp. Plur. m. et f. in Peal cum suffixis 3 radic. ו servent, ut ... *aedificarunt* et *aedificate* (m.) *eum*, ... *aedificate* (f.) *eum*, sed *Amira* eas formas mendose scriptas esse iudicavit [3]). Hoc in caussa est, quod eas in paradigmate praetermiserimus. Praecipue in Syriaca bibliorum versione ille scribendi modus reperitur, ut Io. 11, 44. ... *solvite eum*; Matth. 2, 10 ... *viderunt eum*, ubi ו pro priori o positum videtur. Ibi quoque, ubi Plur. m. ante suffixa oo fingitur, ו servatum invenimus, ut Act. 28, 2. ... *vocarunt nos*; Rom. 10, 20. ... (Es. 65, 1 vero ...) *quaesiverunt me;* et nonnunquam haec et illa forma ab eodem usurpatur editore, ita *Assemanius* [4]) ... et ... *et aedificarunt illud* (*coenobium*). Haec vero ו servandi consuetudo etiam in Partic. Peal, deinde in Imp. quoque Sing. et Plur. m. reliquarum coniugg. activv. locum habet; itaque Ps. 9, 14 ... *odio me prosequentes;* Cant. 2, 14 ... *ostende mihi;* 2 Sam. 14, 10. ... *adduc eum;* Matth. 2, 8. ... *indicate mihi;* Marc. 11, 2.

2) Imp. Sing. f. suffixa vocali *i*, sine fulcro aut fulcro ـ instructa, annectit non solum in Peal, ut ..., sed etiam in reliquis coniugg., ut Gen. 24, 17

---

1) In Peal quoque verbb. ''ל hoc locum haberet, sed haec, cum intransitiva sint, suffixa recipere non solent.

2) Verbum regulare eadem vocali o annectens suffixa in eo differt, quod vocalem 2 rad. ad 1 rad. transferat, ut ... (§. 66, 2.).

3) Gramm. Chald. p. 377.

4) Bibl. Orient. T. III. P. 1. p. 255. et 469.

أَهْدِنْدِ *da mihi bibendum.* *Amira* quidem [5]) formas sine fulcro exhibet, deinde, qua in re *Lud. de Dieu* [6]) eum sequitur, in suffixis 1 pers. Sing. et Plur. eandem admittit singularitatem, quam in Imp. et Fut. Afel verbb. "ה commemoravimus (§. 67. Annot. 5. et 68. Annot. 3.), nempe صْفَنْدِنْ et صْفَنْدِنْ. Vestigia videntur esse *Nun* Chaldaeorum *epentketici* vocali *i* praemissa, ut קְטָלִינָנִי et קְטָלִינָּא.

3) In *Futt.* ubi ante suffixa ultimam vocalem Iud quiescens sequitur, poetae interdum metri necessitate coacti addunt aliud ـْ, e. g. لَا تَحْمِنْدِيهِ *ne solvas id (sigillum)* [7]). Obvium autem est abiecti quoque ـْ exemplum 1 Cor. 12, 31 أَبَيِّنْ لَكُمْ *ostendam vobis.* Pro ـِ interdum, praecipue ante suff. 3 Sing. f. ـَ adhibita est, ut in *Peal* Matth. 2, 19 (ed. Gutb.) تَرَكَتْهَا *dimitteret eam*, et in *Paël* Luc. 13, 18. 20 (ed. Widmanst.) أَشْبَهْتُهُ *assimilabo illud*, Marc. 4, 30. (ed. Gutb.); sed dubito an recte.

4) In 3 Praet. Plur. f. forma vulgaris saepius cum suffixis coniungitur, quam paragogica [8]); itaque e. c. أَسْوُنُّوهِي *sanarunt eum* crebrius reperis quam أَسْوُنُوهِي.

5) جْبَا *consolatus est*, et quae ei inveniuntur similia, suffixis accedentibus 3 rad. ا vocalem nunquam abiiciunt, sicubi vero 2 rad. ex regula esset vacua, ad eam remittunt. Itaque *Praet.* جْبَاد, جْبَاو in Plur. جْبَاءْد, جْبَاءْو, et in fem. جْبَاتْ, جْبَايْ, *Fut.* يِجْبَاد, يِجْبَاو, تِجْبَاز sive تِجْبَايْز, *Imp.* جْبَاءْد, جْبَايْ, جْبَاد, et Plur. m. (جْبَاءْو [9]), in Sing. fem. جْبَايْد, جْبَايْ, in Plur. f. جْبَادْ, جْبَايْ.

§. 78.

Verba dupliciter imperfecta.

Ut in dialecto Hebraea inveniuntur plura verba, quae duplicem subire possunt mutationem vel *contractionis* et *elisionis* vel *quietis*: ita in Syriaca eadem plane regnat dispositio. Quod autem supra saepius commemoratum est, permulta huius generis *unius* tantum litterae anomaliam admittere, hoc in loco repetere non attinet. Potes haec verba cum *Crinesio* [1]) in duo genera distinguere, quatenus non solum duarum litterarum aut quies aut contractio, sed etiam utraque res in eadem radice locum habere queat. Exempla huius et illius classis haecce habeas.

1) Verba "ע et "ל e. c. نَضَا *nocuit*, Part. Peal act. نِيضَا, Ethpeel اِنْضَى, Afel Praet. أَنْضَى, Inf. إِنْضَاءْ. Ita etiam نَشَا *tentavit*, Paël Praet. نِشَّى, Partt. مْنَشَّا, et مْنَيِّشَى, Fut. نِنْشَا, Ethpaal اِنْشَى, Part. مِنْشَا, Afel أَنْشَى, Imp. Plur. أَنْشَوْ. Simili ratione نَضَا *iugulavit*, alia.

2) Verba "ע et "ו ad solam verbb. "ו regulam flectuntur (§. 70. Annot. 1.).

---

5) Gramm. Chald. p. 376.
6) Gramm. harmonic. p. 396.
7) *Amir.* gramm. Chald. p. 377.
8) *Amir.* Gramm. Chald. p. 394.
9) De diversa huius Imp. formae cum suffixis pronuntiandae ratione et orientalium et occidentalium Syrorum vid. §. 67. Annot. 4.
1) Gymnas. Syriac. cp. XV et XVI.

3) Verba "ه et "ل e. c. ܐܬܐ *venit*, Fut. Peal ܢܬܐ, Inf. ܡܬܐ, Imp. ܬܐ (§. 72, 1.), Part. act. ܐܬܐ, Part. pass. ܐܝܬܐ, Afel Praet. ܐܐܬܐ, Inf. ܡܐܬܬܐ, Imp. ܐܐܬܐ, Fut. ܢܐܬܐ, Partic. act. ܡܐܬܬܐ. Sic ab ܐܦܐ *pinsuit* et ܐܠܐ *ululavit* analogice Inf. Peal ܡܦܐ et ܡܠܐ, Imp. ܐܦܐ et ܐܟܐ, Fut. ܢܦܐ[2]) et ܢܠܐ, Ethpeel Praet. ܐܬܦܐ et ܐܬܟܐ Fut. ܢܬܦܐ et ܢܬܠܐ, Imp. ܐܬܦܐ et ܐܬܟܐ, Inf. ܡܬܦܬܐ et ܡܬܟܬܐ, et Part. ܡܬܦܐ et ܡܬܠܐ.

4) Verba "ه et "ل e. c. ܚܠܦ *iuravit*, ܙܪܥ *germinavit*, ut 2 Sing. Praet. ܚܠܦܬ, Fut. ܢܚܠܦ, Inf. ܚܠܦܐ, Imp. ܚܠܦ, Afel Praet. ܐܚܠܦ, Part. ܡܚܠܦ, ܫܠܡ *consummatus fuit*, ܝܕܥ *scivit*, Afel Praet. ܐܘܕܐ *confessus est*, Inf. ܡܘܕܝܬܐ, Fut. ܢܘܕܐ, Part. ܡܘܕܐ, Eschtafal Praet. ܐܗܬܘܕܐ *promisit*.

5) Verba "ح et "ل aut "ك praecipue verbb. quiescentium regulas sequuntur e. c. ܫܚ *sorduit*, ܙܚ *increpavit*, unde 3 Praet. Plur. ܙܚܘ, Inf. ܙܚܝܐ, Imp. ܙܚ. Huc pertinet ܥܠܐ *fessus fuit* (§. 77. Annot. 2.).

6) Verba "ܘ et "ܝ solas horum regulas respiciunt (§. 75. Annot. 1.).

§. 79.

Verborum imperfectorum cognatio.

Quod de Hebraicorum verborum cognatione et radicibus olim *bilitteris* bene exposuit *Gesenius*[1]), id de Syriacis quoque summo iure contenditur; quam ob caussam hoc fusius exponere non attinet. Cognatio autem ea, quam dicimus, verborum imperfectorum etiam hic et *forma* et *significatione* cernitur. Quod exemplorum mole demonstres, non est necesse. Regulae enim, quas Gesenius (l. l.) proposuit probavitque, in Syriaca quoque lingua diligenter animadvertendae sunt.

§. 80.

Verba defectiva.

Verborum defectivorum, quorum numerus apud Syros non magnus est, usitatissima haecce inveniuntur:

ܝܘ *convenit* et ܝܠ *decet* nonnisi in Part. act. Peal flectuntur. Item ܡܨܝ *convenit* in eadem coniug. solum Part. illud format.

ܝܗܒ *dedit* in Peal Praet. Imp. Inf. et Particc. tantum format, Fut. vero a verbo ܢܬܠ repetit, nempe ܢܝܗܒ, unde etiam Inf. ܡܬܠ potest mutuare. *Ethpeel* vero regulariter flectit ܐܬܬܗܒ cet. (§. 73. Annot. 4.).

ܡܠܐ non usurpatur, nisi *impersonaliter*, nempe in 3 Praet. et Fut. Sing. f. ܡܠܬ, ܐܡܠܐ et in Part. act. ܡܠܝܢ (Ps. 95, 10. Gal. 6, 9.).

ܣܠܩ *ascendit* nonnisi in Praet. et Part. act. Peal in usu est; reliqua sumit a ܢܣܩ, unde Inf. ܡܣܩ, Imp. ܣܩ, Fut. ܢܣܩ, Afel Praet. ܐܣܩ, Part. act. ܡܐܣܩ. *Ethpaal* vero integrum est ܐܬܬܠܟ.

---

2) *Amira* (Gramm. Chald. p. 358—359.) fuisse narrat, qui ܢܦܐ, ܢܚܐ ad analogiam ܢܬܐ, ܢܙܐ scribi vellet, excepta 1 Sing., quam vocali *e* pronuntiandam putaret, nempe ܐܦ, sed recte eius sententiam reprehendit et reiicit.

1) *Lehrgebaeude der hebr. Sprache* §. 112.

§. 81. *Praecipuae verbi*

P e a l.

		V. Reg.	V. ע״י.	V. ע״ו.	V. ל״ה.	V. פ״י.	V. נ״ן.	V. ע״ע.	V. פ״ה.
Praet. Sing.	3. m.	קָטַל	נָפַל	בָּז	מָצָא	מָכַר	שָׁמַר	סָבַב	מָלָא
	3. f.	קָטְלָה	נָפְלָה	בָּזָה	מָצְאָה	מָכְרָה	שָׁמְרָה	סָבְבָה	מָלְאָה
	2. m.	קָטַלְתָּ	נָפַלְתָּ	בָּזוֹתָ	מָצָאתָ	מָכַרְתָּ	שָׁמַרְתָּ	סָבַבְתָּ	מָלֵאתָ
Infinit.		קְטֹל	נְפֹל	בְּזֹה	מְצֹא	מְכֹר	שְׁמֹר	סְבֹב	מְלֹא
Imper.		קְטֹל	פֹּל	בֹּז	צֵא	מְכֹר	שְׁמֹר	סֹב	מְלֹא
Fut. Sing.	3. m.	יִקְטֹל	יִפֹּל	יָבֹז	יִמְצָא	יִמְכֹּר	יִשְׁמֹר	יָסֹב	יִמְלָא
	2. f.	תִּקְטְלִי	תִּפְּלִי	תָּבֹזִי	תִּמְצְאִי	תִּמְכְּרִי	תִּשְׁמְרִי	תָּסֹבִּי	תִּמְלְאִי
Part. act.		קֹטֵל	נֹפֵל	בֹּזֶה	מֹצֵא	מֹכֵר	שֹׁמֵר	סֹבֵב	מָלֵא
pass.		קָטוּל	נָפוּל	בָּזוּי	מָצוּא	מָכוּר	שָׁמוּר	סָבוּב	מָלוּא

E t h p e e l.

		V. Reg.	V. ע״י.	V. ע״ו.	V. ל״ה.	V. פ״י.	V. נ״ן.	V. ע״ע.	V. פ״ה.
Praet. Sing.	3. m.	הִתְקַטֵּל	הִתְפַּל	הִתְבַּז	הִתְמַצֵּא	הִתְמַכֵּר	הִתְשַׁמֵּר	הִתְסַבֵּב	הִתְמַלֵּא
	3. f.	הִתְקַטְּלָה	הִתְפְּלָה	ut	ut	הִתְמַכְּרָה	הִתְשַׁמְּרָה	הִתְסַבְּבָה	הִתְמַלְּאָה
	2. m.	הִתְקַטַּלְתָּ	הִתְפַּלְתָּ	verbum	verbum	הִתְמַכַּרְתָּ	הִתְשַׁמַּרְתָּ	הִתְסַבַּבְתָּ	הִתְמַלֵּאתָ
Infin.		הִתְקַטֵּל	הִתְפֵּל	regulare.	regulare.	הִתְמַכֵּר	הִתְשַׁמֵּר	הִתְסַבֵּב	הִתְמַלֵּא
Imper.		הִתְקַטֵּל	הִתְפַּל			הִתְמַכֵּר	הִתְשַׁמֵּר	הִתְסַבֵּב	הִתְמַלֵּא
Fut. Sing.	3. m.	יִתְקַטֵּל	יִתְפַּל			יִתְמַכֵּר	יִתְשַׁמֵּר	יִתְסַבֵּב	יִתְמַלֵּא
	2. f.	תִּתְקַטְּלִי	תִּתְפְּלִי			תִּתְמַכְּרִי	תִּתְשַׁמְּרִי	תִּתְסַבְּבִי	תִּתְמַלְּאִי
Part.		מִתְקַטֵּל	מִתְפַּל			מִתְמַכֵּר	מִתְשַׁמֵּר	מִתְסַבֵּב	מִתְמַלֵּא

Paël (Palpel).

		V. Reg.	V. ע״י.	V. ע״ו.	V. ל״ה.	V. פ״י.	V. נ״ן.	V. ע״ע.	V. פ״ה.
Praet. Sing.	3. m.	קִטֵּל	נִפֵּל	בִּזֵּז	מִצֵּא	מִכֵּר	שִׁמֵּר	סִבֵּב	מִלֵּא
	3. f.	קִטְּלָה	נִפְּלָה	ut	ut	מִכְּרָה	שִׁמְּרָה	סִבְּבָה	מִלְּאָה
	2. m.	קִטַּלְתָּ	נִפַּלְתָּ	verbum	verbum	מִכַּרְתָּ	שִׁמַּרְתָּ	praece-	מִלֵּאתָ
Infin.		קַטֵּל	נַפֵּל	regulare.	regulare.	מַכֵּר	שַׁמֵּר	dens.	מַלֵּא
Imp.		קַטֵּל	פַּל			מַכֵּר	שַׁמֵּר		מַלֵּא
Fut.	3. m.	יְקַטֵּל	יְפַל			יְמַכֵּר	יְשַׁמֵּר		יְמַלֵּא
	2. f.	תְּקַטְּלִי	תְּפַלִּי			תְּמַכְּרִי	תְּשַׁמְּרִי		תְּמַלְּאִי
Part. act.		מְקַטֵּל	מְפַל			מְמַכֵּר	מְשַׁמֵּר		מְמַלֵּא
pass.		מְקֻטָּל	מְפֻלָּל			מְמֻכָּר	מְשֻׁמָּר		מְמֻלָּא

regularis et irregularis formae.

Ethpaal (Ethpalpal).

		Verb. reg.	"ע.	"ש.	"ח.	"ס.	"ר.	"ה.	"א.
Praet. Sing.	3. m.	ܐܬܦܥܠ	ܐܬܢܨܚ	ܐܬܕܒܪ	ܐܬܐܚܕ	ܐܬܒܟܝ	ܐܬܟܬܒ	ܐܬܦܬܚ	ܐܬܟܠ
	3. f.	ܐܬܦܥܠܬ	ut	ܐܬܕܒܪܬ	ܐܬܐܚܕܬ	ut	ܐܬܟܬܒܬ	ut	ܐܬܟܠܬ
	2. m.	ܐܬܦܥܠܬ	verbum	ܐܬܕܒܪܬ	ܐܬܐܚܕܬ	verbum	ܐܬܟܬܒܬ	praece-	ܐܬܟܠܬ
Infinit.		ܗܬܦܥܠܘܬ	regulare.	ܗܬܕܒܪܘܬ	ܗܬܐܚܕܘܬ	regulare.	ܗܬܟܬܒܘܬ	dens.	ܗܬܟܠܘܬ
Imper.		ܐܬܦܥܠ		ܐܬܕܒܪ	ܐܬܐܚܕ		ܐܬܟܬܒ		ܐܬܟܠ
Fut.	Sing. 3. m.	ܢܬܦܥܠ		ܢܬܕܒܪ	ܢܬܐܚܕ		ܢܬܟܬܒ		ܢܬܟܠ
	2. f.	ܬܬܦܥܠܝܢ		ܬܬܕܒܪܝܢ	ܬܬܐܚܕܝܢ		ܬܬܟܬܒܝܢ		ܬܬܟܠܝܢ
Part.		ܡܬܦܥܠ		ܡܬܕܒܪ	ܡܬܐܚܕ		ܡܬܟܬܒ		ܡܬܟܠ

Afel.

Praet. Sing.	3. m.	ܐܦܥܠ	ܐܫܩܐ	ܐܕܒܪ	ܐܚܕ	ܐܒܟܝ	ܐܟܬܒ	ܐܦܬܚ	ܐܟܠ
	3. f.	ܐܦܥܠܬ	ܐܫܩܬܐ	ܐܕܒܪܬ	ܐܚܕܬ	ut	ܐܟܬܒܬ	ܐܦܬܚܬ	ܐܟܠܬ
	2. m.	ܐܦܥܠܬ	ܐܫܩܬܐ	ܐܕܒܪܬ	ܐܚܕܬ	praece-	ܐܟܬܒܬ	ܐܦܬܚܬ	ܐܟܠܬ
Infin.		ܗܦܥܠܘܬ	ܗܫܩܬܐ	ܗܕܒܪܘ	ܗܚܕܘܬ	dens.	ܗܟܬܒܘܬ	ܗܦܬܚܘܬ	ܗܟܠܘܬ
Imper.		ܐܦܥܠ	ܐܫܩܐ	ܐܕܒܪ	ܐܚܕ		ܐܟܬܒ	ܐܦܬܚ	ܐܟܠ
Fut.	Sing. 3. m.	ܢܦܥܠ	ܢܫܩܐ	ܢܕܒܪ	ܢܚܕ		ܢܟܬܒ	ܢܦܬܚ	ܢܟܠ
	2. f.	ܬܦܥܠܝܢ	ܬܫܩܐܝܢ	ܬܕܒܪܝܢ	ܬܚܕܝܢ		ܬܟܬܒܝܢ	ܬܦܬܚܝܢ	ܬܟܠܝܢ
Part. act.		ܡܦܥܠ	ܡܫܩܐ	ܡܕܒܪ	ܡܚܕ		ܡܟܬܒ	ܡܦܬܚ	ܡܟܠ
pass.		ܡܦܥܠ	ܡܫܩܐ	ܡܕܒܪ	ܡܚܕ		ܡܟܬܒ	ܡܦܬܚ	ܡܟܠ

Ethtafal.

Praet. Sing.	3. m.	ܐܬܦܥܠ	ܐܬܫܩܠ	ܐܬܕܒܪ	ܐܬܚܕܠ	ܐܬܒܟܝ	ܐܬܟܬܒ	ܐܬܦܬܚ	ܐܬܟܠ
	3. f.	ܐܬܦܥܠܬ	ܐܬܫܩܠܬ	ܐܬܕܒܪܬ	ܐܬܚܕܠܬ	ut	ܐܬܟܬܒܬ	ܐܬܦܬܚܬ	ܐܬܟܠܬ
	2. m.	ܐܬܦܥܠܬ	ܐܬܫܩܠܬ	ܐܬܕܒܪܬ	ܐܬܚܕܠܬ	praece-	ܐܬܟܬܒܬ	ܐܬܦܬܚܬ	ܐܬܟܠܬ
Infin.		ܗܬܦܥܠܘܬ	ܗܬܫܩܠܘܬ	ܗܬܕܒܪܘ	ܗܬܚܕܠܘܬ	dens.	ܗܬܟܬܒܘܬ	ܗܬܦܬܚܘܬ	ܗܬܟܠܘܬ
Imp.		ܐܬܦܥܠ	ܐܬܫܩܠ	ܐܬܕܒܪ	ܐܬܚܕܠ		ܐܬܟܬܒ	ܐܬܦܬܚ	ܐܬܟܠ
Fut.	3. m.	ܢܬܦܥܠ	ܢܬܫܩܠ	ܢܬܕܒܪ	ܢܬܚܕܠ		ܢܬܟܬܒ	ܢܬܦܬܚ	ܢܬܟܠ
	2. f.	ܬܬܦܥܠܝܢ	ܬܬܫܩܠܝܢ	ܬܬܕܒܪܝܢ	ܬܬܚܕܠܝܢ		ܬܬܟܬܒܝܢ	ܬܬܦܬܚܝܢ	ܬܬܟܠܝܢ
Part.		ܡܬܦܥܠ	ܡܬܫܩܠ	ܡܬܕܒܪ	ܡܬܚܕܠ		ܡܬܟܬܒ	ܡܬܦܬܚ	ܡܬܟܠ

Caput Tertium

De Nomine.

§. 82.

De Nomine in universum.

Praecipua doctrinae de *Nomine* (اسم) capita, quae *formatione* et *declinatione* absolvuntur, a grammaticis olim aut omnino neglecta aut male tractata sunt. Quamquam enim iam *Barhebraeus* [1]) et Maronitae in grammaticae syntaxi hanc vel illam nominis formam illustrare eamque certae significationi restringere coeperant, pauci tamen eorum vestigia prementes hanc difficilem grammaticae partem nonnullis dignarunt observationibus, inter quos *Buxtorfius* [2]), *Alb. Schultens* [3]) et *Ch. B. Michaelis* [4]) laudem merentur. Respiciunt autem illi magis Chaldaicam, quam Syriacam linguam, neque in universum de formatione certas constituerunt leges, neque certum singularum formarum significatum eruerunt; hic alium quidem finem petens tamen eximiis exemplis congerendis et Hebraicis Aramaicarum vocum comparatione illustrandis docte et sapienter fixa huius rei posuit fundamenta. *Declinatio* dein gravitate formationi non cedens, etiam post laudabilem *Vateri* operam [5]) accuratiori et aptiori quam maxime eget investigatione et expositione. Nam inter Syros ipsos vix inveneris, qui veram huius rei naturam perspexerint; omnes fere nonnisi exemplorum molem coacervarunt et, quod raro fit, varios nominum typos, quantum eorum in memoriam veniebat, eo exhibent ordine, quo eorum recordabantur. Antiquiores vero grammatici obiter tantum hac de re statuerunt praeter *Waserum* [6]). Quae vero nuper a Vatero tentata est declinationis mutatio, nobis non sufficit, cum simplicitatem quidem necessariam petens neque formarum indoli consentanea sit, neque omnes nominum figuras complectatur. Itaque haec potissimum res pariter ac nominis formatio praecipuam requirere videbatur diligentiam.

Instituti nostri ratio haec est: primum de nominis *genere* (§. 83.) et *origine* (§. 84—90.), deinde de eius *numero* (§. 91.), *statu* (§. 92.), et *coniunctione cum suffixis* (§. 93.) disserimus, tum *declinatione* exposita (§. 94—97.), *nomina anomala* (§. 98.) et *numeralia* (§. 99—100.) adumbramus.

---

1) Gramm. metr. Cap. IV.

2) Grammatic. Chald. et Syriac. Lib. III. p. 193 sq.

3) Institutt. Aram. p. 181 sq.

4) Lumina Syriaca pro illustrando Hebr. sacro. Hal. 1756.

5) *Handbuch der Hebraeisch. Syr.* cet. Lips. 1817. p. 116 sq.

6) Instit. linguae Syr. p. 69 sq.; in posteriore autem editione hanc rem omisit.

§. 83.

Genus nominis.

Genus, (ܓܢܣܐ) quod Syris quoque nonnisi *duplex* est: *masc.* et *fem.*, et significatione et terminatione nominis cernitur. Ut in reliquis dialectis, sola feminina notanda est terminatio, cum masculinorum nulla sit peculiaris ac propria.

1) *Significatione* genus iisdem definitur regulis, quae apud Hebraeos valent. Itaque *masculina* (ܕܟܪܢܐ) sunt nomina virorum sive propria sive appellativa et officii virilis, vel ea, quae feminina terminatione utuntur, montium, fluviorum, populorum et mensium. *Feminina* (ܢܩܒܬܐ) vero sunt nomina mulierum et muliebris officii, urbium, regionum, insularum et membrorum, quae hominis et animalium corpori gemina sunt.

Plura *nomina muneris*, quamquam generis *masc.* sunt, haud raro in Plural. terminationem fem. habent, ut ܪܥܝܐ *pastores*, ܡܪܝܐ *domini*, ܐܣܝܐ *medici*, ܫܩܝܐ *pincernae*.

2) *Terminatio* femininorum *duplici* modo potest definiri et *absoluti* et *emphatici* status forma. Omnia enim nomina, quae in stat. absol. Sing. in ܐ, ܘ, ܝ, ܥ desinunt, ut ܐܓܪܬܐ *epistola*, ܡܠܟܘܬܐ *regnum*, ܒܪܝܬܐ *creatura*, ܚܨܐ *portio*, aut quorum stat. emph. eiusdem numeri in ܬܐ *servile* terminatur, ut ܐܓܪܬܬܐ, ܡܠܟܘܬܬܐ, ܒܪܝܬܬܐ, ܚܨܬܐ, *feminina* sunt. Quamquam illam regulam propter consensum Syriacarum terminationum cum Hebraicis ת, ות, ית et ת sufficere existimaveris; hanc tamen non praetermittere licet, cum permulta nomina in stat. absol. obsoleverint. Ea autem stat. emph. syllaba ܬܐ *servilis* esse debet; sicubi enim ܥ ad radicem ipsam pertinet, genus ea non indicatur; ita e. g. ܡܘܬܐ *mors* masc. est. Cave autem, ne stat. emph. Sing. m. cum absoluto fem. ܐ confundas; quae quidem res facillime accidere potest, quia uterque status eandem habet terminationem.

3) *Communis* generis (ܕܘ ܕܢ ܐ) sunt praeter plurima nomina animalium, e. c. ܓܡܠܐ *camelus*, ܥܪܒܐ *asinus*, ܫܣܐ *tinea*, multa alia, ܕܝܪܐ *monasterium*, ܥܪܩܐ *sudor*, ܣܗܪܐ *luna*, ܪܘܚܐ *spiritus*, ܪܩܝܥܐ *firmamentum*, ܫܡܫܐ *sol*, ܫܡܝܐ *coelum*, ܬܘܒܐ *emendatio*, alia, quae usu discenda sunt. Talia sunt etiam numeralia a *viginti* ad centum.

Annot. 1. Quaedam quidem nomina formam femininorum habent, sunt autem masculina, ut ܒܝܬܐ *domus*, ܙܝܬܐ *oliva*, ܚܕܬܐ *novus*, ܡܘܬܐ *mors*, ܠܒܫܐ *vestimentum*, ܥܡܩܐ *profunditas*, ܦܬܬܐ *frusta panis*, ܫܘܪܐ *decus*, ܫܘܚܐ *conversatio*, ܫܪܪܐ *veritas*, ܩܫܬܐ *arcus*, ܣܩܡܝܢܐ *morus*, ܣܘܟܠܐ *ornamentum*. Item nomina a verbis in ܥ desinentibus derivata,

ut ܡܝܬܐ *mortuus*, ܡܬܩܢܐ *emendatus*. · Feminina vero quamquam neque terminatione, neque significatu hoc indicatur, haec sunt [1]): ܩܢܝܐ *lagena*, ܐܘܪܚܐ *via*, ܐܪܟܐ *navis*, ܐܪܥܐ *terra*, ܐܪܢܒܐ *lepus*, ܩܘܪܒܬܐ *rana*, ܐܪܟܬܐ *costa*, ܐܦܪܬܐ *tapetum*, ܐܕܝܬܐ *cibus ruminatus*, ܒܐܪܐ *puteus*, ܒܗܡܬܐ *iumentum*, ܥܕܬܐ *grex*, ܨܦܪܐ *aquilo*, ܓܠܓܠܐ *currus, rota*, ܩܘܢܩܠܝܐ *concha lapidea*, ܫܢܝܬܐ *acies*, ܙܢܒܐ *cauda*, ܕܒܒܐ *fucus*, ܕܒܐ *musca*, ܓܢܒܐ *latus*, ܐܘܪܐ *uter*, ܚܘܪܒܐ *ciconia*, ܒܩܥܐ *campus*, ܐܘܕܝܢܐ *auricularis*, ܣܢܕܪܐ *palatum*, ܨܦܪܐ *volucris*, ܛܦܪܐ *unguis*, ܣܘܓܐ *multitudo*, ܝܘܢܐ *columba*, ܟܠܒܐ *canis silvestris*, ܒܛܢܐ *venter*, ܟܟܪܐ *talentum*, ܟܒܕܐ *iecur*, ܐܒܢܐ *lapis*, ܠܘܚܐ *tabula*, ܡܒܘܥܐ *fons*, ܦܠܣܐ *quadrans*, ܡܠܚܐ *sal*, ܡܫܩܠܐ *pondus*, ܢܘܪܐ *ignis*, ܢܦܫܐ *anima*, ܥܢܐ *ovis*, ܚܪܒܐ *gladius*, ܛܪܣܐ *scutum*, ܡܫܝܚܐ *mensura*, ܓܦܢܐ *vitis*, ܐܓܪܬܐ *epistola*, ܣܥܪܐ *caesaries*, ܥܦܪܐ *pulvis paleae*, ܓܠܓܠܬܐ *turbo*, ܥܢܐ *oves*, ܦܪܥܐ *ramus*, ܫܪܫܐ *radix*, ܥܢܢܐ *nubes*, ܡܫܟܒܐ *lectus*, ܨܝܕܐ *iugum boum*, ܚܪܒܐ *acies*, ܣܘܟܐ *casula idolorum*, ܐܓܪܬܐ *epistola*, ܨܦܪܐ *avis*, ܐܦܪܬܩܐ *pharetra*, ܟܘܒܥܐ *urceus*, ܚܙܝܪܐ *herinaceus*, ܩܪܝܛܐ *craticula*, ܪܚܝܬܐ *mola asinaria*, ܣܘܣܝܐ *equi*, ܪܡܚܐ *hasta*, ܕܪܟܘܢ *grex equorum*, ܓܗܢܡ *infernum*, ܦܓܪܐ *cadaver*, ܫܢܐ *dens*, ܣܘܕܪܝܘܢ *sudariolum*, ܬܘܠܥܐ *vermis*, ܕܪܘܡܐ *auster*, ܓܠܓܠܬܐ *orbis*, ܣܘܒܟܠܐ *subucula* et quaedam alia [2]). Inter haec plura in ܐ desinentia observes ܥܢܒܐ *aranea*, ܫܓܝܐ *error*, ܟܣܝܐ *absconditum*, ܬܘܒܐ *pactum*.

Annot. 2. *Peregrina* vocabula sunt illius fere generis, quo utuntur in illa lingua, unde proficiscuntur; itaque fem. sunt haec *graeca* ܐܢܐܦܘܪܐ ἡ ἀναφορά, ܐܣܦܝܣ ἡ ἀσπίς, ܣܛܘܠܐ ἡ στολή, ܓܝܢܢܐ ἡ Γέεννα, ܘܠܐ ἡ ὕλη, ܬܝܡܐ ἡ τιμή, ܠܓܢܝܢ ἡ λάγηνος, ܡܝܬܘܕܣ ἡ μέθοδος, ܣܘܢܘܕܣ ἡ σύνοδος, et *latina* ܠܓܝܘܢ *legio*, ܣܝܟܐ *sica*. Inveniuntur autem plura quoque exempla mutati generis, ut feminina ܣܦܓܐ ὁ σπόγγος, ܣܛܐ ὁ στατήρ, ܟܪܛܝܣ ὁ χάρτης, ܣܪܟܘܪܘܣ ὁ κερκοῦρος. Quae autem *neutrius* generis sunt, aut masc. aut fem. apud Syros fiunt; itaque fem. sunt ܦܪܘܟܐ *velum*, ܩܛܝܪܬܐ *praetorium*, ܬܐܛܪܘܢ τὸ θέατρον, masc. vero ܐܘܪܓܢܘܢ τὸ ὄργανον, ܣܛܕܝܘܢ τὸ στάδιον, ܕܓܡܐ τὸ δόγμα, ܬܐܘܪܓܡܐ τὸ θεώρημα. ܐܝܪ ὁ et ἡ ἀήρ etiam in Syriacis gen. comm. est.

---

1) *Amira* (Gramm. Chald. p. 67 ss.) nonnulla alia commemoravit tanquam feminina, a nobis propterea omissa, quod regulis praecedentibus hoc eorum genus requiritur.

2) A nonnullis inter nomina communis generis numerantur, quae ab aliis pro femininis habentur, ut ܒܪܨܐ *gladius*, ܣܘܓܐ *multitudo*, ܛܒܥܐ *natura*, ܪܥܕܐ *tremor*. At ܬܠܬܐ si secundam trinitatis personam significat, masc., alias fem. est. *I. D. Michaelis* (Gramm. Syr. p. 158) ne communia quidem a femininis seiungere ausus est. Neque *Amira* sibi constat; nam ܪܘܚܐ *spiritus* l. l. p. 70. inter femin., sed p. 73 inter communia refert.

§. 84.

Varia nominum origo.

1) Non pauca nomina e linguis *barbaris*, potissimum e *graeca*, in Syriacam recepta sunt (§. 4, 5.), plerumque vero prorsus ut Syriaca flectuntur, eandem generis distinguendi rationem sequentia. Graecorum tamen, quae a Syris civitate donata sunt, alia Syriacis nominum formis sese accommodant, alia patria terminatione utuntur, alia denique utrumque formae genus admittunt. Hac autem in re neque omnes omnino consentiunt scriptores, neque ab omni liberos seapse conservant inconstantia. Inter quos Philoxen. N. T. versionis auctor, *Polycarpus* non ultimum obtinet locum. Etenim nunc voces Graecas sine ulla mutatione simul cum terminatione graeca exhibet [1]), nunc Nom., Acc. aut aliorum casuum terminationem usurpat [2]). *Latina* vocabula raro terminationis latinae tenacia sunt.

2) *Domestica* autem nomina secundum *speciem* (ܐܝܟ݂ܢܘܬܐ, ܨܘܪܬܐ) aut *primitiva* aut *derivata* sunt. Primitivum autem appellatur Syriace ܡܒܣܝܢܢܐ *domesticans*, ܥܠܬܐ *caussa*, ܦܫܝܛܐ *simplex* et ܐܝܕܥܐ *idea*, *effigies*, *prototypus*; *derivata* autem ܡܬܒܣܝܢܐ *domesticata*. Quorum cum variae reperiantur classes, duae praecipuae formae adiectivorum denominativorum singularibus nominibus insigniuntur, ܝܐ et ܢܝܐ ad radicem in fine adiicientes. Derivatum priori terminatione utens ܥܠܬܝܐ *caussatum*, ܡܪܟܒܐ *compositum*, interdum ܐܝܕܥܝܐ ܩܕܡܝܐ *ideale primum*, posteriorem vero si adhibet, ܥܠܬܢܝܐ *remote seu mediate caussatum*, ܝܬܝܪ ܡܪܟܒܐ *magis compositum*, et interdum ܐܝܕܥܝܐ ܬܢܝܐ *ideale secundum* nominatur; in cuius rei caussa est, quod ܢܝܐ nova derivata efficit ab aliis derivatis in ܝܐ.

3) Ut reliqui Semitae, ita et Syri plurima derivatorum a *verbis* formant, quae et suae coniugationis vim et significationem sequi solent. Praeter ea *verbalia* (§. 86—88) etiam *denominativa* (§. 89.) ab aliis nominibus excudunt. *Composita* (§. 90.) denique pauca sunt.

§. 85.

Nomina primitiva.

1) Nomina *primitiva* ea potissimum esse in aperto est, quae primas easque simplices hominum notiones, res ad vitam humanam sustentandam omnino necessarias, propinquiorem hominum coniunctionem et societatem spectent. Horum autem forma quamquam esse solet simplicissima, verbalium tamen analogiam accurate sequitur. Cuius rei caussam in eo existimaverim positam esse, quod huius quoque dialecti formatio ubivis easdem sibi proposuerit regulas. Nomina primitiva autem, quae appellamus, noli semper pro radicibus habere; hac enim dicendi ratione nihil indicatur, nisi nomen aliquod neque ab nomine alio, neque a verbo proficisci, ita ut certae et determinatae formae cum certa significatus mutatione coniunctae adhibeantur.

---

1) Matth. 10, 9. 15, 1. 12. 20, 18. 20. 27, 48. Marc. 14, 72. 15, 1. 43. Luc. 3, 1. 21, 12.

2) Conf. ea, quae *Storrius* in *Eichhornii* Repertor. T. VII. p. 17 ss. observavit.

Pluribus exemplis consensum *primitivorum* et *derivatorum* demonstrare non attinet. Haec pauca sufficiant. Formam derivatorum verbi *regularis* sequuntur e. g. ܓܒܪܐ *vir*, ܙܒܢܐ *tempus*, ܢܗܪܐ *flumen*, ܟܠܣܐ *calx*, ܦܓܪܐ *corpus*, ܡܪܐ *dominus*, ܦܪܙܠܐ *ferrum*; *irregul.* vero verbi derivata spectari videntur in vocibus huius generis, ut ܐܢܫ *homo*, ܐܒ *pater*, ܪܘܚܐ *spiritus*, ܪܫܐ *caput*, ܥܝܢܐ *oculus*, ܝܪܚܐ *luna*, ܫܡܐ *nomen*, ܥܡܐ *populus*, ܝܡܐ *mare*, ܠܝܠܝܐ *nox*, ܫܡܝܐ *coelum*.

2) Nomina a *Graecis* mutuata si in ης terminantur, Syriace interdum terminationem ܐ, interdum ܝ recipiunt, ut ܠܣܛܝܣ ὁ λῃστής, ܣܛܪܛܝܘܬܝܣ ὁ στρατιώτης, ܐܓܘܢܝܣܛܝܣ ὁ ἀγωνιστής, ܐܘܐܓܓܠܝܣܛܝܣ ὁ εὐαγγελιστής. Quae vero in η aut α desinunt, Syriace ܐ aut ܐ habent, ut ܬܝܡܐ ἡ τιμή, ܕܝܬܝܩܐ ἡ διαθήκη, ܠܝܛܪܐ ἡ λίτρα, ܕܓܡܐ τὸ δόγμα, ܙܝܬܐ τὸ ζήτημα. Voces in ος desinentes aut mutationem nullam subeunt, ut ܟܠܐ ὁ ὄχλος, ܐܦܣܘܣ Ἔφεσος, ܣܘܪܝܢ ὁ θρόνος, aut terminationem graecam ος mutant in Syriacam ܝ, ut ܟܪܣܛܝܢܝܐܢܘܣ ὁ Χριστιανός, ܦܪܩܠܛܘܣ ὁ παράκλητος; quae vero ον habent, Syriace raro mutantur, ut ܣܛܕܝܘܢ τὸ στάδιον, ܐܘܪܓܢܘܢ τὸ ὄργανον. Graeca denique 3. declinationis flexionem sequentia, si Syriaca civitate donantur, variarum esse solent terminationum, e. c. ܐܣܦܝܣ ἡ ἀσπίς, ܟܠܡܘܣ ἡ χλαμύς, ܠܝܡܝܢ ὁ λιμήν, alia.

De *Plur.* harum vocum a Graecis repetitarum vid. §. 91.

Inter nomina a Syris quoque distinguuntur *propria* (ܫܡܐ ܦܪܛܝܐ), eaque, si personam quandam indicant, *personalia* (ܫܡܐ ܦܪܣܘܦܝܐ) nominantur; deinde *appellativa* (ܫܡܐ ܟܠܝܐ) i. e. *generalia* dicta, quia non uni, sed pluribus tribui possunt. Cum his noli confundere ܟܢܘܫܬܐ *congregativum* seu *collectivum*, quod Sing. multitudinem denotat. *Substantivum* Syriace significatur ܟܝܢܐ *naturale*, *naturam indicans*, et ܫܡܐ ܕܐܝܬܝܐ *nominatum*; quod ei opponitur, *adiectivum*, Syriace audit ܫܡܐ ܕܣܦܬܐ *denominatio*.

§. 86.

Nomina verbalia in universum spectata.

1) Quamquam nominum plurima revera a verbis originem repetant, qua re notissimum quorundam philologorum Hebraicorum errorem, omnia nomina a verbo nasci, fortasse in Syriacis quoque institutionibus deprehendi opineris, tamen nescio quo casu factum est, ut nemo eorum qui, quod raro evenit, hanc grammaticae doctrinam delibaverint, falsae forte istius derivandi rationis fautores, expressis verbis aliquid certi conatus sit de derivatione statuere. Ea autem *verbalia* (ܫܡܐ ܦܥܠܝܐ), ut in Hebraicis, certis praecipue adstringuntur verbi formis; principem enim locum obtinent et Part. et Inf. Ab eo proficiscentia (*participialia*) cum aut *activam* aut *passivam* habent formam, nomina *agentis* (ܫܡܐ ܦܥܘܠ) et *patientis* (ܫܡܐ ܕܡܦܥܠ, ܫܡܐ ܦܥܝܠ) sunt, subiectum et obiectum actionis significant; nomina

actionis autem (حصّا), attributum, actionem et notiones similes indicantia ab Inf. repetuntur.

2) Hac autem in re recte diiudicanda non est praetermittenda quaedam formationis singularitas etiam in reliquis Semiticae linguae dialectis obvia. Nomina scilicet Syriaca permulta, ne dixerim plurima, non vulgarem sed obsoletam saepe, aut in aliis tantum dialectis usitatam Inf. et Part. formam respiciunt, id quod praecipue de nominibus ab Inf. oriundis valet, quippe quae multo minus Inf. Syrorum, quam Hebraeorum similia esse in aperto est. Demonstrat autem hanc eorum originem minime ambiguam et accurata dialectorum comparatio, et abstracta nominum significatio, quae aliam derivationis rationem omnino non suadent. Etenim si quis haec temere e longinquo repetita esse, et rectius faciliusque Syriacis posse et debere illustrari formis opinaretur, ita ut e. c. ܡܦܠ et ܡܦܘܠ ad *Praet. Peal* et ܡܦܠ ad *Imp.* eiusdem coni. referret, longiori et accuratiori eius non opus esset refutatione, cum eadem formarum ܡܦܘܠ, ܡܦܠ, ܡܦܠ et ܡܫܬܦܠ significatio diversam eorum originem non admittens nobis quidem, neque vero ei dissentienti faveat.

3) In formis verbalium recensendis primum ab Inf. Peal oriunda (no. 1—7.), tum participialia eiusdem coni. (no. 8—14.), deinde Infinn. ceterarum coniugg. (no. 15—22), earumque Particc. (no. 23—27.), a quadrilitteris denique derivata exponemus. Quae omnia, quamquam in regulari non solum, sed etiam in irregulari verbo, norma eadem gaudeant, tamen utriusque formas singulatim commemorare utile visum est. Ceterum in derivatis irregularis verbi eundem retinuimus ordinem. *Adiectiva* vero et *substantiva* formatione non differunt.

4) Syriaca nomina forma instructa, quali fingi solent abstracta, si interdum concreta ut (no. 1.) ܥܡܐ *imperitus*, et nomina formae concretae abstracta significant, ut (no. 12.) ܢܟܠܐ *fraus*, ܥܩܬܐ *angustia*, regulam propositam non tollunt; namque huiusmodi exceptiones nulli fere linguae deesse notum est. Plures formae duplicis sunt originis, et ab Part. et ab Inf. derivatae, quam ob caussam in his vocibus *concretum*, in aliis *abstractum* habent significatum, ut (no. 1.) ܩܒܪܐ *sepulcrum*, ܒܪܬܐ *progenies*, ܟܦܢܐ *esuriens*. Derivata Peal interdum significatione coni. derivatae utuntur, ut ܫܪܝܬܐ *principium a* ܫܪܐ *solvit* in Paël *incepit*.

§. 87.

Derivata verbi regularis.

I. Ab *Inf. Peal* proficiscuntur:

1. ܡܦܠ, ܡܦܘܠ et ܡܦܘܠ, in *stat. emph.* ܡܦܠܐ, ܡܦܘܠܐ et ܡܦܘܠܐ, *segolatis* Hebraeorum respondentia *abstractae* esse solent significationis et in *stat. absol.* unam tantum syllabam efficiunt. Etiam primitivorum plurima hanc formam amant. Exempla haec sunt: ܥܘܠ *onus*, ܒܪܬܐ *progenies*, ܛܘܪ *scutum*, ܩܒܪܐ *sepulcrum*, ܩܘܡ *sacrificium*, ܣܘܪ *vinculum*, ܪܥܝ *sensus*, ܪܘܬ *cursus*, ܩܕܫ *sanctitas*, ܫܟܝܢ *habitatio*, ܥܡܩ *profunditas*, ܨܘܪ *forma*. Perraro omnes, saepius vero duae formae ab eodem verbo finguntur, ut

ـِـلّا et ـِـدّا *pensum*, ـِـصْطا *sustentatio* et ـِـصْطا *fulcrum* et f. ـِـوصْا ac ـِـوصْا *planta*; quae res tum potissimum animadvertenda est, cum plures verbo sunt significationes nomine abstracto indicandae, ut ـِـدْا *viscus, eris* et *misericordia* ac ـِـدصْا *amor*; ـِـحْا *tonitru* et ـِـحصْا *murmuratio.*

Cum hac formia potest facillime confundi alia participialis, quae *concreta* significat. Etenim ut Arabes forma فَعْل *nomina actionis* et *adiectiva verbalia* exprimunt [1]), ita Syri his formis duplicem tribuunt significatum.

2. ـِـلكْا, in stat. emph. ـِـلكْنا, *abstracta* indicans, in stat emph. ـ mobile formae ـِـلكْا in fine addit; ut ـِـنْوْنا *investigatio*, ـِـلْوْنا *perfectio*, ـِـنْوْنا *sculptura*, ـِـدْوْنا *tumultus*, ـِـصْوْنا *carcer*. Respondent Hebraica in ־ desinentia. Quae fuerit vera stat. *absoluti* forma, non liquet omnino. Namque desunt exempla horum nominum hoc statu utentium. Utraque autem, quae prolata est, huius status forma [2]), habet, quo nitatur. Si enim ـ eam esse existimaveris, ut ـِـصْوف, ـِـكْوف, potes in auxilium vocare derivata verbb. ו"ל in stat. abs. usurpata, ut ـِـفْوع, emph. ـِـفْوعْا *occultum*, a ـِـعْا, et ـِـبْوع, emph. ـِـبْوعْا *error* a ـِـبْا, alia. Si vero haec tibi non satisfacit explicatio, vulgarem litterarum ا et ـ permutationem respiciens, illum stat. absol. horum nominum ا sonasse statuas ut ـِـصْوا, ـِـكْوا, cetera.

Huius vero formae nomina noli commiscere cum nominibus verbb. 3. quiesc. ad formam ـِـلْوْا aut ـِـلْوا fingendis; nam quod in horum fine legitur ـ, ad radicem ipsam pertinet, ut ـِـحْنا *manifestans*, ـِـحْنا *scrutator.*

3. ـِـلْوْا, emph. ـِـلْوْنا, abstracta significat, ut ـِـلْوْنا *perfectio*, ـِـكْنا *caelatura*, ـِـدْوْا *messis*; saepe etiam id, quod actione efficitur, ut ـِـتْكا *scriptum*, *liber*, ـِـدْا *opus*, ـِـسْا *portio*. Apud Hebraeos haec nomina formam קְטָל, cum Kamez impuro habent, ut כְּתָב, עֲבָר.

4. ـِـلْوْا, in stat. emph. ـِـلْوْنا, eiusdem significationis, ac ـِـلْوا sive ـِـلْا, vocalem *u* in 1 radic. et *o* in 2 rad. requirit. Eius exempla haec habeto: ـِـصْوْا *intellectus*, ـِـعْوْا *convitium*, ـِـدْوْا *praeparatio*, ـِـقْوْا *spicilegium*, ـِـصْوْا *comparatio.* Hac nominum forma etiam id, quod efficitur ac producitur, significari, non est, quod moneamus; ita ـِـنْوْا *intelligentia* et *iudicium*, ـِـنْوْا *privatio* et *sterilitas.*

Inveniuntur etiam nomina *concreti* significatus, hanc formam recipientia; vid. no. 15.

---

1) *Sylv. de Sacy* Gramm. Arab. T. I. p. 196 ss. et p. 230.

2) *Chr. Ben. Michaelis* Syriasm. p. 88. et Lumin. Syriac. in *Pott.* Syll. commentt. I. p. 231 ss.

5) ܦܥܘܠ, Inf. Peal regularis, raro nominascit, ܦܥܝܠ vero et ܦܥܘܠ saepius ad nomina formanda adhibentur, e. c. ܙܥܘܦܐ *tempestas*, fem. ܟܡܝܢܬܐ *latebra*, ܗܦܟܐ *reversio*, ܥܒܝܕ *opus*, ܦܫܩܐ *explicatio*, quamquam in universum formae praecedentes multo crebriores sunt.

6) ܦܥܠ, ܦܥܠ in stat. abs. et ܙܥܪܘܬ, ܙܥܪܐ feminina abstractae significationis efficiunt, ut ܡܠܟܘܬ *regnum*, ܡܪܝ *rebellio*, ܫܚܝ *squalor*, ܢܩܒܐ *sexus foemineus*, ܣܓܕ *adoratio*. Hac terminatione ܐ etiam participiis et participialibus adiecta permulta abstracta finguntur, ut ܣܗܕܘܬܐ *testimonium* et ܟܬܒܐ *scriptura* a ܣܗܕ *testis* et ܟܬܒ *scriba*, ܥܒܪܐ *transitio* ab ܥܒܪ *transiens*, ܩܨܝܐ *amputatio* a ܩܨܝ *abscissus*.

7) ܦܥܠ, et in stat. emph. ܦܥܠܐ, quae forma Hebraeorum terminationi ן respondet, nonnulla abstracta amant; ut ܙܪܥܐ *sativum*, ܙܪܥ *olus*, ܟܦܪ *pagus* [3]). In *denominativis* (§. 89.) haec terminatio ܐ, in stat. emph. ܐܐ, saepe *diminutiva* efficit.

II. A *Part. Peal* derivantur

8) ܦܥܐ, in stat. emph. ܦܥܝܐ, quod in stat. emph. ab Inf. derivatis (N. 1.) non differat. Exempla sunt: ܙܥܐ *esuriens*, ܩܫܐ *difficilis*, ܦܬܝ *imperitus* et fem. stat. abs. ܒܥܝܐ *gravida*. Potes etiam stat. absol. huius formae ܦܥܐ statuere, quod ܒܥܠ *socius*, ܙܟܝ, emph. ܙܟܝܐ *purus* aliaque huius generis, praecipue vero derivata verbb. ״ל, probare videntur. ܒܪܝܟ tamen, emph. ܒܪܝܟܐ *pius* eiusque similia priori favent sententiae.

9) ܦܥܐ, in stat. emph. ܦܥܝܐ, vulgaris Part. act. forma, non raro adiectiva et substantiva significat, ut ܟܗܢ *sacerdos*, ܣܦܪ *scriba*.

10) ܦܥܝܠ, ܦܥܝܠ, in stat emph. ܦܥܝܠܐ, ܦܥܝܠܐ, vulgaris Part. pass. forma, saepius nominum vicibus fungitur; ut ܙܥܝܪ *contemtus*, ܕܚܝܠ *terribilis*, fem. ܟܟܝܠܬ *nupta*, ܚܨܝܪ *accinctus*. Formam ܦܥܝܠ derivata *intransitt.* verborum amant (§. 57. Annot. 4.); quamquam etiam in transitt. derivatis non omnino desideratur. Sicubi utraque forma simul in usu est, varia ei est tributa significatio, ut ܥܟܪ *turbidus* (de liquoribus) ܥܟܝܪ *perturbatus* (de anima, mundo). Forma autem ܦܥܠ, in stat. emph. ܦܥܠܐ saepe *intensivam* significationem habet, ut Hebraeorum קִטֵּל; id quod geminatione quidem 2 radic. indicari nequit, sicubi autem 2 rad. una aspiratarum fuerit, aspirationem amittit, ut ܩܕܝܫ *sanctus* (§. 18, 4. c.).

11) ܦܥܠ, in stat. emph. ܦܥܠܐ, quam formam transitiva pariter atque intransitiva ad-

3) ܛܝܢ vero idem quod סָדִין cum *Ch. Ben. Michaeli* (Lumin. Syriac. in *Pott.* Syll. commentatt. P. I. p. 233), cum *Nun* ad radicem pertineat, huc non retulerim.

mittunt, a vulgari Part. plerumque intensivo differt significatu, actionis et conditionis iterationem et diuturnitatem indicans; ut ܚܰܟܺܝܡ *illustris*, ܟܰܕܳܒ *mendax*, ܩܰܨܳܨ *praeco*. Itaque Hebraeo קַטָּל simile negotiationis et occupationis hominibus solitae sensum involvit, ut ܓܰܢܳܒ *fur*, ܦܰܣܳܣ *figulus*, ܫܰܚܳܪ *veneficus*, ܫܰܚܳܬ *corruptor*, ܐܰܪܳܐ *agricola*. Significatus *intensio*, quae geminatione 2 rad. Syris indicare non licet, eorum vocabulorum pronuntiatione quoque cernitur, quae 2 rad. aspiratam habent. Etenim in hac forma illius litterae aspiratio evanescit (§. 18, 4. c.).

12) ܦܰܥܶܠ, in stat. emph. ܦܰܥܳܠ, significatione saepe cum Part. consentiens, ut ܡܙܰܡܪ *psallens*, ܡܢܰܗܓ *ducens*, ܥܰܠܳܠ *ingrediens*, ܫܰܩܳܠ *ponderans*, ab intransitivis non minus quam ab transitt. fingi potest. Et adiectiva et substantiva concreta hac forma a Particc. oboriuntur, e. g. ܩܰܢܳܐ *invidus*, ܪܰܚܳܡ *amicus*. Haud raro Particc. et nomina huius formae eidem verbo competunt, ut ܡܰܫܠܺܝܡ et ܡܰܫܠܳܡ *perfector*, ܥܳܩܶܪ et ܥܳܩܰܪ *oppressor*, alia. Inveniuntur pauca nomina abstractae significtionis huc pertinentia, ut ܪܰܡܺܝܐ *fraus*, ܥܰܩܺܝܬ *angustia*, ܩܰܛܺܝܥ *sectio*.

13) ܦܰܥܶܠ, in stat. emph. ܦܰܥܳܠ praecedente quidem rarius invenitur, sed eiusdem significationis, e. g. ܟܰܕܺܝܪ *peregrinus*, ܚܰܪܺܝܦ *acris*; sunt verba, quae utramque simul exhibent formam, ut ܚܰܫܽܘܟ et ܚܰܫܳܟ *tenebrosus*. Hoc tum potissimum memoratu dignum, cum vario ponuntur sensu, ut ܝܰܠܺܕ *genitor* (1 Io. 5, 1) et ܝܰܠܳܕ *infans*, *puer* (Matth. 11, 25); deinde ܡܰܠܶܦ *docens*, *doctor* et ܠܰܡܺܕ *discens*, *doctus*. Inveniuntur nonnulla nomina huius significationis, quibus in 1 rad. omnis deest vocalis, itaque ܦܰܥܶܠ et ܦܰܥܳܠ, ut ܩܰܛܺܝܠ *eradicans*, ܨܰܠܺܝܒ *crucifixor*, ܣܰܡܺܝܐ *caligans*. Nisi in his aliisque exemplis huius generis falsam habemus punctationem aut inter exceptiones ea retulerim abstractorum normam (N. 1.) relinquentes, aut participialia existimaverim formae ܦܰܥܶܠ, in stat. emph. ܦܰܥܳܠ (N. 8.) accedentia.

14) Nomina in ـܐ, in stat. emph. ـܳܐ, terminantia duplici sensu et concreto et abstracto usurpantur. Cuius rei caussam efficit formarum, quibus additamentum illud accidit, origo et natura. Sicubi enim Inf. aut formae abstractis indicandis inservientes illa syllaba augentur, denuo oritur abstractum, ut ܐܰܒܕܳܢ *interitus*, ܐܰܟܣܳܢ *afflictio*, ܒܰܚܪܳܢ *probatio*, ܟܰܠܟܠܳܢ *calumnia*, ܥܰܓܠܳܢ *caligo*, ܕܰܟܪܳܢ *memoria*. At Partt. et participialia ita aucta concretum retinent significatum, ut ܪܰܚܡܳܢ *amator*, ܦܰܠܓܳܢ *divisor*, ܕܰܝܳܢ *iudex*, ܦܪܺܝܕܳܢ *separabilis*. Sunt autem hae utriusque significationis formae reliquis crebriores; nam abstracta formae ܦܰܥܠܽܘܬ et Partt. coniugg. *Paël* et *Ethpaal* a plurimis finguntur verbis.

15) ܦܰܥܠܽܘܬ, in stat. emph. ܦܰܥܠܽܘܬܳ, quod abstractis formandis frequenter inservit, con-

creta quoque nonnulla, praecipue colorem significantia, solet indicare, ut ܫܦܝܪܐ *rufer*, ܐܡܘܢܐ *artifex.*

III. Ab Inff. coniugg. derivatt. non tam multa, quam ab Inf. Peal, derivantur. Quae autem inde originem trahunt, fere omnia regularem Inf. formam retinent. Usitatiora sunt harum coniugg. abstracta, quae terminatione huic significatui inserviente a Partt. aut nominibus participialibus finguntur, ut ܣܕܘܪܐ *ordo*, ܣܕܘܪܢܐ *dispositio*, ܙܥܘܙܝܢܐ *concitatio*. A passivis coniugg. pauca oboriuntur nomina; quod cum de Inf. derivatis praecipue valeat, haec parum curare licebit.

16) *Pa.* ܡܦܠܓ et ܡܦܠܓ, in stat. emph. ܦܠܓ et ܦܠܓ, e. g. ܚܕܢܐ *blandimentum*, ܥܕܪܐ *auxilium*, ܫܠܝܛܐ *spolium*, ܫܚܘܩܐ *irrisio*, ܩܪܒܐ *bellum*, *f.* ܠܒܫܐ *vestis*. Interdum in stat. emph. vocalis *u* aut *i* desideratur, ut ܙܥܪܐ *pudor*, ܙܒܢܐ *gratia*, ܠܒܫܐ *vestis*, ܫܡܫܘܬܐ *famulitium*. Haec forma, quae Arabicae تفعيل respondet, a permultis verbis fingitur; nonnunquam ܠ praefixum etiam vocali *e* utitur, quod evenit hisce exemplis ܠܐܬܘܬܐ *miraculum*, ܠܫܒܚܐ *applausus* et cum terminatione ܝ, ut ܠܫܒܝ *laus*. Singulare est ܠܐܓܪܐ *epistola*. Vulgaris Inf. Paël forma perraro nominascit.

17) Pro Inf. Afel in usu sunt Participialia terminationibus ܡ, ܢ instructa, ut ܡܚܫܒܬܐ *cogitatio*, ܡܟܣܟܣܢܐ *concinnatio*. Formam ܡܦܠ sequuntur ܡܟܬܐ *percussio*, ܡܦܫܩ *explicatio*, et fem. ܡܫܘܚܬܐ *complanatio*.

18) *Schaf.* ܐܫܦܠ, in stat. emph. ܫܦܠ, e. g. ܫܦܠܬܐ *perfectio*, ܫܦܠܬܐ *inflammatio*, ܫܦܠ *humilitas*, ܫܦܝܫ *abundantia*. Etiam alia vocali utitur ܐ, ut ܫܠܗܒܬܐ *flamma*, ܫܥܒܘܕ *servitus*. Alia abstracta huius coni. a Partt. et Participialibus originem trahunt, ut ܡܫܥܒܕܢܘܬܐ *servitus*.

19) *Pal.* ܡܦܠܓ, ut ܕܚܠ *horror*, ܡܦܠܓ *hilaritas vultus* et primitiva ܫܘܫܢ *turres*, ܒܘܙܝ *mustela Scythica*. Alia eiusdem significationis forma est ܡܦܠܓ, ut ܢܘܗܪ et fem. ܢܘܗܪܐ *lux, splendor*, et quae incertae originis sunt ܒܘܫܡ *pratum*, ܙܒܢ *spurius*, ܟܝܡܝܐ *alchymia*.

20) *Peal.* ܡܦܠܓ, ut ܡܪܡܪ *demiratio*, aut ܐܦܠ, praecipue in fem., e. g. ܫܠܡܘܬܐ, ܫܠܡ *integritas*, ܬܪܨ *prominentia oculorum*. Obvium est etiam ܡܦܠܓ eiusque fem.

21) Ad *Pau.* et *Pai.* pertinent ܐܓܘܪ *horreum*, ܬܠܥ *vermis*, ܐܒ *navis ingens*. Ad *Par.* refero ܬܠܝܡܐ *propagatio stirpium*, ad *Pam.* ܙܥܪ *pudor*.

22) *Taf.* ܐܦܠܓ, in stat. emph. ܡܦܠܓ, e. g. ܠܝܕܥ *doctrina*, ܐܝܬܝ *interpretatio*.

IV. A *Particc.* vero permulta oboriuntur nomina.

23) *Ethpe.* usitatam Part. formam adhibet, aut ei terminationem ـَـ adiicit, unde ـَـ quoque apposito abstracta fiunt.

24) *Pa.* praeter vulgarem Part. formam مְפַקְּדָא, مְפַקְּדָא, مְפַקֵּד, ut مְפַקְּדָא *abrogans*, مְפַקְּדָא *corruptor*, مְבַלְּבָא *miscens.* Abstracta inde originem trahunt multa, e. g. مְפַרְסָא *abscissio*, مְפַקְּחָא *eruptio*, مְרַקְּעָא *extensio*, alia. Part. pass. etiam nominis vicibus fungitur; crebrius vero videtur usurpatum esse Part. Ethpa., etiam terminatione ـَـ auctum, ut مְתַלְּגָא *coagulatus*, quod terminatione ـَـ apposita abstractis quoque originem dat permultis.

25) Ex *Af.* derivatis praecipue ea observanda sunt, quae aut instrumentum, quo quid efficitur, aut locum, in quo evenit aliquid, indicant. Quae res formae مַפְעֵל et in stat. emph. مַפְעֵלָא accidit, ut مַשְׁכַּן *habitatio*, مַגְלָא *scalprum*, مַצְעָא *cubile*, مַלְקָחַיִם *forceps*, fem. مַצְעָא *cubile*, مַשְׁקֵף *canalis*, et cum alia vocali in 2 syllaba مַטְאֲטֵא *scopa.* Potest haec forma facile commisceri cum Part. pass. Af., cuius significatio diversa est, ut مַרְחָק *remotus*, مַטְבֵּל *sermo.* Obvium est etiam مַפְעֵל et fem. مַפְעֶלֶת e. g. مַכְשֵׁל *offendiculum*, مַחֲלָק *lubricum*, مַחֲלָף *fistula.* Part. Ethtaf., pariter ac tota haec coni. (§. 60, 2), parum nobis occurrit.

26) *Schaf.* praeter vulgarem Part. formam eamque auctam, etiam مַפְעֵל, in stat. emph. مַפְעֵלָא adhibetur, ut مַחְלִיף *mutans.* Part. *Escht.* et nudum et auctum haud raro nomina fingit.

27) Rarioribus quoque coniugg. non deesse derivata concreti significatus, vix est monendum. Itaque praeter usitatas Partt. formas hae potissimum inveniuntur formae. *Pal.* פָּעוֹל, ut גַּזְבָּרָא *thesaurarius ecclesiae*, פָּתִיל *tortile*; *Peal.* פָּעֵל, ut שָׁלֵם *integer*; *Pai.* פָּעֵל, ut בָּקֵר *veterinarius*, פָּעֵל *felis*; *Par.* פִּעֵל, ut קִנְקַל *cantharus*, קִנְקַל *rami.* Ad eandem coni. pertinent קִלְפַּס *colaphus* et קַרְנַס *thronus* a קרן. *Taf.* תַּרְגֵּם ut תַּרְגֵּם *interpres.*

V. *Quadrilittera* easdem fere, ac derivativae coniugg., formas sequuntur, unde nominum inde originem trahentium significatio regulis de trilitteris sat satisque definitur. Itaque קַטְלוּת et קַטְלוּתָא *accusatio*, מְקַטְרֵג *accusans*, מְקֻטְרָג *accusatus*, מְקֻטְלָג *prohibitus.* Permulta vero nominum quadrilitt. a verbis non derivata, et magnam partem exotica sunt.

Annot. Inveniuntur pauca, quorum initio ـ praepositum esse nonnullis[4]) visum est, ita ut Hebraicis ad Fut. formam accedentibus fere convenirent; nempe יַעְלָה *caprea*, יַבְרוּחַ *mandragora*, יַשְׁעוּן *fumus densior.*

4) *Schultens. Institt. Aram.* p. 182.

§. 88.

Derivata verbi irregularis.

Cum verbi regularis et irregularis derivata in eo solum differant, ut ab irregulari originem repetentia peculiarem huius classis structuram respicere debeant, non attinet omnes nominum ab irregularibus verbis proficiscentium recensere formas, sed potius solas a norma §. 87. proposita recedentes. Ordinem vero, quem ibi secuti sumus, hic quoque retinemus.

I. A verbis "ـه derivata haud multum et fere in coni. *Afel* sola a regul. verbo differunt, ubi derivata, nonnullis exceptis, 1 rad. expungunt. 5. ܐܒܕܬܐ *ruina*, ܒܕܘܬܐ et ܐܒܕܝܢܐ *scaturigo*, ܒܦܩܐ *exitus*, ܐܒܩܘܡܐ *adhaerentia*, et ˌ non eiiciens ܐܒܪܘܬܐ *gemitus* (navis). 25. ܒܣܩܐ *ascensus*, fem. ܐܒܣܝܬܐ *locus declivis*, ܒܥܝܬ *acceptio*, ܒܪܐ *datum*, at ܒܥܒܕ *excoriator* et ˌ non eiiciens ܐܒܕܝ *pollutus*. Deinde ܐܒܫܐ *serra*, ܒܙܐ *dolabrum* [1]).

II. Inter verbb. "ـى derivata haec aliquid singularitatis admittunt 1. ܝܡܐ *fluctus*, ܩܪܒܐ et ܩܪܝܐ *bellum*, ܒܙܐ *contemtus*, ܒܢܐ *passio*, ܡܠܐ et ܡܐܡܪܐ *verbum*, ܒܙܐ et ܒܙܐ *praeda*, ܐܡܫܐ *contactus*, ܐܡܘܬܐ *comminutio*, ܪܚܡܐ *amor*, ܚܡܐ *calor*, ܥܩܡܐ *intortum*, ܩܪܝܪܐ *frigus* [2]). 3. ܪܥܐ *tremor*, ܩܠܘܬܐ sive ܩܠܝܘܬܐ *levitas*; plerumque regulariter ܩܠܐ, ut ܓܪܝܪܐ *tractio*, ܟܠܝܢܐ *ignominia* [3]). 8. ܐܛܘܢ *surdus*. 10. ܡܟܟܐ *humiliatus*, ܚܪܐ *liber*, unde ܚܪܘܬܐ *libertas*. 14. ܟܫܝܐ *fractio*. 16. ܒܨܝܬܐ *deprecatio*, ܣܟܟܐ *tectum*, ܦܚܐ *laqueare*, ܡܬܒܥܬܐ *damnum*. 19. ܒܗܬܐ *confusio*, ܫܪܝܪܐ *dissolutio*, ܐܣܟܘܬܐ *obstructio*. In his nominibus vero a coni. *Palpel* derivatis una interdum littera excidit, nempe ab initio vocis secunda, rarissime quarta; itaque ܒܗܬ et ܒܗܬܐ *confusio*, ܓܠܓܠ *rota* pro ܓܠܓܠ, ܓܘܠܓܘܠܬܐ pro ܓܘܠܓܘܠܬܐ *cranium*, ܓܪܓܪܬܢ *guttur*, ܓܪܝܪܐ *ruminatio*, ܦܣܠܬܐ *sterquilinium*, ܫܫܘܢܐ *placenta*, ܛܛܠ *tintinnabulum*, ܡܡܛܝ *pallium muliebre*, alia [4]). Ad hanc coni. pertinent

---

1) ܫܚܝܢ *fuligo* singularis est formae, accedit vero, ut videtur, ad N. 16.

2) Hac ultima quidem nominum forma praecipue derivata verborum "ـא delectantur, sed inveniuntur primitiva quoque non pauca eadem forma utentia, ut ܩܕܪ *ahenum*, ܛܘܪ *mons*, ܢܘܢ *piscis*, ܢܘܪ *ignis*, ܦܘܡ *os*, ܪܘܚ *spiritus*, ܟܐܦ *petra*, ܫܘܪ *murus*, quin etiam multa ex aliis linguis recepta, ܩܘܣܬ ὕλη, ܩܘܪ ῥόδον, ܣܘܓ *species*, ܣܘܦ *placenta*, deinde nomina propria et Syriaca et a Graecis mutuata, ܨܘܪ *Tyrus*, ܐܬܘܦ *Aethiopia*, ܠܘܕ *Lydia*, ܠܘܛ *Loth*, ܠܘܢܐ Λουκᾶς et particulae ܘܝ *vae!* ܐܝ *heus!* ܐܟ *sicut*, ܗܐ *ohe!* ܠܡܐ *cur?*

3) Vocalis sub ـܘ praeter regulam posita est, quod etiam in aliis exemplis cernitur, ut ܫܘܚܪ *tenebrae* pro ܫܚܪ et ܫܓܓܬܐ *rugitus* pro ܫܓܓܬܐ.

4) *Agrellus* in Otiol. Syriac. p. 40—42 quae occurrunt huius elisionis exempla, qua solet diligentia, collegit.

etiam ܥܘܠܐ *praeputium* et ܥܘܠܐ *turbo* vocalibus tantum in 1 rad. differentia, ܦܫܘܠܐ *dissolutio.* 24. ܓܠܐ et ܓܠܝܠܐ *volumen*, ܩܫܬܐ *arcus*, ܩܠܐ seu ܩܠܝܠܐ et fem. ܩܠܝܠܬܐ *tabernaculum.* 25. ܩܘܫܡܐ *foculus*, ܛܠܐ et ܛܠܝܠܐ *umbraculum*, ܫܘܪܝܐ *absolutio*, ܙܘܥܐ *concessus*, ܙܘܥܢܐ *molestus*, ܙܘܥܢܢܐ *noxius.* 27. ܨܥܘܪ *parvus*, ܪܒܐ *magnus*, ܡܓܪܙܢܐ *irritator.*

III. Verbis ''ا haec peculiaria sunt derivata. 1. ܙܒܢ *merces*, fem. ܐܓܪܬܐ *agmen*, ܐܓܪܬܐ *epistola*, ܐܒܪܐ et ܒܪܐ *finis.* 2. ܐܣܘܪܐ *vinculum.* 3. ܐܬܐ *ianua*, ܙܢܐ *cingulum.* 5. ܐܟܠܐ *esca*, ܐܚܕܐ *apprehensio*, ܡܠܬܐ *sermo*, ܐܟܠܬܐ *perfectio*, ܡܐܟܠܬܐ *cibus*, ܐܣܘܪܐ *vinculum.* 14. ܐܡܪܐ *imperium*, ܐܡܪܐ *aenigma.* 16. ܐܢܚܬܐ sive ܐܢܚܬܐ *gemitus*, ܙܒܢ *merces*, ܙܒܢ *mercator*, ܙܒܢ *mora.* 17. ܫܘܝܬܐ *destructio*, ܫܘܝܬܐ *fides.* 18. ܡܫܟܐ et ܡܫܟܐ *mora.* 23. ܡܐܡܪ *dicendus*, unde ܡܐܡܪܬܐ *sermocinatio.* 24. ܡܠܦܢ *doctor*, ܡܠܦܢܘܬܐ *doctrina.* 25. ܡܫܪܪ *verax*, ܓܠܓܠܬܐ *rota*, ܫܝܠܬܐ *fibula.* 26. ܡܗܝܢܬܐ *cunctatio.*

IV. Nominum a verb. ''ه derivatt. haec potissimum notanda. 1. ܥܨܐ, ܥܫܒ *gramen*, ܝܒܫܐ *arida* (terra), ܫܡ, ܫܡܐ *signum* et fem. ܝܕܥܬܐ *scientia*, ܝܠܠܬܐ sive ܐܝܠܠܬܐ *ululatus*, ܣܘܓ pro ܣܘܓܝܬܐ *sedulitas* [5]). 3. ܫܒܚ *gloria.* 5. ܒܝܢ *intellectus.* 10. ܝܕܝܥ *cognitus*, unde ܝܕܥܬܐ *scientia*, ܝܗܒ *datus.* 16. ܝܠܘܕ *generatio*, ܬܘܫܒܬܐ *additio*, ܫܐܪ *fragmenta*, ܓܝܪ *incola*, ܓܝܪܘܬܐ *peregrinatio.* 17. ܫܘܐܠܬܐ *mutuatio*, ܝܕܥܬܐ *scientia*, ܒܝܬܐ *donum*, ܣܝܡ *partus*, ܬܘܒ *sedes.* 18. ܫܪܝܪ *liberatio*, ܚܒܪܘܬܐ *consortium*, ܣܕܪ *ordo*, ܫܘܪ *nunciatio*, ܫܪܝܪ *liberatio.* 25. ܒܥܝܫ *desperans*, ܡܫܡܥ *significans* et ܡܫܡܥܬܐ *significatio*, ܒܬ *sedes*, ܒܪ *onus*, ܣܒܠܬܐ *gestatio.* 26. ܡܬܒܢ *intelligens*, ܫܪܝܪ *liberatus*, ܚܒܪ *socius*, ܡܫܬܬܦ *communicatus*, ܡܫܬܬܦ *particeps.*

V. Verba ''ح. 1. ܨܠܘ seu ܨܠܝܬܐ *precatio.* 3. ܫܢܝ *molestia*, ܫܥܬܐ *angustia.* 4. ܫܐܠ *interrogatio.* 9. ܟܐܒ *dolens.* 10. ܒܝܫ *malus*, unde ܒܝܫܬܐ *malitia*, ܟܐܒ *dolor*, ܡܝܬ et ܡܝܬ *mutuus.* 25. ܚܛܝܐ *nocens*, ܚܛܝܬܐ *damnum.*

VI. Verba ''ى et ''ي. 1. ܐܬܘ *beatitudo*, ܫܒܟ *rete*, ܟܦܐ *sinus* et f. ܣܒܒ *ambitus*, ܛܠܐ *gutta*, ܨܠܡ *imago*, ܬܡܗ et ܬܡܘ *stupor*, ܬܒܐ *poenitentia*; concretae significationis est ܥܡ *imperitus*, unde ܥܡܘܬܐ *imperitia.* Plurima vero derivata ita finguntur, ut 2 rad. non quiescat, sed cum vocali in 1 rad. diphthongum efficiat, ut ܠܝܐ *pernoctatio*, ܙܢܐ *adulterium*, ܡܘܬ et cum syllaba ـܬ auctrice ܡܘܬܐ *mors*, ܐܓ, fem. ܐܓܝܬܐ *agitatio*,

---

5) Similiter ܥܕܬܐ *ecclesia* pro ܥܕܐ dicunt.

ﺔﻣﺎﻣ *inquinamentum*, et concretam significationem habentia ﺎﺠﺴﻧ *textor*, ﺎﻴﻃ *speculator* et *speculatio.* Interdum utraque forma simul fingitur, vario tamen sensu, ut ﺎﻴﺸﻋ *affabilitas* et ﺎﻴﺸﻋ *sermocinatio.* Praeterea sunt, quae 2 rad. ـ poscunt, ut ﺎﻨﻣ *habitatio*, ﺎﻧﻳ *venatio*, aut 2 rad. omnino eiicientia, ut ﺎﻬﻳ *finis*, ﺎﻘﻳ *angustia*, ﺎﻓ seu ﺔﻓ *fundamentum* et concreta ﺎﻨﻃ *bonus*, ﺎﻋ *altus.* 2. ﺎﻴﺸﻋ *garrulitas.* 3. ﺎﻨﺘﻓ *natura*, ﺎﻴﻃ *liquefactio*, ﺎﻨﻳ *debitum*, et fem. ﺔﻨﺳ *quies*, ﺔﻨﻫ *intercessio*, ﺎﻨﻣ et ﺎﻨﻏ *obtutus.* 4. aut 2 rad. o retinentia, ut ﺎﻴﻃﻃ *perturbatio*, ﺎﻴﻃ *matrimonium*, aut eam in ـ mutantia ut ﺎﻨﻳﺩ *iudicium*, ﺎﻨﻳﺩ *responsio*, aut utramque formam admittentia, ut ﺔﻴﻃﻃ et ﺔﻴﻃﻃ *voluntas.* 5. ﺎﻴﻋ *auscultatio*[6]). 6. ﺔﻨﺣ *gratia.* 8. ﺎﻴﻘﻳ *tristis.* 10. ﺎﻴﻋ *coecus*, ﺎﻨﻃ *iustus*, ﺎﻨﻋ *maledictus*, ﺎﻨﻋ *clamans*, ﺎﻨﻋ *iudicium*, ﺎﻨﻋ *excusatio*, et cum terminatione ﺎﻴﻃ atque ا prosth. ﺎﻨﻳﺩﺎﻣ *stabilimentum.* 11. duplex est forma, aut o retento, ut ﺎﻨﻋ *helluo*, ﺎﻨﻋ *albus*, aut o cum ـ mutato, ﺎﻨﻣ *reus*, ﺎﻨﻋ *iudex*, ﺎﻨﻋ *adulter*, ﺎﻨﻣ *firmus*; singulare est ﺎﻨﻣ *prudens.* 12. ﺎﻨﻋ *scortator*, ﺎﻨﻣ *vafer.* 16. ﺔﻣﺎﻣ *sordes.* 20. ﺎﻴﻃ et ﺎﻴﻃ *motus*, ﺎﻴﻃ *altitudo.* 23. ﺎﻴﻃﻃ *deprecans.* 24. ﺎﻨﻣ et ﺎﻨﻣ *ingeniosus*, ﺎﻨﻣ *coniunctus*, ﺎﻨﻣ *altus*, ﺎﻨﻣ *mitigatus*; abstracta ﺎﻨﻳﺩﺎﻣ et ﺎﻨﻳﺩﺎﻣ *intelligentia.* 25. ﺎﻨﻋ *altus*, ﺎﻨﻋ *motor*, ﺎﻨﻋ *persuasus*, ﺎﻨﻋ *mitis*, ﺎﻨﻋ *consuetus* et abstracta ﺎﻨﻋ *rete*, ﺎﻨﻋ et ﺎﻨﻋ *persuasio*: at ﺎﻨﻋ *stupidus* regularem Part. formam ﺎﻨﻋ sequitur, o tamen quiescens reddit. 27. ﺎﻨﻋ *concussor.*

VII. Verba "ل et "ك. 1. ﺔﻛ, ﺔﻛ *quies*, ﺎﻨﻋ *effutitio*, ﺎﻨﻋ *latibulum* et quod singularis formae est ﺎﻴﻋ *inundatio*; aut o in fine posito, ut ﺎﻴﻋ *visus*, etiam 3 rad. omnino suppressa ﺎﻨﻋ *torques*, fem. ﺔﻋ *insania*; dein vocali *a* aut *u* in 1 rad. ﺎﻨﻋ *gaudium*, ﺎﻨﻋ, aut per transpositionem ﺎﻨﻋ *lavatio*, ﺎﻨﻋ *selectio*, ﺎﻨﻋ *dulcedo*, ﺎﻨﻋ *multitudo*, 3 rad. eiecta e. c. ﺎﻨﻋ et fem. ﺎﻨﻋ *integumentum*, ﺎﻨﻋ *festum.* Feminina harum formarum, quae crebro usurpantur, duplici modo finguntur; etenim quorum stat. abs. ـ habet, ea fem. ﺎﻋ amant, ut ﺎﻨﻋ *creatio*, ﺎﻨﻋ *electio*, ﺎﻨﻋ *peccatum*; sicubi vero 3 rad. o adhibetur, fem. ﺎﻴﻋ sonare solet, ut ﺎﻴﻋ *accessio*, ﺎﻴﻋ *abstersio*, ﺎﻴﻋ *oratio*, ﺎﻴﻋ *odium*, cuius significatio et singulari formae ﺎﻴﻋ competit. Inveniuntur permulta feminina, quae in 1 rad. vocalem requirant, ut ﺎﻴﻋ

---

6) Huc fortasse pertinent etiam ﺎﻴﻋ *alimentum* et ﺎﻴﻋ *exploratio.*

gaudium, ܚܕܘܬܐ *magnitudo* et cum fulcro ܚܕܘܬܢ *inquinatio*, ܫܘܬܐ *usura*, ܫܒܘܚܐ *cantio*, ܫܒܘܙܐ *convitium*. 2. Huius formae nomina a praecedentibus sicubi haec in 1 rad. vocalem *u* usurpant, in stat. emph. non differunt, sed in stat. absol., ut ܟܘܢܐ, ܟܘܡܢܐ *occultum*. 3. ܫܠܡ, fem. ܫܠܡܬܐ *inveteratio*, ܚܙܘܬܐ *visus*, ܚܛܐ et ܚܛܝܬܐ *inclusio*, ܡܠܐ et ܡܠܝܐ *plenitudo*, anomalon ܚܛܝܐ *peccatum* et concretum ܫܠܡ *integer*. Nonnulla ita motionem subeunt, ut 3 rad. ܝ retineant, sed cum *o* praecedente diphthongescant, ut ܣܥܘܪܐ *respectus*, ܩܪܝܐ *lectio*. Huc referas feminina in stat. absol. in ܬ desinentia, quae Hebraicis in ת terminantibus respondent et huic verborum classi inprimis competunt, ut ܒܟܬܐ *fletus*, ܫܐܠܬܐ *quaestio*, ܙܥܩܬܐ *clamor*, ܡܢܬܐ *portio*, ܥܠܬܐ *holocaustum*. 4. ܩܪܒܬܐ *vicinitas*, ܡܛܠܬܐ *adventus*. 5. ܚܙܘ *aspectus*, ܡܚܫܐ et fem. ܡܚܫܬܐ *abstersio*, ܡܫܬܐ *convivium*, ܡܓܕܬܐ *nutritio*, ܡܟܬܐ *correptio*, ܡܕܪܓܐ *gradus*. 6. ܒܚܝܪ *electio*, ܡܕܟܬܐ *expurgatio*, ܙܢܘܬܐ *fornicatio*; interdum haec forma, si lexica vera referunt, nonnihil mutatur, ut ܚܙܘܬܐ *visio*, ܡܨܝܬܐ *possessio*, ܪܦܬܐ *excrementum*, ܢܒܘܬܐ *prophetia*. Contracta huius formae nomina videntur ܒܥܬ *petitio*, ܓܠܐ *exilium*, ܩܘܩ *lagena*, ܩܘܦܢ *caupona* pro ܩܘܕܢ, cetera. 8. ܡܠܐ *plenus*, ܢܒܝܐ, ܢܥܝܡ *dulcis*, ܥܩܡ, ܥܩܝܡ *inquinatus*, ܙܥ *macer*, ܢܒܝܐ *pius*, ܣܓܝ et ܣܓܝܐ *multus*, unde abstr. ܣܓܝܘܬܐ *multitudo*. Fortasse et ܐܟܦ *duplus*, cum Olaf prosth., huc referendum. 9. ܢܨܚ *victor*, ܒܥܬ *precator*, ܣܢܐ *osor*, ܡܪܒܐ *paedagogus*, ܬܥܬܥ *illudens*, et cum terminatione ܐ e. g. ܩܘܦܢ seu ܩܘܦܐ *caupo*, ܓܝܪܐ *tiro*, ܦܪܥ *solvens*, et abstracta ܒܥܝ *investigatio*, ܥܨܒ *contristatio*. Hinc oriuntur etiam abstracta ܥܘܠ *error*, ܙܢܘܬܐ *fornicatio*, ܕܡܘܬ *similitudo*, ܟܢܫ *coacervatio*, ܟܢܫ, ܟܢܫܬܐ *congregatio aquarum*. 10. ܕܟܝ, ܕܟܝܐ *purus*, ܒܚܝܪ *electus*, ܓܠܝ, ܓܠܐ et ܓܠܐ *manifestus*, ܓܠ, ܓܠܝ et ܓܠܝ *occultus*. In stat. emph. saepius hanc formam ab ea, quam N. 8 posuimus, non potes discernere. 11. ܣܦܪ *scortator*, ܪܥܝ *dux*, ܨܒܐ *precator*, et abstractum ܫܓܝ *error*, ܪܡ *altus* vero in 1 rad. vocalem adhibet. Inveniuntur etiam, quae radici terminationem ܐ aut ܐ annectunt. Quo facto formae huius generis efficiuntur, ܦܬܐ *latus*, ܥܘܬܐ *aberratio*, ܨܝܐ seu ܨܝ *sitiens*, ܫܟܐ *quietus*, ܪܝܐ *incipiens*. Neque abstractorum originem haec forma arcet, ut ܩܪܝܬܐ *lectio*. 12. ܒܪܝ *creator*, ܚܦܝ *scrutator* at ܬܥܬܥ *illudens*; hinc etiam abstracta proficiscuntur, ut ܫܘܬܐ *amotio*, ܩܪܝܬܐ et ܩܪܝܐ *lectio*. 13. ܚܙܝܢ *moestus*, ܒܚܝ *eligens*. 14. Praecipue forma ܡܦܥܠ, ܡܬܦܥܠ in derivatis verbb. ו persaepe deprehenditur, ut ܒܢܝܢ *aedificium*, ܓܠܝ *manifestatio*, ܡܙܢܪ *cingulum*, ܡܣܟ *reprobatio*. 16. ܙܟܘܬܐ *purgatio*, ܟܣܝܐ et ܟܣܝܐ *velamen*, ܡܚܐ *mucor*, ܙܕܘܬܐ *reconciliatio*, ܙܕܘܬܐ *consi-*

lium, at ܫܘܚܠ *ablutio* et ܡܐܟܠ *esca*. 18. ܫܠܡܘܬ *perfectio*, ܫܘܟܠ *ostentatio*. 21. *Pali.* ܣܛܘܦ *stupor*. *Pai.* ܡܣܬܪ *arcana*. 22. ܡܟܘܠ *esca*. 23. ܡܬܦܟ *conversus*, ܡܬܓܠܐ *manifestus*; abstracta sunt e. g. ܡܬܩܛܘܠ *coagulatio*, ܡܨܒܢ *voluntas*. 24. ܢܨܚ *victor*, ܡܓܪ *novacula*, *Ethp.* ܡܬܡܬܠ *assimilatus*; abstracta a Part. derivata sunt: ܥܩܪ et ܥܩܪܘܬ *sterilitas*, ܫܟܒ *cubatio*, et quae contracta esse videntur forma, ܥܟܐ *exultatio*, ܫܘܐ *comparatio*. *Ethpa.* ܡܬܡܬܠ *assimilatus*. 25. ܒܝܬ *cubile*, ܡܬܒ *habitatio*, ܨܦܐ *specula*, ܡܨܦܐ *speculum*, ܥܕܪ *grex*, ܐܘܪ *iter*, et ܕܝܪܐ *ventilabrum* ac ܢܫܪ *serra*. Pro abstract. inde proficiscentibus habeas ܡܫܚܬܐ *lavatio* tanquam normam. Part. etiam terminatione ̈ augetur, ut ܡܬܚܢܦ *impostor*, et abstr. ܫܘܬܦܐ *consumtio*. Singularis formae est ܡܫܩܐ *apostata*. Part. pass. ܡܟܐ *potus*, ܡܫܟܐ, in stat. emph. aut ܡܫܟܐ aut ܡܫܟܐ *contemtus*. 26. ܡܥܟܐ *superbus* et abstract. ܡܥܟܘܬܐ *integritas*. Part. pass. ܡܫܠܡ *perfectus*. *Ethtaf.* ܡܬܡܠܐ *plenus*. At ܡܫܚܐ *lima* a formis normantibus omnino recedit, et ܢܫܠ *abortus* ad formas Fut. accedentes retulerim.

VIII. Verborum *dupliciter imperfectorum* derivata partim *unius* tantum litterae anomaliam persequuntur (ʺ ה et ʺ ו, ʺ נ et ʺ י), partim vero dupliciter a regularis verbi norma recedunt. Horum igitur formas quam maxime abhorrentes observes.

a) A verbis ʺ ה et ʺ י e. g. 25. ܡܕܝܢ seu ܡܕܝܢ *noxius*, ܡܓܘ *contentio*. 27. *Pali.* ܕܝܪ, ܕܝܪ *alienus*[7]), ܕܝܪܘܬܐ *peregrinatio*.

b) A verbis ʺ א et ʺ י e. g. 4. ܐܘܠܐ *ululatus*. 5. ܐܬܐ et fem. ܐܬܐ seu ܐܬܐ *adventus*. 11. ܝܠܠ *ululans*, ܐܬܐ *strix*. 17. ܡܘܕܥܐ *conventus*. 24. ܐܣܝ *sanans* et abstractum ܐܣܘܬܐ *sanatio*. 25. ܡܝܬܐ *afferens*, *Ethtaf.* ܐܬܝܠ *adductus* et abstractum ܐܬܝܠܘܬܐ *epagoge*.

c) A verbis ʺ ס et ʺ י habes e. c. 1. ܐܝܩ *angor*. 3. ܙܪܥ *germen*. 4. ܐܬܐ id. 16. ܕܚܠ *religio*. 18. ܡܘܥܕ *promissio*. 25. ܡܘܕܐ *confessor*, et abstracta ܡܘܕܝܢܘܬܐ *confessio*, ܡܦܩ seu contracte[8]) ܡܦܩܘܬܐ *expulsio*; a Part. etiam originem trahunt feminina ܡܙܪܥ *germen*, ܡܬܥܕ *deambulatorium*, ܡܬܡܘܬܐ *consummatio* et ܡܚܐ *iuramentum*, quo in vocabulo ז rad. periit; denique ܐܦ *expulsio* praeform. ܡ non recepit. *Ethtaf.* ܐܬܝܕܘܬܐ *confessio*.

---

7) *Castellum* in lex. Syr. ܕܝܪ, ܕܝܪ exhibentem, iam *I. D. Michaelis* (in lex. Castell. p. 552.) recte refutavit.

8) Haec contractio, qua ו exstirpatur, creberrima est, vid. supra no. VII, 7., ita e. g. etiam ܥܡ et ܦܠ *caterva*, alia.

d) A verbis ״ל et ״ע observes e. g. 1. fem. עֲבוֹדָה *labor* et פָּנִים *facies* 3 rad. elisa. 3. fem. תְּרוּעָה *increpatio.* 4. תַּנְחוּמִים *consolatio.* 6. הוֹד et הָדָר *decor.* 9. נָאֶה, נָאוֶה *pulcher*, unde abstractum נָאוֶה *decor.* 10. חָדָשׁ, חָדָשׁ et fem. חֲדָשָׁה *decorus*, רָנָן, רָנָנָה id. רָנָּן *lassus*, cum terminatione ־ָן autem גַּאֲוָן *superbus* et abstractum גַּאֲוָה *superbia.* 24. מְנַחֵם *consolator.*

§. 89.

Nomina denominativa.

1) *Nominum denominativorum* appellatione non solum complectimur primitivis originem debentia, sed ea quoque, quae a derivatis proficiscuntur. Horum autem plurima iam §. 87—88. commemorata sunt; in iis autem illustrandis, quae primitivis proferuntur, non longi esse debemus, cum plane eadem derivandi ratione utantur. Itaque non est, quod exemplis accumulandis hanc rem illustremus. Ceterum ordinem formarum supra adhibitum neque hoc in loco relinquendum esse putavimus.

1. בְּתוּלָה *virginitas*, יְלוּדָה *filiatio*, רֵאשִׁית *initium.* 2. רְגִישָׁה *ruminatio.* 3. שְׂעָרָה *capillus*, שְׂעָרָה *pilositas*, אֲבוּת *paternitas.* 4. רְפִיוֹן *crassities*, קְדוּמִים *antiquitas*, חֲתָנוּת *affinitas* (inter socerum et generum). 5. נְהָרָה *lux.* 6. בְּכוֹרָה *ius primogeniturae*, זְכוּרָה *sexus masculinus*, גְּבָרִיָּה *virilitas*, אֵרוּסִים *desponsatio*, נְעוּרִים *pueritia.* 7. נִזְמָה *olus*, נִזְכָּה *sinapis sylvestris* et fem. גִּבְרִיָּה *virago*; hac forma *diminutiva* inprimis utuntur. 8. גִּבְרִיָּה *virago*, גָּרוֹן *guttur*, נַחַל *torrens.* 9. אִי *insula.* 10. בָּצֹר *crassus*, בָּשֶׂם *suavis*, unde בְּשָׂמִים *suavitas*, גְּשָׁמִי *corporatus.* 11. גִּבּוֹר *fortis*, quo fit גְּבוּרָה *fortitudo*, בְּכוֹר *primitius*, בָּשָׂם *aromata vendens*, בָּקָר *bubulcus*, גַּמָּל *camelarius*, דַּיָּר *viator*, חַבָּט *nauta*, דַּיָּן *daemon.* 12. חַלָּה *panis dulciarius.* 13. בָּעוּר *imperitus*, רָךְ *mollis*, unde רֹךְ *mollities.* 14. Haec forma fere ab omnibus nominibus potest fingi, ut רָאשִׁי *primarius*, יָדִיד *cognatus*, יָדִיעַ *qualis*, גְּשָׁמִי *corporeus*, שַׁחַר *lunula*, שֵׁדִי *daemoniacus*, שָׂעִיר *pilosus*, שֶׁלִּי *proprius*; abstracta vero inde originem trahunt, terminatione ־וּת apposita, e. g. שֶׁלִּיּוּת *proprietas*, יְלוּדוּת *filiatio*, יְדִידוּת *cognatio*, גְּשָׁמִיּוּת *corporatio.* 24. יוֹעֵץ *particeps consiliorum* et abstractum יְעוּצוּת *communicatio cons.*, הִתְגַּשְּׁמוּת *incarnatio.* 25. בָּצָל, בַּצֶּלֶת *cucumerarium.* 27. אַכְזָר *cruentus.* Singulare est שֶׁלִּיּוּת *proprietas.*

2) Forma derivativis peculiaris eaque creberrima est ־ִי, concreta inprimisque adiectiva efficiens. Peregrinis pariter ac domesticis ea competit, et inservit gentilitiis quoque et patronymicis fingendis, ut אֲרִי ἀέριος, בַּרְבָּרִי ὁ βάρβαρος, בֻּרְסִי ὁ βυρσεύς, כְּרֵתִי *pedes*, שֵׂעִי *barbatus*, יְחִידִי *primitivus*, גְּשָׁמִי *corporeus*, הָרִי *montanus*, עֶלְיוֹנִי

interior, ܒܝܬܝ *intima pars*, ܒܪܢܫ *extraneus*, ܥܒܪܝ *Israelita*, ܗܘܕܝ *Indus*, ܕܡܫܩܝ *Damascenus*. Immo etiam eâ nomina, quae terminatione ܝ utuntur, saepe hanc quoque adiiciunt, ut ܕܗܒܝ *aureus*, ܓܫܡܝ *corporeus*, ܒܪܝ *proprius*, ܐܝܓܪܬܝ *figuralis*. Abstracta vero inde proficiscuntur solito more, ut ܐܝܟܝܬܐ *qualitas*, ܒܪܒܪܝܘܬܐ *barbaries*, ܕܝܠܝܘܬܐ *proprietas*.

3) Ex nominibus, quae ab aliis ducta sunt nominibus, maxime sunt notatu digna *diminutiva*. Diminutionem autem nominum (ܣܘܡܟܐ ܫܡܐ), quae *triplici* modo aut terminatione ܐ, aut ܐܐ adhibita, aut inserto ܘ fieri solet, recentiori magis, quam antiquiori Syriasmo arrisisse *Ch. B.* et *I. D. Michaelis*[1]) existimarunt, eamque opinionem exemplo versionum N. T. non male probare voluerunt. Ubi enim Philox. diminutiva ponit, Peschito eam antiquitate antecellenti ordinaria nominis forma satisfacit. Cum vero formarum diminutiva insignientium nulla in cognatis obvia videretur linguis aut certe *unius* tantum fortasse aliqua, sed incerta in Hebraica reperirentur vestigia[2]), non defuerunt, qui *peregrinae* originis eas esse suspicarentur, praecipue *Ch. B. Michaelis*[3]), qui ܐ et ܐܐ ad Graecam terminationem *ov* latinamque *us* referri vellet. Exempla sunt ܣܦܪܝܕܐ βιβλαρίδιον Apoc. 10, 2., et fem. ܟܠܝܕܬܐ πλοιάριον Marc. 3, 9. (Philox.), ܒܪܐ *filiolus*, ܐܚܘܬܐ *fraterculus*, ܓܒܪܐ *vir parvulus*, ܛܠܝܐ et ܛܠܝܬܐ *puellus*, ܟܦܪܐ *viculus* et fem. ܐܢܬܬܐ *muliercula*, ܒܪܬܐ *filiola*, ܚܒܝܬܬܐ *socia parva*, ܟܪܟܐ *talentum parvum*, ܡܒܘܥܝܬܐ *fonticulus*, ܥܝܢܝܬܐ *ocellus*, ܛܠܝܬܐ *puellula*. Neque in simplicibus solum, sed etiam in compositis obvia sunt, ut ܒܪܢܫܐ *homuncio*, ܡܠܠܢܐ ܙܥܘܪܐ *susurrator parvus*, ܡܠܬܐ ܙܥܘܪܬܐ *parva sententia negativa*. Terminationem ܐܐ habent e. c. ܣܘܕܪܝܘܢ κοράσιον, Marc. 5, 41. (Philox.), ܓܕܝܐ ἰχθύδιον ib. 8, 7., ܓܒܝܐ *vir parvus*, ܐܡܪܐ *agnellus*, ܛܠܝܐ *puellus*, ܓܠܝܐ *catellus*. Potest et signum diminutionis, plerumque iocando, geminari, ut ܐܚܘܬܐ aut ܐܚܘܬܬܐ *fraterculus parvus*, ܓܒܓܒܐ *vir parvulus*, ܒܪܒܪܐ *filiolus parvulus* et fem. ܐܢܬܢܬܬܐ *muliercula parvula*, ܓܢܓܢܢܐ *hortulus parvulus*, ܡܠܟܬܠܟܬܐ *reginula parvula*[4]). Tertia, quae ab Amira[5]) laudatur diminutivorum forma, Arabicae similis esse videtur Je inserenti[6]); ergo ܟܘܡܝܬܐ *collectiuncula*[7]). Est autem rarior.

---

1) Lum. Syr. in Pott. Syllog. T. I. p. 233. — Gramm. Syr. p. 150.

2) *Gesenii Lehrgeb. der hebr. Spr.* p. 513.

3) I. D. Michael. Gramm. Syr. p. 151.

4) Amir. in Gramm. Chald. p. 143—145. et *Castellus* in Lex. Syr. haec omnia, nullis tamen scriptorum locis allatis, commemorant.

5) Gramm. Chald. p. 145.

6) *Sacy gramm. Arab.* T. I. p. 220.

7) *Lorsbachius* (*Archiv fuer morgenl. Lit.* T. I. p. 204.) utrum terminatione ܝ minor fiat diminutio, quam terminatione ܐܐ diiudicare non ausus est; mihi quidem utraque terminatio eandem vim habere videtur.

§. 90.

Nomina composita.

Habent Syri et nomina ex duobus *composita* (ܟܝܢܐ ܕܒܪ), nec propria solum, sed et *appellativa*, ut ܒܪ ܐܢܫ (*filius hominis*,) *homo*, ܐܟܠ ܒܣܪ (*comedens carnem*,) *accusator*, ܡܠܬܐ *oracula*, ܒܥܠ ܕܝܢ *inimicus*, ܒܥܠ ܕܒܪ *adversarius* Luc. 12, 58., ܫܢ ܕܦܝܠ *ebur* Apoc. 18, 12., ܐܝܕܝ ܕ χειροθεσία 1 Tim. 4, 14., ܬܟܠܬ *color caeruleus* Exod. 25, 5., ܡܕܝܢܬܐ *gratiarum actio* Apoc. 7, 12., ܒܟܘܪܐ *primitiae proventuum* Exod. 23, 19., ܡܣܬܐ (*susceptio oneris*,) *diligentia*, ܣܝܡܐ *fundamentum*. Compositorum abstracta fiunt iam utroque nomine, iam solo posteriore femininam terminationem adsciscente, ut ܒܝܬ ܡܫܟܢܬܐ *oeconomia*, ܒܝܬ ܟܗܢܐ seu ܪܫ ܟܗܢܐ *summum sacerdotium* (1 Macc. 7, 21.), ܒܥܠ ܕܒܪܘܬܐ *inimicitia*. Formae vero compositae seriori potissimum tempore adhibitae sunt, quum Syri Graecam callerent linguam, eiusque composita Syriace reddere studerent. Quamquam enim *Winero* [1]) assensum praebere nequeo Syris vera esse composita abnuenti, tamen linguae indolem existimo neglexisse multorum compositorum fictores, qui graeca vernaculo reddentes suae nimis indulgerent licentiae. Melius stat. constructum prioris nominis cum posterioris stat. abst. aut emphat. (§. 92.) coniunxissent. Non raro Graecis compositis respondent duo vocabula Syriaca iuxta posita, ut ܚܛܝܐ ܕܫܘܝܐ ἀνομία, ܡܠܐ ܩܕܡ ܐܝܕܝ προθεσις [2]), et termini grammaticorum technici ܐܝܕ ܡܠܬܐ *pronomen*, ܩܕܡ ܡܠܬܐ *praepositio* [3]).

§. 91.

Numerus nominum.

1) Praeter *Sing.* (ܫܡܐ) et *Plur.* (ܫܡܗܬܐ) Syri habent et *Dualem*. Hic vero terminatione ـܝܢ indicatur, rarissimique est usus, nec nisi in his obvium vocabulis, ܬܪܝܢ, ܬܪܬܝܢ *duo*, *duae*, ܡܐܬܝܢ *ducenti* et ܡܨܪܝܢ *Aegyptus* [4]). Obsolevit sane hic numerus eique Plur. successit illis quoque in locis, ubi vel nos nudo Plur. pro Dual. aliarum linguarum uti non possemus.

2) *Plur.* nominum *masc.* adsciscit terminationem ـܐ, ut ܙܕܝܩ *iustus*, ܙܕܝܩܐ, ܠܫܢ *lingua*, ܠܫܢܐ. Ea vero, quorum ʒ rad. ad quiescentes pertinet, eam eiiciunt et terminationem ـܐ requirunt, ut ܓܠܝ *revelantes* pro ܓܠܝܐ seu ܓܠܐ a ܓܠܐ.

---

1) *Ueber die Armuth der hebr. Sprache*, p. 29.

2) Matth. 12, 4 in Cod. Ass. I et II. vid. *Adleri* Verss. Syriac. cet. p. 85.

3) Abrah. Ecchell. Gramm. Syr. p. ss et sq.

4) Immo etiam in Nom. propriis, quae apud Hebraeos Duali efferantur numero, Syri Plur. ponunt, ut ܬܪܥܣܝܢ ܕܪ vel ܬܪܥܣ ܕܪ pro אֲרַם נַהֲרַיִם, ܩܪܢܝܢ pro קַרְנַיִם, ܡܚܢܝܢ pro מַחֲנַיִם *duplicia castra* Bibl. Polygl. ܡܚܢܬܐ, neque verum Dualem ܡܚܢܝܢ aut certe ܡܚܢܬܝܢ exhibent.

Nomina *fem.* generis terminatione ـْ adiecta Plur. formant, quae locum terminationis Sing. ـَ obtinet, e. c. ܛܒ̈ܬܐ *bona*, ܛܒ̈ܝ, ܒܥܝܪܐ *bestia*, ܒܥܝ. In iis vero, quorum Sing. in ـ aut ـ desinit, ـ et ـ vocali, in qua quiescunt, abiecta, ante ـْ moventur, ut ܡܝܢ *myrias*, ܡܝ̈ܢ, ܡܪܝܐ *dominium*, ܡܪ̈ܝ, ܕܡܘܬܐ *similitudo*, ܕܡ̈ܘ, ܟܦܐ *trabs*, ܟ̈ܦ.

Quae in Plur. m. et f. fingendo aliisque declinationis partibus oboriantur vocalium aut mutationes aut abiectiones, docent §. 95—97.

ANNOTATIONES.

1) Non pauca nomina in Plur. alius generis terminationem adsciscunt, quam in Sing. Etenim masculina femininam terminationem in Plur. habentia sunt e. c. ܐܪܐ *leo*, ܐܪ̈ܘܬ̈ܐ, ܐܘܪܝܐ *stabulum*, ܐܘܪ̈ܝ, ܐܬܪ *locus*, ܐܬܪ̈ܘܬ̈ܐ, ܐܣܝ *medicus*, ܐܣ̈ܝ, ܐܣ̈ܘܬ̈ܐ *solium*, ܐܣ̈ܘ, ܐܒܪ *membrum*, ܐܒ̈ܪ, ܒܪ *pastor*, ܒ̈ܪ, alia.

2) Etiam feminina Plur. masculinorum habent, eumque *duplici* modo formant. Sunt enim non modo, quae in Plur. terminationem ـ omnino abiiciunt, sed etiam, quae ـ retinent. Exempla illius generis sunt: ܐܡܬܐ *cubitus*, ܐ̈ܡ̈ܐ, ܓܢܬܐ *hortus*, ܓ̈ܢ̈ [5]), ܕܡܥܬܐ *lacryma*, ܕ̈ܡ̈ܥ, ܫܝܢܬܐ *spina*, ܫ̈ܝ̈ܢ, ܚܛܬܐ *frumentum*, ܚ̈ܛ̈, ܟܘܬܐ *fenestra*, ܟ̈ܘ̈, ܟܣܬܐ *pelvis*, ܟ̈ܣ̈, ܠܒܢܬܐ *later*, ܠ̈ܒ̈ܢ̈, ܣܦܪܬܐ *scheda*, ܣ̈ܦ̈ܪ̈, ܡܓܠܬܐ *falx*, ܡ̈ܓ̈ܠ̈, ܢܟܘܬܐ *cribrum*, ܢ̈ܟ̈ܘ̈, ܡܠܬܐ *verbum*, ܡ̈ܠ̈, ܫܥܪܬܐ *pilus*, ܫ̈ܥ̈ܪ̈, ܡܫܚܬܐ *scirpiculum*, ܡ̈ܫ̈ܚ̈, ܡܥܪܬܐ *caverna*, ܡ̈ܥ̈ܪ̈, ܫܐܗ *Seah*, ܫ̈ܐ̈ܗ̈, ܫܥܪܐ *hordeum*, ܫ̈ܥ̈ܪ̈, ܫܦܝܬܐ *navis*, ܫ̈ܦ̈ܝ̈, ܥܢܒܬܐ *uva*, ܥ̈ܢ̈ܒ̈, ܣܪܓܬܐ *corrigia*, ܣ̈ܪ̈ܓ̈, ܩܠܦܬܐ *cortex*, ܩ̈ܠ̈ܦ̈, ܠܘܙܬܐ *amygdala*, ܠ̈ܘ̈ܙ̈, ܫܥܬܐ *hora*, ܫ̈ܥ̈ܝ̈, ܐܣܬܘܬܐ *fundamentum*, ܐ̈ܣ̈ܬ̈ܘ̈, ܬܐܬܐ *ficus*, ܬ̈ܐ̈, alia [6]). Quae autem ـ terminationis femininae ـْ in Plur. fingendo retinent, haec potissimum videntur: ܒܙܬܐ *praeda*, ܒ̈ܙ̈, ܙܥܩܬܐ *clamor*, ܙ̈ܥ̈ܩ̈, ܡܫܝܚܬܐ *contactus*, ܡ̈ܫ̈ܝ̈ܚ̈, ܚܙܘܬܐ *visus*, ܚ̈ܙ̈ܘ̈, ܢܟܣܬܐ *nocumentum*, ܢ̈ܟ̈ܣ̈, ܝܕܥܬܐ *scientia*, ܝ̈ܕ̈ܥ̈, ܦܪܝܬܐ *foeditas*, ܦ̈ܪ̈ܝ̈, ܕܒܪܬܐ *cura*, ܕ̈ܒ̈ܪ̈, ܙܥܩܬܐ *vociferatio*, ܙ̈ܥ̈ܩ̈, ܨܚܬܐ *rubigo*. Sequuntur igitur normam masculinorum ܚܡܬܐ *furor*, ܚ̈ܡ̈ܛ̈ *sapiens*, ܦܠܝܛܬܐ *mica*, ܦ̈ܠ̈ܝ̈ܛ̈, ܐܦܬܐ *spuma*, ܐ̈ܦ̈ܬ̈, ܙܝܢܬܐ *ornamentum*. Huc refer etiam ܓܒܢܬܐ *caseus*, ܓ̈ܒ̈ܢ̈, ܓܦܬܐ *vitis*, ܓ̈ܦ̈ܬ̈, ܦܚܡܬܐ *carbo*, ܦ̈ܚ̈ܡ̈, ܚܛܝܬܐ *granum perforatum*, ܚ̈ܛ̈ܝ̈ et ܫܢܬܐ *dens*, ܫ̈ܢ̈ [7]).

---

5) Expectaveris fortasse in hac collectione stat. absol. Plur., neque stat. emph. in §. 92 illustratum. Cum autem annotationes non tironi, sed elementis iam imbuto scriptae sint, stat. emph. adhibere maluimus quam absol., qui apud Syros in multis nominibus omnino obsolevit.

6) ܦܘܪܦܪ *furfur* a ܦܪܦ et ܫܒܬܐ *sabbatum* a ܫܒܬ Plur. simili modo fingunt, nempe ܫ̈ܒ̈ܬ̈, ܫ̈ܒ̈ܛ̈. ܫܐܠܬܐ *quaestio* Tit. 3, 9. ܫ̈ܐ̈ܠ̈ in Bibl. Polygl. melius alii ܫܐܠ. ܫܦܝܬܐ *palmes* Io. 15, 5. ܫ̈ܦ̈ܝ̈, fortasse autem scribendum ܫ̈ܦ̈ܬ̈.

7) Amir. gramm. Chald. p. 96.

3) Inveniuntur etiam utramque Plur. formam usurpantia, ut ܐܒܐ *pater*, ܐܒ̈ܝ et ܐܒ̈ܘ, ܓܝܫܐ *exercitus*, ܓܝܫ̈ܝ et ܓܝܫ̈ܘ; ܝܘܡܐ *dies*, ܝܡ̈ܝ et ܝܡ̈ܘ, ܠܒܐ *cor*, ܠܒ̈ܝ et ܠܒ̈ܘ, ܠܝܠܝܐ *nox*, ܠܝ̈ܠܝ et ܠܝ̈ܠܘ, ܡܪܐ *dominus*, ܡܪ̈ܝ et ܡܪ̈ܘ, ܢܗܪܐ *fluvius*, ܢܗ̈ܪܝ et ܢܗ̈ܪܘ, ܪܘܚܐ *spiritus*, ܪ̈ܘܚ̈ܝ et ܪ̈ܘܚ̈ܘ. Huc referri velim ܕܒܪ̈ܐ *pectus*, ܕ̈ܒ̈ܪ̈ܐ et ܕ̈ܒ̈ܪ̈ܘ, ܡܕܝܢܐ *modium*, ܡ̈ܕ̈ܝ et ܡ̈ܕ̈ܘ, ܫܡܐ *nomen*, ܫ̈ܡ̈ܝ et ܫ̈ܡ̈ܘ, ܥܡܝܩ tanquam adiectivum *moestum*, *breve* Plur. fingit ܥ̈ܡ̈ܝ, tanquam substantivum vero *cumulus* eum format ܥ̈ܡ̈ܘ [8]). Quae res, ubi nominibus *communis* generis contigerit, mira nequit videri, ut ܥ̈ܪ̈ܩ *sudor*, ܥ̈ܪ̈ܩ.

4) Sunt, quae *duplicem* Plur. formam admittunt diverso tamen significatu, ܐ̈ܡ̈ܬ̈ܐ *ancilla*, ܐ̈ܡ̈ܬ̈ܘ, sed ܐ̈ܕ̈ܐ *brachium*, ܐ̈ܕ̈ܝ, ܐ̈ܕ̈ܘ facit ܐ̈ܕ̈ܝ et ܐ̈ܕ̈ܘ *magni*, sed ܐ̈ܕ̈ܝ *praeceptores*, ܒ̈ܣ̈ܪ̈ܐ *caro*, ܒ̈ܣ̈ܪ̈ܝ si refertur ad animalia occisa, si vero ad viva ܒ̈ܣ̈ܪ̈ܘ, et ܒ̈ܣ̈ܪ̈ܐ pertinet ad ܒ̈ܥ̈ܪ̈ܐ *uva acris*. Praecipue vero notanda sunt ea, quae ubi *metaphorice* pronuntur, Plur. femininorum, ubi vero ea non utuntur significatione, masc. terminationem postulant. Haec potissimum sunt ܐ̈ܕ̈ܢ̈ܐ *auris*, ܐ̈ܕ̈ܝ *manus*, ܥ̈ܝ̈ܢ̈ܐ *oculus*, ܩ̈ܪ̈ܢ̈ܐ *cornu*; idem de ܐ̈ܒ̈ܐ *pater* et ܒ̈ܝ̈ܥ̈ܐ *ovum* statuunt, ita ut ܐ̈ܒ̈ܘ *patres naturales*, ܐ̈ܒ̈ܘ *spirituales* et *carnales remotos*, ܒ̈ܝ̈ܥ̈ܐ *ova*, quae aves pariant, ܒ̈ܝ̈ܥ̈ܘ *res ovis similes*, ܥ̈ܕ̈ܢ̈ܐ, ܥ̈ܕ̈ܝ masc. *tempus*, sed fem. in utroque numero *vices* [9]) significent [10]).

5) *Compositorum* nominum Plur. *triplici* modo fingitur. Etenim alia soli ultimo nomini terminationem pluralem affigunt, ut ܒ̈ܥ̈ܠ̈ܝ ܕ̈ܒ̈ܪ̈ܐ *hostes*, ܒ̈ܬ̈ܐ ܕ̈ܡ̈ܣ̈ܬ̈ܐ *sepulcra* (Matth. 27, 52.) ܒ̈ܬ̈ܐ ܕ̈ܡ̈ܙ̈ܓ̈ܐ *horrea* (Luc. 12, 18); alia priori, ut ܒ̈ܢ̈ܝ ܐ̈ܢ̈ܫ̈ܐ *homines* et alia denique utrique ut ܩ̈ܠ̈ܝ̈ܢ̈ܐ ܕ̈ܒ̈ܛ̈ܠ̈ܐ κενοφωνίαι (1 Tim. 6, 20.), ܡ̈ܚ̈ܪ̈ܝ ܐ̈ܒ̈ܕ̈ܝ *maledici* (2 Tim. 3, 3. 1 Tim. 3, 11.), ܐ̈ܒ̈ܝ ܒ̈ܝ̈ܬ̈ܐ *oeconomi*.

6) Nonnulla feminina terminatione ܐ utentia in Plur. inter radicem et terminationem

---

8) *Amir.* Gramm. Chald. p. 82. 89—90. et 92.

9) Tit. 3, 10. Hebr. 9, 25. 26. cfr. Lud. de Dieu grammat. harm. p. 121.

10) *Amir.* gramm. Chald. p. 99—100. Sunt etiam, eodem Amira teste (l. l.), inter grammaticos, qui nonnullis nominibus duplicem Plur., *minorem* et *maiorem*, esse doceant; minorem Plur. appellant eum, qui numerum *decem* non excedit, maiorem autem, qui hunc terminum transilit. Huic autem femininam aut certe peculiarem, illi autem vulgarem masculinorum terminationem assignant. Itaque ܝܘܡܐ *dies*, ܝܡ̈ܝ (dies duo, vel tres usque ad decem), ܐ̈ܕ̈ܝ *manus*, ܐ̈ܕ̈ܝ, ܐ̈ܕ̈ܘ, ܥ̈ܕ̈ܢ̈ܐ *asinus*, ܥ̈ܕ̈ܢ̈ܐ, ܕ̈ܪ̈ܐ *generatio*, ܕ̈ܪ̈ܐ, ܒ̈ܨ̈ܡ̈ܐ *vestigium*, ܒ̈ܨ̈ܡ̈ܐ, ܓ̈ܕ̈ܦ̈ܐ *ala*, ܓ̈ܕ̈ܦ̈ܐ, ܐ̈ܨ̈ܒ̈ܥ̈ܐ *digitus*, ܐ̈ܨ̈ܒ̈ܥ̈ܐ, ܥ̈ܕ̈ܠ̈ܐ *virtus*, ܥ̈ܕ̈ܠ̈ܐ, ܠ̈ܒ̈ܐ *cor*, ܠ̈ܒ̈ܐ, alia. Maior vero Plur. ex doctorum illorum sententia sonaret: ܓ̈ܕ̈ܦ̈ܐ, ܒ̈ܨ̈ܡ̈ܐ, ܕ̈ܪ̈ܐ, ܥ̈ܕ̈ܢ̈ܐ, ܐ̈ܕ̈ܝ, ܥ̈ܕ̈ܠ̈ܐ, ܐ̈ܨ̈ܒ̈ܥ̈ܐ, ܒ̈ܨ̈ܡ̈ܐ, ܐ̈ܒ̈ܝ, ܠ̈ܒ̈ܐ. *Amira* quidem iudicium hac de re non attulit, mihi autem videtur certe dubia. Cfr. etiam *Lud. de Dieu* l. l. p. 120. ss.

aut ـ inserunt; ut ܐܬܪ *locus*, ܐܬܪܐ, ܙܥܘܪܐ *parva*, ܐܬܪܘܬܐ et eadem norma flectenda ܐܡܐ *agna*, ܐܡܪܐ *apis*, ܐܣܛܘܪܐ *strigilis*, ܐܣܟܠܐ *circuitio*, ܐܣܬܪܐ *dorsum manus*, ܐܣܝܪܐ *fasciculus*, ܐܣܛܘܢܐ *latebra*, ܐܣܟܘܬܐ *circuitus*, ܐܬܢܐ *equa*, ܐܦܣܛܐ *fungus*, ܐܦܣܐ *testa*, ܐܦܣܛܪܘܢܐ *alabastrum* (*Amir.* l. l. p. 84. 90 et 92.); aut, m. et f., o ante terminationem Plur. inserunt, e. c. ܐܡܐ *gens*, ܐܡܝܪ, ܐܢܝܫ *socius*, ܐܢܫ, ܐܢܬ *pollex*, ܐܢܬܐ, ܐܣܬ *pars*, ܐܣܬܐ, ܐܣܬܪ *ablutio*, ܐܣܬܪܐ, ܐܣܟ *sacrificium*, ܐܣܟܐ, ܐܣܬܪ *axilla*, ܐܣܬܪܐ. Ita etiam masc. ܐܒ, ܐܒܐ, ܐܚ et ܐܦ (vid. Annot. 3.). Similia sunt nomina ת in Plur. radici affigentia, ut ܐܡ *mater*, ܐܡܗ, ܐܡܬ *ancilla*, ܐܡܬܐ, ܚܡ *socer*, ܚܡܐ, ܫܡ *nomen*, ܫܡܗ et ܫܡܐ, ܐܝܕ *manus*, ܐܝܕܐ.

7) Quae in Plur. eorum nominum, ubi 3 rad. *Nun* ante terminationem femininam excidit, secundum regulam fieri solet litterae eiectae restitutio, ut ܓܦܢ *caseus*, ܓܦܢܐ, ܓܦܢ *vitis*, ܓܦܢܐ, ܟܐܦ *later*, ܟܐܦܐ, ea aliis quoque non omnino deest nominibus, e. c. ܐܦ *fructus*, ܐܦܐ, ܚܙܘ *visio*, ܚܙܘܬܐ, ܪܝܚ *odor*, ܪܝܚܐ. Melius, ut mihi quidem videtur, inter *defectiva* referuntur Plur. ab alia forma repetentia.

8) Nonnulla nomina Plur. non admittunt, ut ܚܛܝܬ *peccatum*, ܫܘܫܦ *veritas*, ܨܒܥ *color*, ܫܥܘ *cera*, ܫܘܫܦ *veritas*, atque alia Sing. carent, ut ܓܠ *fluctus*, ܐܓܪ *pretium*, ܚܝܐ *vita*, ܡܝ *aqua*, item ܪܚܡ *misericordia*, nam in Sing. ܪܚܡ *vulvam* significat, alia. Inter ea referunt etiam composita ܣܦܪ ܬܘܪܐ *liber*, ܟܗܢ ܪܒ *summus sacerdos*. Quaedam Sing. et Plur. eandem formam tribuunt, ita ut Plur. solis punctis *Ribui* (§. 22, 2) discernatur, e. c. ܐܢܫ *homo*, Plur. ܐܢܫ, ܫܡܝܐ *coelum*, Plur. ܫܡܝ. Reperiuntur dein terminatione singularia, quae semper Ribui gestant, quamquam et Sing. et Plur. significatu utuntur, scilicet ܒܩܪ *grex boum*, ܒܗܡܬ *iumenta*[11]), ܛܝܪ *volucres*, ܥܢ *grex ovium*, ܪܡܫ *reptilia*, ܣܘܣ *equi*. Peculiare est Sing. fem. ܫܒܘܥܬܐ *iuramentum*, quod Plur. formam usurpans nunc absque Ribui scribitur, ut Hebr. 6, 16. 17., nunc cum illis punctis, ut Matth. 14, 7. 9. Quin etiam Sing. significatum habet, et singulariter construitur e. c. Iac. 5, 12.

9) *Exoticorum*, praecipue *graecorum* nominum Plur. in universum ac regulariter formam vere Syriacorum sequitur[12]). Cuius autem generis terminatio sit eligenda, nec graeci vocabuli genere nec declinatione definitur; masculina enim terminatio exoticis solet competere, ut στρατιῶται, ναῦται, ἐπίσκοποι, κληρικοί,

11) Act. 23, 24 et 1 Cor. 15, 39. ܒܗܡܬ legitur, quod *Amira* (Gramm. Chald. p. 95.) reprehendit.

12) Cf. *Lorsbachii* docta huius rei expositio: *Ueber die Formation des Plurals in den aus der griechischen Sprache in die Syrische Sprache uebertragenen Nominibus substantivis* in *Pauli* Nov. Repertor. T. III. p. 103—110. cll. *Opit.* p. 82 ss. ed. 2.

ܕܝܦܛܘܟܐ *δίπτυχα*, ܟܣܝܠܐ *ξύλα*, ܗܓܡܘܢܐ *ἡγεμόνες*, ܦܠܓܐ *φάλαγγες*, ܕܓܡܐ *δόγματα*, ܙܘܓܐ *ζεύγη*, rarius feminina adhibetur, eaque in nonnullis tantum vocibus in *η*, *α* aut *ον* desinentibus, e. c. ܐܣܛܘܐ, ܐܣܛܘܢ, ܩܘܣܛܐ, ܩܘܣܛܝ et ܩܘܣܛܝ Plur. vocum *ὀψώνιον*, *λόγχη*, *στάδιον*, *μηχανή*, *πλατεῖα*. Sicubi vero Plur. graecae vocis fingitur, graeca Sing. terminatio evanescere debet, quamquam exempla non omnino desunt huic regulae contraria ac litteram servilem retinentia, ut ܢܐܘܣ, ܢܐܘܣܐ, ܡܘܢܐ, ܩܕܘܢܝ, ܟܪܛܝ, ܓܢܣ Plur. vocum *ναός*, *νόμος*, *καιρός*, *εὐαγγέλιον*, *χάρτης*, *γένος*. Ea nomina graeca, quae Plur. litterae in Nom. Sing. eiectae restitutione augent, Syriace reddita idem faciunt, e. c. ܣܦܘܪܝ *σπυρίς*, *σπυρίδες*, ܟܠܝܐ *κλείς*, *κλεῖδες*, ܟܪܟܝ *κερκίς*, *κερκίδες*, ܐܢܕܪܝܐܣ *ἀνδριάς*, *ἀνδριάντες* [13]).

10) Saepe Syri non solum Nomina propria et appellativa ipsa, sed etiam Plur. formam a Graecis mutuant, inprimis Nom. et Acc., ita ut hic vel ille casus pro ceteris poni queat. Etenim

a) in nominibus 1 declin. graecae, quae fingunt Nom. Plur. *αι* et Acc. *ας*, prior quidem terminatio Syrorum, Itacismum amplectentium (§. 12, 3. Annot. 6.), consensu cum Graecis gaudet, posterior vero Syriace ܐ, ܝ, ܣ et ܘ redditur, ut ܐܪܟܐ et ܐܪܟܘ *ἀρχάς* Eph. 3, 10. Col. 1, 16. Ephraem. Opp. Syr. T. I. p. 270. A. [14]) ܐܢܐܓܟܣ, ܐܢܐܓܟܘ *ἀνάγκας* 2 Cor. 6, 4. ܐܠܐܬܝ, ܐܠܐܬܘ Ἀθῆνας Act. 17, 16. 1 Thess. 5, 28 subscript., ܒܠܠܣܛܣ *βαλλίστας* 1 Macc. 6, 51., ܕܝܐܬܟ, ܗܝܐܬܟ, ܕܝܐܬܟܘ *διαθήκας* Gal. 4, 24. Ephraem. T. I. p. 231. A. 347. C. ܗܝ Δάκας *Barhebr.* Chron. Syr. p. 60, 1. ܐܘܦܝܛܣ Ὀφίτας Assem. Bibl. Or. T. III. P. I. p. 63. ܟܝܓܪܝܐ Κεγχρεάς Act. 18, 18. Rom. 16, 1. ܩܘܠܐܣܝ Κολασσάς Col. 1, 2., alia [15]).

b) Nomina ad 2 decl. graecam pertinentia Plur. Nom. *οι* et Acc. *ους*, Syriace ܝ et ܘ aut ܘ formant; itaque ܐܪܝܢܝ Ἀριανοί Michael. chrest. p. 55, 12., ܐܪܬܘܕܘܟܣܝ ὀρθόδοξοι, ib. p. 13, 3., ܐܦܝܩܘܪܝ seu ܐܦܝܩܘܪܝܣ αἱρητικοί ib. p. 15, 9., ܐܦܝܬܪܘܢܝ ἐπιθρόνιοι

---

13) Quid? quod Syri iam in Sing. graecorum vocabulorum litteram a Graecis in huius numeri Nom. eiectam restituunt, ut ܟܠܝ *κλείς*.

14) Singularem formam ܣܝ et ܣ (§. 12, 1. Annot. 1.) *Lorsbachius* l. l. in nonnullis exemplis ita mutavit, ut litterae o contra vulgarem editionum lectionem *lineolam*, ut videtur, *occultantem* (§. 20.) subiiceret; nos eum sequentes, in omnibus hisce vocibus scribendis eandem nobis proposuimus normam.

15) Inveniuntur nonnulla huius declinationis masculina, quae Plur. terminatione ܐ, quae Graecae *οι* respondet, fingunt, e. c. ܛܘܦܪܟܐ *τοπάρχαι*, 3 Esr. 3, 2. 14. ܡܛܪܘܦܠܝܛܐ *μητροπολίται*, Assem. l. c. p. 53, 10. b. ܦܛܪܝܐܪܟܐ *πατριάρχαι* ib. p. 343, 27. ܦܘܝܛܐ *ποιηταί* ib. p. 326, 27. b. ܦܣܠܛܐ *ψάλται* ib. T. III. P. II. p. 888. *Lorsbachius* hanc formam e 2 decl. graec. repetitam esse optime censuit.

Assem. l. l. T. I. p. 469. ܒܘܟܠܪܝܐ *Βουκελλαριοί* Barhebr. p. 97, 3. ܟܘܡ *χυμοί* ib. 34, 1., ܠܐܛܝܢ *Λατῖνοι* Ephr. T. I. p. 192, C., ܢܣܛܘܪܝܐ *Νεστοριανοί* Assem. T. II. p. 15, 16., ܣܘܢܐ *σύνοδοι* ib. T. I. p. 503. not. 1., ܟܠܝܪܝܩܐ *κληρικοί* ib T. II. p. 12, b. Etiam in Peschito, quamquam raro, haec forma obvia est, ut ܠܝܒܪܛܝܢܐ *Λιβερτῖνοι* Act. 6, 9. ܣܛܘܝܩܐ *Στωϊκοί* 17, 18.; apud *Ephraemum* saepe invenitur, vid. e. c. eius dictum apud Assemanium (Bibl. Or. T. I. p. 145.). At Acc. formam receperunt ܟܠܝܪܝܩܘܣ *κληρικούς* Assem. l. l. II, 50, 12. b. not., ܦܝܠܝܦܘܣ *Φιλίππους* Act. 16, 12. ܦܘܛܝܠܐܣ *Ποτιόλους* Act. 28, 13., ܛܘܢܣ *τόνους* Ass. l. l. p. 308, 22. ܣܘܢܘܕܣ *συνόδους* ib. p. 248, 21. b. Neutra vero ad hanc declin. pertinentia Plur. aut in ܐ desinentem habent, ut ܡܛܠܠܐ *μέταλλα* 1 Macc. 8, 3. ܙܐ *ζώδια* 2 Reg. 23, 7. (Hexapl.), ܐܘܐܓܓܠܝܐ *εὐαγγέλια* Assem. ib. p. 159, 37. b. ܣܝܓܝܠܠܝܐ *σιγίλλια* ib. p. 184. ܟܦܠܝܐ *κεφάλαια* ib. T. III. P. I. p. 45. aut in ܝ, pariter ac Gen. Graecorum e. c. ܐܪܟܝܐ *ἀρχείων* Michael. Chrest. p. 52, 3, ܩܣܛܪܘܢ *καστρῶν* Barhebr. Chron. p. 34, 1.

c) Nomina 3 decl. graecae m. et f. Syriace Plur. aut ܣ, ܣܝ, ܣܘ[16]) formant, ut ܦܠܟܣ, ܦܠܩܐ *πλάκας* Ass. T. III. P. I. p. 405, 16. b. Barhebr. Chron. p. 84, 5., ܩܣܪܐ *Καίσαρας* Assem. T. I. p. 395. not. 4., ܐܠܝܢܣ *Ἕλληνας* ib. T. II. p. 177. ܟܘܝܢܝܩܣ *χοίνικας* Apoc. 6, 6. ܣܝܪܝܢܣ *σειρῆνας* Jer. 50, 39.[17]), aut ܐ, ut ܐܝܪܣ *ἀέρες*[18]). Huc pertinere videntur multa nomina populorum, e. c. ܐܬܝܘܦܝ Mich. Chrest. p. 17, 5. ܐܬܝܘܦ Ass. T. II. p. 139. ܐܬܝܘܦ Barhebr. p. 95, 7. Nomina autem in *ις* desinentia Plur. non solum ܣ i. e. *εις* fingunt, ut ܐܝܪܣ *αἱρέσεις* 2 Petr. 2, 1. ܒܐܣ *βάσεις* 2 Reg. 16, 17. (Hexapl.), ܟܪܝܣ *χρήσεις* Assem. T. II. p. 82. ܠܟܣܝܣ *λέξεις* ib. T. III. P. I. p. 307., sed etiam ܐ i. e. *ιας*, e. c. ܐܠܝܦܣ, ܐܠܝܦܝ, ܐܠܝܦܣ et ܐܠܝܦܣܝܣ *ἐκλείψιας* vid. Castell. *Neutrius* denique generis nomina Plur. in *ατα* terminantia Syriace eundem ܐ seu ܐ formant, ut ܐܦܘܡܢܝܡܬܐ *ὑπομνήματα* Assem. T. III. P. II. p. 884. ܐܕܓܡܐ et ܐܕܓܡܐ *δόγματα* ib. T. I. p. 166., ܐܦܪܝܙܘܡܬܐ *περιζώματα* Ephraem. T. I. p. 140. A. ܐܡܟܢܝܡܬܐ *μηχανήματα* Barhebr. p. 87, 13., ܐܦܠܓܡܐ *φλέγματα* Castell. col. 3003. Excipias vero ܐܬܠܣܡܬܐ *τελέσματα* Barhebr. p. 56, 5.

16) Vid. p. 256. not. 14.

17) Excipias ܩܣܪܐ *Καίσαρες* Barhebr. Chr. p. 62, 1. et ܐܘܛܘܩܪܛܘܪܐ *αὐτοκράτορες* ib. p. 111, 18.

18) *Castellus* quidem ܐܝܪ scribit (Lex. Heptagl. col. 66.), quod iam *Lorsbachio* (l. l. p. 108.) parum placuit.

Ceterum quisque Syriacam et Graecam Plur. terminationem ex arbitrio adhibere potuit; qua re factum est, ut idem scriptor nunc hac nunc illa uteretur forma. Si vero in vocibus Syria oriundis graecam nonnunquam invenimus adhibitam, ut ܓܢܬܐ *horti* Barhebr. p. 118, 11., ܦܪܕܝܣ seu ܦܪܕܝܣܐ *pagi* ib. 585, 3., hoc Graecomaniae tribuendum.

§. 92.

Status nominum.

Statui absoluto et constructo Syri cum Chaldaeis tertium addunt, *emphaticum*; qui ab ἐμφαίνω *monstro* nomen traxit, eodemque iure posset dici *demonstrativus*. Ubi enim aliae linguae articulum, quo Syri non utuntur, solent adhibere, ibi Aramaei hunc statum usurpant. Syriaca vero lingua ab eius primitivo multum aberravit significatu, statumque emphaticum saepe, praecipue in masculinis, pro absoluto et indefinite ponit. Utriusque generis et numeri forma emphatica aliter se habet.

1) In Sing. enim m. in fine status absoluti ܐ assumitur, idque vel sine ulla vocalium mutatione, ut ܛܒ, ܛܒܐ *bonus*, vel cum aliqua, ut ܙܒܢ, ܙܒܢܐ *tempus*, ܚܪ, ܚܪܐ *liber*; in Plur. vero pro ܝ status absoluti ܐ fini vocis adiicitur, ut ܙܒܢܐ, ܚܪܐ. Nomina vero ''ܐ qiescentis aut ܘ diphthongescentis ultimam litteram mobilem reddunt, et ܐ quoque cum ܘ commutant; e. c. ܒܚܝܪ, ܒܚܝܪܐ *electus*, ܟܘܪܣܝ, ܟܘܪܣܝܐ *thronus*, in Plur. vero nomina m. utriusque formae pro ܝ stat. absoluti voci in fine ܬ addunt, ut ܒܚܝܪܬ, ܒܚܝܪܬܐ *potus* [1]).

2) In nominibus fem. generis haecce stat. emph. formandi regula pollet. Sing. terminationibus absolutis ܐ et ܬ syllabam ܐܬ affigit, terminationem vero ܐ cum ܐܬ commutat, qua re non raro vocalium oboriuntur transpositiones, abiectiones et permutationes, ut ܡܐ, ܡܐܬܐ *myrias*, ܒܪܝܬܐ, ܒܪܝܬܐ *res creata*. ܐܪܡܠܬܐ, ܐܪܡܠܬܐ *vidua*. In Plur. forma ܝ stat. absol. in ܐ transit, ut ܐܪܡܠܟܝ, ܐܪܡܠܟܐ [2]).

---

1) Syri ipsi prorsus aliter de hac derivandi ratione statuerunt, nam quae nobis est forma *emphatica*, iis simplex, communis et genuina videtur, et quam nos absolutam vocamus, illi *contractam* volunt. Unde iam *Barhebraeus* (Gramm. metr. Cod. Gott. p. 35—40) de nominum *contractione* (ܩܛܘܪ) agit, reliquis Syrorum grammaticis, quin etiam *Masio* (Polygl. Antverp. T. VI. p. 45.) assentientibns. Falsam vero esse hanc eorum sententiam, *Lud. de Dieu* (Gramm. harmon. p. 112 ss.) bene exposuit. Etenim hanc formam, quae emphatica audit, non simplicem et primitivam esse, demonstrat eius significatio et usus. Quare sicubi nomina alia determinatione utuntur (aut nomina propria aut suffixis iuncta, aut genitivum cum sequenti constituentia) status emphaticus regulariter adhiberi nequit, pariter atque in Hebraica lingua articulum habere non debent. Nomen autem formae *emphaticae* iam antiquissimis nostris grammaticis placuit.

2) Singulares et rariores Plur. formae, quas §. 91. commemoravimus, non absol. solum, sed etiam *emphat.* stat. attingunt.

3) Stat. *const.* apud Syros parum a stat. *absol.* discrepat; cum enim hic propter linguae Syriacae naturam brevitati ita faveat, ut nova vocalium mutatio nequeat fieri, ille non discernitur, nisi terminatione, syllaba formatrice aut suffixo in fine auctus. Quare in Sing. m. omnino uterque alteri conspirat; in Plur. vero ـے in forma absoluta in ـے, et ـے in ـۓ transeunt, e. c. ـےـ, ـےـ *filii*, ـےـ, ـےـ *aspectus*. In Sing. feminina in ـ et ـ terminantia stat. constr. ـ in fine addunt, ut ـ, ـ *testimonium;* quae vero in ـ desinunt, hanc terminationem cum ـ commutant, ut ـ, ـ *puella*. Plur. denique fem. ـ postulat pro ـ stat. absoluti, ut ـ, ـ.

§. 93.

Nomina cum suffixis coniuncta.

Suffixorum coniunctio cum nominibus (ـ) in universum his nititur regulis.

1) In Sing. m. nomen suffixis augendum in vocalibus suo in loco retinendis, transponendis, mutandis, abiiciendis status emphatici normam sequitur, ita ut locum terminationis ـ suffixa obtineant, e. c. ـ *tempus*, ـ, ـ [1]). Quae res et femm. evenit; etenim in his quoque loco ـ syllabae ـ suffixa adduntur e. c. ـ *virgo*, ـ, ـ. Exceperis tamen formas cum suffixis 1 Sing., 2 et 3 pers. Plur., quae vulgari stat. constructo adiunguntur, ut ـ *socia*, ـ secundum ـ, at ـ secundum stat. constr. ـ. In Plur. vero utriusque generis suffixa cum stat. constr. copules, ut ـ *reges*, ـ, ـ, ـ *throni*, ـ, ـ.

2) Nomina fem. generis in Sing. et Plur. vulgares suffixorum formas recipiunt; cum nominum vero masculinorum suffixis pluralibus Jud in fine Plur. coalescit, unde formae nonnihil mutatae oriuntur (§. 42, 2.). Quam rem ut facilius possis perspicere, duplex paradigma et nominis masc. et fem., eiusque ab omni vocalium mutatione abhorrentis, exhibere lubet.

---

1) Si nomini vero ipsi in stat. emph. nulla vocalis est, ut ـ *filius*, ـ *nomen*, ـ *sanguis*, cum suff. 1. Sing. ac 2 et 3 Plur. primitiva vocis forma recipitur, ut ـ, ـ, ـ, ـ. Sicubi ante suff. tres, in fem. vero ut plurimum post *o* et *u* duae consonantes vocali destituuntur, his pronunciandis assumitur ـ, ut ـ *onus*, ـ, ـ *sanctuarium*, ـ, ـ *cibus*, ـ, ـ *hora*, ـ. Inveniuntur autem etiam exempla hanc vocalem pronunciationi faciliori destinatam negligentia, e. g. ـ *bonum meum* Ps. 16, 2., ـ *mortua mea* Gen. 23, 4. ـ Jo. 4, 34.

1) *Nominis Sing.*

Sing.

		Masc.		Fem.	
1 comm.		ܩܕܝܫܐ	sanctus meus.	ܒܬܘܠܬܝ	virgo mea.
2.	m.	ܩܕܝܫܟ	sanctus tuus.	ܒܬܘܠܬܟ	virgo tua.
	f.	ܩܕܝܫܟܝ		ܒܬܘܠܬܟܝ	
3.	m.	ܩܕܝܫܗ	sanctus eius.	ܒܬܘܠܬܗ	virgo eius.
	f.	ܩܕܝܫܬܗ		ܒܬܘܠܬܗ	

Plur.

1. comm.		ܩܕܝܫܢ	sanctus noster.	ܒܬܘܠܬܢ	virgo nostra.
2.	m.	ܩܕܝܫܟܘ	sanctus vester.	ܒܬܘܠܬܟܘ	virgo vestra.
	f.	ܩܕܝܫܟܝܢ		ܒܬܘܠܬܟܝܢ	
3.	m.	ܩܕܝܫܗܘ	sanctus eorum.	ܒܬܘܠܬܗܘ	virgo eorum.
	f.	ܩܕܝܫܗܝܢ	sanctus earum.	ܒܬܘܠܬܗܝܢ	virgo earum.

2) *Nominis Plur.*

Sing.

		Masc.		Fem.	
1. comm.		ܩܕܝܫܝ	sancti mei.	ܒܬܘܠܬܝ	virgines meae.
2.	m.	ܩܕܝܫܝܟ	sancti tui.	ܒܬܘܠܬܟ	virgines tuae.
	f.	ܩܕܝܫܝܟܝ		ܒܬܘܠܬܟܝ	
3.	m.	ܩܕܝܫܝܗ	sancti eius.	ܒܬܘܠܬܗ	virgines eius.
	f.	ܩܕܝܫܝܗܝ		ܒܬܘܠܬܗ	

Plur.

1. comm.		ܩܕܝܫܝܢ	sancti nostri.	ܒܬܘܠܬܢ	virgines nostrae.
2.	m.	ܩܕܝܫܝܟܘ	sancti vestri.	ܒܬܘܠܬܟܘ	virgines vestrae.
	f.	ܩܕܝܫܝܟܝܢ		ܒܬܘܠܬܟܝܢ	
3.	m.	ܩܕܝܫܝܗܘ	sancti eorum.	ܒܬܘܠܬܗܘ	virgines eorum.
	f.	ܩܕܝܫܝܗܝܢ	sancti earum.	ܒܬܘܠܬܗܝܢ	virgines earum.

Declinatio nominum masculinorum.

	I.	II. a.	II. b.	II. c.	II. d.	III.	IV. a.	IV. b.	
Sing. absol.	דֶּבֶר (*malus*)	בֵּן (*filius*)	שֵׁם (*nomen*)	עוֹלָם (*saeculum*)	אֶבֶן (*testis*)	סוּס (*mare*)	שָׁתָה (*potus*)	מַרְאֶה (*adspectus*)	כִּסֵּא (*solium*)
— constr.	דְּבַר	בֶּן	שֵׁם	עוֹלַם	אֶבֶן	סוּס	שְׁתֵה	מַרְאֵה	כִּסֵּא
— emphat.	הַדָּבָר	הַבֵּן	הַשֵּׁם	הָעוֹלָם	הָאֶבֶן	הַסּוּס	הַשְּׁתָה	הַמַּרְאֶה	הַכִּסֵּא
— cum suff.	דְּבָרִי	בְּנִי	שְׁמִי	עוֹלָמִי	אַבְנִי	סוּסִי	שְׁתִיתִי	מַרְאִי	כִּסְאִי
— — —	דְּבָרְךָ	בִּנְךָ	שִׁמְךָ	עוֹלָמְךָ	אַבְנְךָ	סוּסְךָ	שְׁתִיתְךָ	מַרְאֶיךָ	כִּסְאֲךָ
Plur. absol.	דְּבָרִים	בָּנִים	שֵׁמוֹת	עוֹלָמִים	אֲבָנִים	סוּסִים	שְׁתִיתִים	מַרְאִים	כִּסְאוֹת
— constr.	דִּבְרֵי	בְּנֵי	שְׁמוֹת	עוֹלְמֵי	אַבְנֵי	סוּסֵי	שְׁתִיתֵי	מַרְאֵי	כִּסְאוֹת
— emph.	הַדְּבָרִים	הַבָּנִים	הַשֵּׁמוֹת	הָעוֹלָמִים	הָאֲבָנִים	הַסּוּסִים	הַשְּׁתִיתִים	הַמַּרְאִים	הַכִּסְאוֹת
— cum suff.	דְּבָרֶיךָ	בָּנֶיךָ	שְׁמוֹתֶיךָ	עוֹלָמֶיךָ	אַבְנֵיךָ	סוּסֶיךָ	שְׁתִיתֶיךָ	מַרְאֶיךָ	כִּסְאֲךָ

Declinatio nominum m. Segolatis Hebraicis respondentium.

	1. a.	1. b.		2. a.	2. b.	3.	4. a.	4. b.	5. a.	5. b.
Sing. absol.	עֵת (*tempus*)	מֶלֶךְ (*rex*)	נַעַר (*puer*)	רֶגֶל (*pes*)	סֵפֶר (*liber*)	קֹדֶשׁ (*sanctitas*)	עַיִן (*oculus*)	יוֹם (*dies*)	מֶלֶךְ (*tranquillitas*)	שֶׁבִי (*captivus*)
— constr.	עֵת	מֶלֶךְ	נַעַר	רֶגֶל	סֵפֶר	קֹדֶשׁ	עֵין	יוֹם	מֶלֶךְ	שֶׁבִי
— emphat.	הָעֵת	הַמֶּלֶךְ	הַנַּעַר	הָרֶגֶל	הַסֵּפֶר	הַקֹּדֶשׁ	הָעַיִן	הַיּוֹם	הַמֶּלֶךְ	הַשֶּׁבִי
— cum suff.	עִתִּי	מַלְכִּי	נַעֲרִי	רַגְלִי	סִפְרִי	קָדְשִׁי	עֵינִי	יוֹמִי	מַלְכִּי	שִׁבְיִי
— — —	עִתְּךָ	מַלְכְּךָ	נַעַרְךָ	רַגְלְךָ	סִפְרְךָ	קָדְשְׁךָ	עֵינְךָ	יוֹמְךָ	מַלְכְּךָ	שִׁבְיְךָ
Plur. absol.	עִתִּים	מְלָכִים	נְעָרִים	רַגְלַיִם	סְפָרִים	קָדָשִׁים	עֵינַיִם	יָמִים	מְלָכִים	שְׁבָיִים
— constr.	עִתֵּי	מַלְכֵי	נַעֲרֵי	רַגְלֵי	סִפְרֵי	קָדְשֵׁי	עֵינֵי	יְמֵי	מַלְכֵי	שִׁבְיֵי
— emph.	הָעִתִּים	הַמְּלָכִים	הַנְּעָרִים	הָרַגְלַיִם	הַסְּפָרִים	הַקָּדָשִׁים	הָעֵינַיִם	הַיָּמִים	הַמְּלָכִים	הַשְּׁבָיִים
— cum suff.	עִתֶּיךָ	מַלְכֶּיךָ	נַעֲרֶיךָ	רַגְלֶיךָ	סִפְרֶיךָ	קָדָשֶׁיךָ	עֵינֶיךָ	יָמֶיךָ	מַלְכֶּיךָ	שִׁבְיֶיךָ

§. 94.

Nominum declinatio in universum spectata.

Praecipuae *declinationis* difficultates in vocalium mutationibus versantur; quarum plures regulis §. 34—37 propositis definiuntur, nonnullae vero aliquid singularitatis habent. In tabulis adornandis non solum masculina et feminina separavi, sed etiam duplicem masculinorum classem constituere placuit, et *segolatis* Hebraicis respondentium et reliquorum. Quam quidem distinctionem nullo modo arbitrariam dixeris; nam omnia nomina, quae *segolatis* Hebraicis conspirant, peculiari vocalium mutatione gaudent ab reliquis masculinis non recepta. Praeter varios nominis status eius coniunctio cum suffixis commemoratur; cum vero suffixa 1 Sing., 2 et 3 m. et f. Plur., ad nomen singularis numeri accedentia saepe aliam vocalium positionem postulent, ac cetera suffixa; in Sing. duplex nominum, suffixis auctorum, exhibetur forma, in Plur. vero, ubi tale discrimen non reperitur, una videbatur satisfacere. Ad paradigma nominum masculinorum etiam ea feminina et communia formantur, quae feminina carent terminatione; at in Plur. tanquam fem. et communia flectuntur. Cum vero non sufficiant tabulae declinationum, earum expositionem fusiorem §. 95. invenies. *Motione* vero nominis (§. 96.) illustrata eadem ratione femininorum declinationem et tabula et annotationibus necessariis (§. 97.) adumbrabimus.

§. 95.

Nominum masculinorum declinatio.

Quamquam quae p. 261. in paradigmate exhibentur, non ex arbitrio, sed secundum certam eamque fixam legem disposita esse, quisque primo obtutu videbit, tamen illam legem distincte proponamus et illustremus necesse est. Qua in re perspicuitatis gratia singulas paradigmatis partes, latinis numeris distinctas, seorsim percensere volumus. Hoc enim modo, ad quamnam normam quodvis nomen sit flectendum, facilius et melius potest definiri. Si vero alicubi quaedam remanet ambiguitas aut exemplum a norma abhorrens, id noli cuidam regularum incertitudini tribuere, sed exceptionibus adnumeres, a quibus nulla fere libera esse solet regula.

I. Hoc paradigmate complectimur ea nomina m., quae nullam admittunt vocalium mutationem. Hanc autem nominis indolem, cum vocales Syrorum, praeter *Pethocho* et *Sekofo*, ancipites sint, saepe difficillimum est indagare (§. 13, 1. 2.). Quamquam enim vocalis homogenea quiescibili excipitur, tamen apud Syros pura esse potest (§. 35, 1.); Sekofo autem ab omni mutatione abhorrere solet. Itaque ad hanc normam referas e. c. etiam ܚܨܐ *portio*, ܣܦܪ *liber*, ܥܡܝܪ *incola*. Mutationes, quae ultimam praecipue syllabam afficiunt, penultimam non facile attingunt, si vocali aut diphthongo finitur; in ultima vero praeter *o*, saepe etiam *u* impura putatur vocalis, ut ;ܥܡܝܪ *incola*. Ut vero possis quodam fundamento niti in nominibus, quibus nulla vocalium accidit mutatio, nominum formas huc pertinentes secundum numerum §. 87 adhibitum commemorabo. Scilicet no. 2. 3. 4. 7. 10. 11. 12. 13. 15. 16. 18. 21. 22. 24. 26 omnino huic normae addicta sunt, neque inter reliquas formas desunt, quae eam sequantur. Exempla, cum §. 87. sat satis-

que obvia sint, hoc in loco praetermitti posse putavi. E vocibus monosyllabis Hebraicorum segolatorum similibus plures ad parad. I. facile posses referre, ut ܥܝܢ *oculus*, ܝܘܡ *dies*, ܒܝܬ *domus*, quod iam Hebraicae linguae analogia damnatur. Praecipue multa nomina syllaba ܐ in fine aucta huc pertinent [1]). Non immerito inter huius parad. nomina possent numerari ea, quae statu absol. carent, ut ܐܝܠ *cervus*, ܐܘܪܐ *praesepe*, ܐܪܝ *leo*, ܓܘܪ *catulus*, ܪܘܚ *flatus*, ܚܙܘ *visio*, ܚܝܐ *serpens*, ܚܒܪ *socius*, ܡܘܬ *mors*, ܟܪܝܗ *hyems*, ܡܥܝ *uterculus*, ܛܘ *collum*, ܫܘ *conversatio*, ܩܘܡ *statio*, ܩܝܛ *aestas*, ܪܘܡ *excelsitas*, ܚܡܐ *aestus*, ܬܘ *taurus*; nam quae eorum statui emph. forma data est, ea in reliquis declinationis partibus immutata manet.

II. Hanc normam sequuntur et monosyllaba vocali pura utentia et ea plurium syllabarum nomina, quorum ultima vocalis sola mutationem admittit. Exhibuimus primum monosyllaba aut vocali *a* aut *e* pronunciata, exempla vero hac vocali expressa crebriora sunt, ut ܕܡ *sanguis*, ܐܝ *modus*, ܚܡ *socer* [2]); deinde nomina duarum syllabarum, eaque duplicis formae, aut *a* aut *e* purae, in fine motae e. c. ܐܲܓܪ *agnus*, ܐܲܣܛܘܠܐ *stola*, ܐܲܘܪܚܐ *via*, ܐܲܬܪܐ *altare*, ܐܲܬܪܐ *habitatio*, ܐܲܬܪܐ *exitus*, ܒܲܪܝܟ *benedictus*, ܐܲܬܪܐ *excommunicatus*, ܐܲܚܪܝ *diversus*, ܟܲܗܢܐ *sacerdos*, ܐܲܡܪ *discens*, ܪܲܚܡ *amator*. Itaque e derivatis verborum huc inprimis pertinent no. 5. 8. 9. et Partt. *Paël*, *Ethpaal*, *Afel*, *Ethtafal*, *Schafel* et *Eschtafal*. Quae in paradigmate proposita sunt ܒܪ *filius* et ܫܡ *nomen*; singularitatis aliquid habent; namque hoc in Plur. fine ܐ assumit (§. 91. Annot. 6.), illud autem defectivorum more Plur. ܐܢܫ ab alia radice mutuat [3]).

III. Hoc typo illustrantur ea, quae in cognatis linguis geminatione ultimae litterae gaudent; apud Syros littera ultima in Plur. quidem bis scribitur, sed propter occultationem necessariam (§. 27, 3), simpliciter pronunciatur. Praeter primitiva nonnulla, ut ܥܡ *populus*, derivata quoque verborum ״ל, praecipue no. 1. ita flectuntur. In pluribus vero eorum 3 radic. geminatio in Plur. omittitur, ut in ܚܒܐ *passio*.

IV. Haec est norma nominum a verbis 3 quiesc. derivatorum et primitivorum iis

---

1) Nonnulla quidem vocalis mutationem fugiunt, sed litteram quiescibilem, qua in stat. absol. utuntur, in stat. emph. amittunt, ut ܚܲܝܠ, ܚܲܝܠܐ *iustus*, ܐܲܚܪܢ, ܐܲܚܪܢܝܐ *alius*.

2) Quaedam huius formae vocalem in stat. emph. non amittunt, ut ܟܲܕ, ܟܲܕܐ *cor*, ܒܲܥ, ܒܲܥܐ *dens*.

3) Plura monosyllaba ad hoc parad. pertinentia, stat. emph. Plur. non ܝ, sed ܝܢ formant, ut ܒܢܝ *filii*, ܟܣܦ *pecunia*, ܐܢܝ *modi*, ܬܕ *uber*, ܥܕܝ, ܬܕܝ. *Buxtorfius* quidem (Gramm. Chald. et Syriac. p. 27.) ܒܢܝܢ quoque format, sed falso. Nam haec forma neque Rom. 9, 26, ad quem locum provocat, neque in aliis vocibus invenitur; si vero ib. v. 24 ܒܢܝ et Eph. 2, 11 ܐܲܒܢܝ legit, hoc contra omnem fecit auctoritatem.

similium; *duplicis* sunt generis, aut in ـّ aut in ـْ desinentia. Vocalis prioris syllabae manet; ultima rad., in forma absoluta quiescens, moveatur necesse est, qua re ـْ praeterea in ـِ mobile transit, sed in Sing. cum suff. 1 Sing., 2 et 3 Plur. coniungenda ـِ denuo quietem consequitur, vocali *i* ei praemissa, ut ܛܠܝܐ *puer meus*[4]) ܛܠܝܝ, ܛܠܝܝܟ ܛܠܝܝܟܝ et ܛܠܝܝܟܘ. In cuius rei caussa est talium formarum, ut ܛܠܝܝܟ pronunciatio difficillima, quae vocali assumenda tolli debet (§. 37, 2.). Duplex exemplum nominis in ـْ desinentis exhibemus; unum vocali *a*, alterum vocali *u* insigne. Quod vero ܒܪܢܫܐ Plur. fem. sibi arripuit, id praeter regulam fieri notum est (§. 91, 1.); nam Plur. horum nominum in stat. abs. ـے in constr. ـے, et in emph. ـّا fingitur, unde ܡܝܐ *aqua*, ܫܡܝܐ *coelum* ad hoc parad. referri potest. Huc pertinent omnia Partt. verbb. ″ܐ, praeter Part. pass. Peal et Ethpeel; exempla igitur in derivatis verbb. ″ܐ plura invenies, praecipue no. 8. 9 et 25. Ex primitivis et denominativis quoque huc referenda sunt, e. c. ܡܪܐ *dominus*, ܩܛܘܠܐ *cucumerarium*.

Quae nunc sequuntur formae typorum vice propositae, *segolatis* Hebraeorum respondent, eamque ob caussam in flexione quoque iis propius accedunt. Haec nomina, si pauca a verbis ″ܐ aut ″ܟ oriunda exceperis, in stat. absol. et constr. primam litteram vacuam habent, sed terminationibus aut suffixis in fine accedentibus vocalem a secunda ad primam consonam remittunt. Quo facto quae forte in forma absoluta acciderat vocalis permutatio, non amplius observatur, sed vocalis ea redit, quae ab initio vocabulo fuerat.

Typi 1. 2 et 3. illustrant ea nomina Syriaca, quae tribus segolatorum Hebraicorum classibus conspirant, et nonnisi vocalibus *a*, *e* et *u* discrepant; quae vero no. 4. leguntur, nomina similis formae sed a verbis ″ܟ et ″ܥ derivata et primitiva earum normam sequentia illustrant; et no. 5. denique derivata verborum ″ܟ et ″ܐ eorumque similia continet. Singula nunc percenseamus.

In no. 1. invenies sub *a*. nomina vocali *a* pronunciata, ut ܓܒܪ *vir*, ܙܩܢ *barba*, ܣܓܐ *campus*, ܦܓܪ *corpus*, ܒܨܨ *pulvis*, ܨܦܪ *mane*, ܛܠܝ *puer*, ܫܦܠ *vilis*, ܫܦܪ *aurora*; deinde sub *b*. ea, quae quamquam in stat. abs. et constr. vocali *e* utuntur, tamen in flexione vocalem *a* recipiunt, e. c. ܒܥܠ *maritus*, ܥܨܐ *os* (*ossis*), ܚܪܡܐ *anathema*, ܛܥܡ *gustus*, ܟܦܢ *fames*, ܟܪܡ *vinea*, ܟܪܣ *venter*, ܢܦܫ *anima*, ܥܒܕ *servus*, ܡܥܝ *viscus* (*visceris*),

4) Vocabulum ܒܪܢܫܐ cum suff. 1 Sing. praeter regulam ܒܪܢܫ formatur, ut Act. 7, 49. At monet *Amira* (Gramm. Chald. p. 193.) Part. pass. Paël, Afel et Schafel verbb. ″ܐ et quae iis similia, (nomina a ܐ incipientia non satis accurate ab eo appellantur), aut solitum morem sequi in paradigmate nostro propositum, aut cum suff. 1 Sing. formari, ut ܟܝܦܢܝ *paralyticus meus*, ܫܬܝܝ *potus meus*, ܫܠܡܝ *perfectus meus*. (§. 43. 1. Annot.) Idem ait *Barhebr.* (Gr. met. p. 52.)

ﻋﺸﺎ *vespera*, ﺷﻠﻢ *perfectus*. Inter haec plura priori quoque consonae in stat. abs. et constr. vocalem brevem tribuunt, quippe quae a verbis ״עה et ״פה oriuntur (§. 31, 2.), ut ﺩﺸﺎ *gramen*, ﺩﺸﺎ *multitudo*, ﺩﺸﻠﺎ *stagnum*, ﺩﺸﻮ *olus*, ﺩﺸﻠﻮ *orbatus*; in flexione, cum vocalis ı litterae apponitur, cum caeteris omnino consentiunt. Si vero ultima e gutturalibus fuerit, pro *e* vocali *a* efferuntur, ut ﺩﺸﻴﻊ *cumulus lapidum*, ﺩﺸﻬﺮ *mensis*, ﺩﺸﻠﻊ *chorda*. Typ. 2., qui nomina vocali *e* utentia complectitur, duobus absolvitur exemplis; prius constituitur vulgari forma, ut ﺩﺸﻮﻩ *vanitas*, ﺩﺸﻮﺭ *reversio*, ﺩﺸﺎ *stercus*, ﺩﺸﻠﻢ *somnium*, ﺩﺸﻨﻒ *ala*, ﺩﺸﻨﻒ *argentum*, ﺩﺸﻜﺎ *scandalum*, ﺩﺸﻠﻊ *pars*, ﺩﺸﻮﻢ *cinis*, posterius vero continet normam eorum, quae in stat. abs. et constr. vocalem *a* habent, ubi vero flectuntur, ad primam consonam vocalem *e* appingunt. Id quod praecipue iis accidit, quibus ultima consona gutturalis aut ; est; nam propter hanc litteram forma absoluta, itaque etiam constructa, vocalem *e* cum *a* commutare solet (§. 30, 1. 2.). Exempla haecce sunt: ﺩﺸﺴ *caro*, ﺩﺸﻨﻒ *mel*, ﺩﺸﻮ *decus*, ﺩﺸﺴ *fovea*, ﺩﺸﺎ *fons*, ﺩﺸﻮﻊ *latus*, ﺩﺸﺎ *occursus*, ﺩﺸﺎ *digitus*. Nominum vero huius classis vocalem *u* usurpantium, quorum formam typ. 3. exponit, non invenitur varia forma. Vocalis *u*, qua pronunciantur, pariter atque *a* et *e* in typis 1. ac 2. transpositionem subire debet. Ita flectuntur ﺩﺸﻠﻮ *corpus*, ﺩﺸﻮﺭ *lux*, ﺩﺸﺎ *ira*, ﺩﺸﻨﻮ *longinquitas*, ﺩﺸﻮ *signum*, ﺩﺸﻠﻮ *laus* [5]).

Quae *quartum* locum tenent, hoc habent singularitatis, ut in stat. abs. et constr. vocalem *i* aut *u primae* litterae adscriptam volunt, eamque in ﺍ aut ﻭ quiescentem. Quando vero stat. emph., Plur. fingunt, aut suffixa accedunt, utraque vocalis in *a* transit, qua nova vocali cum secunda littera ﺍ aut ﻭ diphthongus efficitur. Exempla sunt ﺩﺸﺎ *virtus*, ﺩﺸﻮ *lignum*, ﺩﺸﻮ *terminus*.

Quintum denique locum occupantia et a verbis 3. quiescentis originem petentia plerumque eam formam habent, quam sub b. exhibuimus. Haec autem a reliquis in eo differunt, quod vocalis in Plur. stat. absol. et emph. suo in loco manet, in stat. vero constr. Plur., in stat. emph. Sing. ac cum suffixis in utroque numero *e* abiicitur, primaque littera vocali *a* pronunciatur, et ultima littera ﻩ in stat. emph. Sing., constr. et emph. Plur. et suffixis accedentibus cum ﺍ mobili commutatur. Forma vero singularis cum suff. 2 et 3 Plur. ﺍ illud in *i* quiescens reddit; sicubi enim duarum consonarum vacuarum altera e quiescibilibus fuerit, vocalis assumitur ea, in qua illa quiescere potest (§. 37, 2.) [6]). Neque tamen omnia vocabula huius generis huic suffigendi rationi in Plur.

---

5) *Amira* (Gramm. Chald. p. 153) falso hanc formam ﺩﺸﻠﻮ scripsit.

6) De suff. 1 Sing. cum nominibus huius formae post *Lud. de Dieu* (Grammat. harm. p. 155.) statuerunt, ﺍ radicale *i* pronunciari, ﺍ suff. autem otiari, ut ﺩﺸﻜﺎ (§. 43, 1. Annot.), ad quam rem probandam posses provocare ad exempla in

adstricta sunt; possunt enim ad stat. emph. eius numeri, ʾ relegato, suffixa adiungere, quo facto ܡܰܠܟܳܐ fieret ܡܰܠܟ, ܡܰܠܟܰܪ, ܡܰܠܟܰܟ, cet., omnino ad vulgarem suffixorum adiiciendorum normam [7]). Hanc posteriorem formam solam amplectuntur ܙܒܢܳܐ *pretium*, ܡܰܝܳܐ *aqua*, ܫܡܰܝܳܐ *coelum*, qua in re conspirant cum nominibus ܒܪܳܐ *filii*, ܓܕܝܳܐ *hoedi*, ܐܢܬܳܐ *modi*, ܬܕܝܳܐ *ubera* ad aliam declinationis normam numerandis, alia vero utramque suffigendi rationem admittunt. Exempla plurima inter derivata verborum ʾʾ quaeras, ut ܓܠܝܳܐ *revelatus*, ܒܨܝܳܐ *dulcis*, ܛܠܝܳܐ *puer*, ܣܢܳܐ *rubus*, ܩܫܳܐ *durus*, ܣܒܝܳܐ *ebrius*, ܢܦܠܳܐ *prostratus* [8]). Nominum sub *a.* propositorum numerus parvus, eorumque flexio nihil habet difficultatis. Nam ـܳ in stat. absol. et constr. Sing. otians terminationibus aut suffixis accedentibus movetur, sed cum suffixis 1 Sing., 2 et 3 Plur. m. et f. quietis regulis obtemperasse videtur, itaque ܡܰܠܟܳܟ cet. pronunciandum erit. Quae huc pertinent, ut ܓܠܝܳܐ *manifestatio*, ܝܠܠܳܐ *ululatus*, ܒܟܝܳܐ *fletus*, ܗܓܝܳܐ *cogitatio*, a verbis 3 quiesc. originem trahunt. Interdum voces ad *b.* pertinentes ad hanc formam propius accedunt, pro *a* vocalem *e* in 1 consona postulantes, ut ܓܠܝܢ *manifestus*, ܟܣܝܢ *tectus* Matth. 6, 4. Possunt ܒܨܝܢ et ܡܒܨܝܢ ad stat. abs. ܒܨܐ et ܡܒܨܐ referri (cll. 1 Sam. 25, 11. Ps. 114, 16. 148, 4.) aut, quod minus placet, cum *J. D. Michaeli* [9]) ad formas ܟܬܒ, ܟܬܒ [10]). Inveniuntur plura, quae typos vocum

---

N. T. versione obvia, ut ܡܰܠܟܳܐ Matth. 8, 6. 8. (ed. princ.). Nihilominus tota illa punctandi ratio mihi certe *dubia*, ne dicam *falsa* videtur; nam *Barhebraei* hac de re praecepta (Gramm. metr. p. 51 et 52):

ܒܡܠܝ ܕܒܣܘܡ ܐܘ ܠܐ ܡܠܐ
ܒܝ ܟܕܡܬܟܪ ܒܐܦܨ
ܐܘܣܦ ܟܕ ܐܘ ܐܒܝ
ܒܝ ܠܡܕ ܕܒܣܘܠ

i. e. *nomini in* ـܐ *desinenti* (in stat. emph.), *ac cum suffixo* 1 *pers. Sing. coniungendo alterum* ـܝ *adscribas idque vocali i pronunties*, commendant punctationem ܡܰܠܟܳܐ, ܒܨܳܐ, ܒܨܰܐ. Eiusdem sententiae fautores habemus *Isaacum Sciadr.* (Gramm. Syr. p. ـ) qui expressis verbis ait:

ܐܠܦܐ ܕܡܣܝ ܐܘ ܠܐ ܡܠܐ *et pronunciantur* (nomina huius formae cum suff. 1 Sing. coniuncta) *vocali i in altero* (*Jud*), atque *Abr. Ecchell.* (Brev. instit. p.) ita disserentem: ܟܕ ܡܣܝ ܐܘ ܠܐ ܡܠܐ ܒܝ ܕܒܣܘܡ ܐܘ ܠܐ ܡܠܐ (haec nomina) *abiiciunt Olaf et affigunt Jud cum vocali i.* Neque obstat *Amira* (Gramm. Chald. p. 192—193.) dicens, *haec nomina recipere aliud* ـ, *apud propinquiores Orientales cum vocali* , *apud remotiores vero non item.*

7) ܛܠܝܳܐ *puer* quidem Plur. praeter regulam ܛܠܝܳܐ format, sed cum suffixis hanc normam sequitur, dicunt enim ܛܠܝܟ *pueri mei.*

8) Tria pro ـܳ in Plur. faciunt ـ, scilicet ܒܨܢ *pectus*, ܛܠܝ *puer* et ܦܬ *fragmentum.*

9) Gramm. Syr. p. 171.

10) Ad hoc parad. e sententia *J. D. Michaelis* (Gramm. Syr. p. 173) pertinent etiam ܒܟܪܳܐ *iuvenis*, cuius stat. abs. ܒܟܪ esse statuit, ܒܨܝܠܳܐ *hinnulus* et ܦܪܕܝܣ *paradisus.*

segolatis Hebraicis conspirantium sequi videntur, tamen ad parad. I. flecti debent. Id quod evenit hisce: ܦܓܪ *cadaver* (Act. 9, 40. Apoc. 11, 8.) ܙܥܘܪ *parvus*, ܡܓܘܫ *magus*, ܓܗܢܡ *infernus*, ܬܚܘܡ *terminus*.

ANNOTATIONES.

1. A pluribus grammaticis Part. Ethpeel peculiaris tribuitur typus; sed ille, quantum ego video, superfluus est, cum ܐܬܦܥܠ praeter syllabam ܐܬ immutabilem nonnisi formam ܦܥܠ complectatur, quae in omnibus omnino declinationis partibus cum ܦܥܝܠ consentit, ita ut stat. emph. ܐܬܦܥܠܐ fingatur. In hoc vero verborum ''ל Part. flectendo ad formam ܦܥܐ respiciendum est.

2. Nomina a verbis ''ע derivata aut eorum normae conspirantia in eo a vulgaribus declinationis regulis recedunt, quod litterae ܥ vocalem ad praecedentem litteram, sicubi vacua est, remitti velint (§. 33, 2.). Quo fit, ut in formis segolatorum Hebraicorum similibus ad no. 5. *b.* flectendis Sing. et Plur. in stat. emph. sibi conspirent, e. c. ܥܝܦܐ *defessus*, ܥܝܦ pro ܥܝܦ, ܫܦܝ, ܫܦܝܐ *decorus*, ܫܦܝ, ܫܦܝܐ *decens*, ܫܦܝ, ܫܦܝܐ [11]). Suffixis accedentibus eadem regula observanda est. Inveniuntur etiam nomina ''ע, quorum ܥ non quiescit, sed gutturale est; nihilominus in declinatione vocalem suam ad praecedentem litteram vocali destitutam remittit, ut ܛܥܢ *immundus*, in stat. emph. ܛܥܢܐ, Plur. ܛܥܢܝ, ܛܥܢܬ, ܛܥܢܐ. Sic ܣܥ *gramen*, ܣܥܝ vel per metathesin ܣܝܥ Jes. 27, 10. [12]), ܬܡܢ vero *octoginta* Plur. ܬܡܢܝ format.

3. Nonnullae, quae deprehenduntur, singularitates in aliquot nominum m. cum suff. coniunctione, hoc loco commemorandae sunt; quae vero omnino ab omni regula recedunt, §. 98. afferuntur. Cum enim non *significatione*, sed *terminatione* nominis, utrum suffixa pluralia adiicienda sint, nec ne, definiatur, ܥܢܐ *oves*, ܣܘܣܝ *equi*, ܪܡܫܐ *reptile* et similia suffixa singularia recipiunt, praeter ܐܢܫ, quod modum Plur. sequitur, velut ܐܢܫ, ܐܢܫܬ. Vox ܡܕܝܢܬ, a Sing. ܡܕܝܢ *urbs* et *rus*, et singularia et pluralia admittit suffixa, ut ܡܕܝܢܬ et ܡܕܝܢ, ܡܕܝܢܟ et ܡܕܝܢܟ, reliqua [13]). — Nomina quae in stat. absol. ـܐ non quiescente, in stat. emph. syllaba ܐ desinunt, peculiari typo non egent regulariter formanda, velut ܡܫܬܐ *promissio*, ܡܫܬ, ܡܫܬܟ et in Plur. ܡܫܬ, ܡܫܬܟ cet.; item ܒܪܝ *creator*, ܒܪܝ, fortasse tamen in hoc et aliis exemplis huius formae suff., praecipue 1 Sing., melius particula ܕ indicatur, ut ܒܪܝ ܕܝ *creator meus* [14]). Eiusdem

---

11) Singularem formam habet ܐܝܟ *conformis*, vox ''כ, in Plur. stat. emph., nempe ܐܝܟܐ.

12) Eius stat. absol. *Ch. B. Michaelis* ܣܥ fingit (Syriasm. p. 86); fortasse melius cum eius filio (Gramm. Syr. p. 168) eum ܣܥ sonuisse statueris.

13) *Amir.* gramm. Chald. p. 212 — 215.

14) Amir. l. l. 207.

normae sunt nomina pro ـ in fine littera ا utentia; itaque ܩܘܠܐ *consolatio* cum suffixis ـܗ, ـܟ, ـܟܝ, ـܢ cet., in Plur. vero ـܝ, ـܟ[15]). In quibus vero nominibus ا in fine positum non vicem litterae ـ gerit, ut ܒܥܠ *inimicus*, ܣܓܝ *multitudo*, ea cum suff. 1 Sing., 2 et 3 Pl. m. et f. coniuncta ا occultant, reliquis vero suff. aucta vocalem eius ad praecedentem vacuam remittunt; ergo, ـܗ, ـܟ, at ـܐ, ـܐ, ـܝ cet.; in Plur. quovis suffixo accedente vocalis litterae ا ad praecedentem regreditur, velut ـܐ, ـܝ, ـܢ[16]).

§. 96.

Motio nominis.

Motionem sive rationem, qua ex nominibus m. feminina fiant, duplici modo potes definire, aut stat. abs. nominis aut emph. pro fundamento sumens. Etenim abs. stat. feminorum oritur ex stat. absol. m. syllaba ـܐ in fine adiecta, ut ܫܦܝܪ *pulcher*, ܫܦܝܪܐ *pulcra*. Item nomina ـܐ quiescentis aut ـܘ diphthongescentis, pariter ac masculina in stat. emph., hanc ultimam litteram mobilem reddunt et ا quoque cum ـ commutant, velut ـܐ, ـܐ. Qua in re absolvenda cum eaedem vocalium mutationes, quae in stat. emph. m. efformando obveniunt (§. 92, 1. 95.), locum habeant, de iis dicere non attinet. Si vero emph. stat. feminini, quod non solum ab adiectivis et Particc., sed etiam substantivis, ut ܝܡ *mare* et ܒܪܟܬܐ *lacus*, fingitur, syllaba ـܐ stat. emph. m. commutanda est cum ـܬ, quo tamen facto vocales multas variasque subeunt mutationes, §. 97 accuratius illustrandas.

Annot. Aliqua nomina ita motionem instituunt, ut in fine ante terminationem femininam ـ inserant, ut ܙܥܘܪ *parvus*, fem. ܙܥܘܪܬܐ (Matth. 13, 32.), ܡܫܬܥܒܕ *obediens*, fem. ܡܫܬܥܒܕܬܐ (Jac. 3, 17.), quamquam in stat. emph. m. ܙܥܘܪܐ et ܡܫܬܥܒܕܢܐ sonant. Derivata vero syllaba ـ, ـܢ ficta semper in stat. emph. fem. Sing. ante terminationem ـ inserunt, ut ܡܫܠܝܛܢܝܬܐ *potens* (Hebr. 5, 7.), ܡܚܝܢܝܬܐ *vivificans* (1 Cor. 15, 45), alia, a masculinis ـ, ـ[1]). Differunt itaque ab iis, quae terminatione ـܐ utuntur; namque horum

---

15) *Amir.* l. l. 207—209; grammatici non pauci nomina huius generis aliis insigniunt vocalium signis, id quod iam *Amira* reprehendit.

16) *Amir.* l. l. 209—211. — ـ *multus*, sicubi incremento finali augetur, ا post ـ adsumit, ut ـ, ـ, ـ, ـ. — In nonnullis nominibus duplex pronuntiationis exemplum reperitur; quod minus de ـ *fons* dictum volo, quae vox in stat. emph. ـ pro ـ falso effertur (*Schafii* lexic. Syr. concord. p. 418 et *Lud. de Dieu* ad Apoc. 7, 17.), quam de ـ *sermo* et ـ *tectum*. Etenim *Amira* duce (l. l. p. 180) haec nomina cum suff. 1 Sing., 2 et 3 Plur. m. et f., apud Syros occidentales ܘ occultato, apud orientales vero secundae litterae ـ et ـ vocalem ـ tribuunt.

1) *Amir.* l. l. p. 106—107. 113. *J. D. Michaelis* (Gramm. Syr. p. 153) haec a masc. in ـ otians de-

stat. emph. Sing. f. omnino regulam sequitur; velut ܕܝܟܝܢܐ *proprius*, fem. ܕܝܟܝܢܬܐ, ܛܒܝܥܝܐ *naturalis*, fem. ܛܒܝܥܝܬܐ [2]). Etiam in Plur stat. emph. utriusque formae discrimen adest; nam ـܐ fit ـܝܬܐ, e. c. ܪܘܚܢܝܐ *spiritualis*, Pl. ܪܘܚܢܝܬܐ, sed ـܬܐ fit ـܝܬܐ velut ܕܝܟܝܢܬܐ, Plur. ܕܝܟܝܢܝܬܐ [3]).

	I.	II. a.	II. b.	III. a.		III. b.	IV. a.	IV. b.	IV. c.	V.
Sing. absol.	ܒܬܘܠܬܐ (*virgo*)	ܐܪܡܠܬܐ (*vidua*)	ܪܟܒܬܐ (*currus*)	ܚܒܝܪܬܐ (*socia*)	ܝܕܥܬܐ (*scientia*)	ܬܠܝܬܐ (*iuvenca*)	ܫܘܬܦܐ (*convicium*)	ܛܠܝܬܐ (*puella*)	ܒܥܝܪܬܐ (*bestia*)	ܟܠܬܐ (*sponsa*)
— constr.	ܒܬܘܠܬ	ܐܪܡܠܬ	ܪܟܒܬ	ܚܒܝܪܬ	ܝܕܥܬ	ܬܠܝܬ	ܫܘܬܦ	ܛܠܝܬ	ܒܥܝܪܬ	ܟܠܬ
— emphat.	ܒܬܘܠܬܐ	ܐܪܡܠܬܐ	ܪܟܒܬܐ	ܚܒܝܪܬܐ	ܝܕܥܬܐ	ܬܠܝܬܐ	ܫܘܬܦܐ	ܛܠܝܬܐ	ܒܥܝܪܬܐ	ܟܠܬܐ
— cum suff.	ܒܬܘܠܬܗ	ܐܪܡܠܬܗ	ܪܟܒܬܗ	ܚܒܝܪܬܗ	ܝܕܥܬܗ	ܬܠܝܬܗ	ܫܘܬܦܗ	ܛܠܝܬܗ	ܒܥܝܪܬܗ	ܟܠܬܗ
— — —	ܒܬܘܠܬܟ	ܐܪܡܠܬܟ	ܪܟܒܬܟ	ܚܒܝܪܬܟ	ܝܕܥܬܟ	ܬܠܝܬܟ	ܫܘܬܦܟ	ܛܠܝܬܟ	ܒܥܝܪܬܟ	ܟܠܬܟ
Plur. absol.	ܒܬܘܠܬ	ܐܪܡܠܬ	ܪܟܒܬ	ܚܒܝܪܬ	ܝܕܥܬ	ܬܠܝܬ	ܫܘܬܦ	ܛܠܝܬ	ܒܥܝܪܬ	ܟܠܬ
— constr.	ܒܬܘܠܬ	ܐܪܡܠܬ	ܪܟܒܬ	ܚܒܝܪܬ	ܝܕܥܬ	ܬܠܝܬ	ܫܘܬܦ	ܛܠܝܬ	ܒܥܝܪܬ	ܟܠܬ
— emph.	ܒܬܘܠܬܐ	ܐܪܡܠܬܐ	ܪܟܒܬܐ	ܚܒܝܪܬܐ	ܝܕܥܬܐ	ܬܠܝܬܐ	ܫܘܬܦܐ	ܛܠܝܬܐ	ܒܥܝܪܬܐ	ܟܠܬܐ
— cum suff.	ܒܬܘܠܬܗ	ܐܪܡܠܬܗ	ܪܟܒܬܗ	ܚܒܝܪܬܗ	ܝܕܥܬܗ	ܬܠܝܬܗ	ܫܘܬܦܗ	ܛܠܝܬܗ	ܒܥܝܪܬܗ	ܟܠܬܗ

	VI. a.	VI. b.	VI. c.	VI. d.	VI. e.	VI. f.	VII. a.	VII. b.	VIII.
Sing. absol.	ܪܒܘܬܐ (*myrias*)	ܡܠܚܡܬܐ (*dissensio*)	ܫܘܠܛܢܐ (*dominium*)	ܣܗܕܘܬܐ (*testimonium*)	ܡܬܠܐ (*plaga*)	ܕܡܘܬܐ (*similitudo*)	ܨܠܘܬܐ (*precatio*)	ܟܐܦܐ (*trabs*)	ܒܪܝܬܐ (*res creata*)	ܩܝܡܬܐ (*portio*)
— constr.	ܪܒܘܬ	ܡܠܚܡܬ	ܫܘܠܛܢ	ܣܗܕܘܬ	ܡܬܠ	ܕܡܘܬ	ܨܠܘܬ	ܟܐܦ	ܒܪܝܬ	ܩܝܡܬ
— emphat.	ܪܒܘܬܐ	ܡܠܚܡܬܐ	ܫܘܠܛܢܐ	ܣܗܕܘܬܐ	ܡܬܠܐ	ܕܡܘܬܐ	ܨܠܘܬܐ	ܟܐܦܐ	ܒܪܝܬܐ	ܩܝܡܬܐ
— cum suff.	ܪܒܘܬܗ	ܡܠܚܡܬܗ	ܫܘܠܛܢܗ	ܣܗܕܘܬܗ	ܡܬܠܗ	ܕܡܘܬܗ	ܨܠܘܬܗ	ܟܐܦܗ	ܒܪܝܬܗ	ܩܝܡܬܗ
— — —	ܪܒܘܬܟ	ܡܠܚܡܬܟ	ܫܘܠܛܢܟ	ܣܗܕܘܬܟ	ܡܬܠܟ	ܕܡܘܬܟ	ܨܠܘܬܟ	ܟܐܦܟ	ܒܪܝܬܟ	ܩܝܡܬܟ
Plur. absol.	ܪܒܘܬ	ܡܠܚܡ	ܫܘܠܛܢ	ܣܗܕܘ	ܡܬܠ	ܕܡܘ	ܨܠܘ	ܟܐܦ	ܒܪܝ	ܩܝܡ
— constr.	ܪܒܘܬ	ܡܠܚܡ	ܫܘܠܛܢ	ܣܗܕܘ	ܡܬܠ	ܕܡܘ	ܨܠܘ	ܟܐܦ	ܒܪܝ	ܩܝܡ
— emph.	ܪܒܘܬܐ	ܡܠܚܡܐ	ܫܘܠܛܢܐ	ܣܗܕܘܬܐ	ܡܬܠܐ	ܕܡܘܬܐ	ܨܠܘܬܐ	ܟܐܦܐ	ܒܪܝܬܐ	ܩܝܡܬܐ
— cum suff.	ܪܒܘܬܗ	ܡܠܚܡܗ	ܫܘܠܛܢܗ	ܣܗܕܘܬܗ	ܡܬܠܗ	ܕܡܘܬܗ	ܨܠܘܬܗ	ܟܐܦܗ	ܒܪܝܬܗ	ܩܝܡܬܗ

---

sinentibus, ut ܐܬܬ, ܡܫܝܚܐ, etc. concipienda esse suspicatus est; sed certe ad nomina in ـ desinentia hoc non pertinere docet constans eorum ac fixa regula.

2) ܒܪܟܬܐ *felix* de *Maria virgina*, *aliisque sanctis*, ܒܪܝܟܬܐ vero eodem significatu de *trinitate* a Syris usurpatur secundum *Amir.* l. l. p. 107.

3) A nonnullis nominibus vario modo feminina promanant, ut a ܐܚܪܢܝܐ *alius* ܐܚܪܝܬܐ, a ܒܪ *filius* ܒܪܬܐ, ab ܐܚܐ *frater* ܐܚܬܐ, ab ܐܢܫܐ *homo* ܐܢܬܬܐ *mulier*, et a ܣܓܝ *multus* ܣܓܝܐ.

§. 97.

Declinatio nominum femininorum.

In tabulis praecedentibus praeter varios nominum fem. in utroque numero status illustravi etiam eorum cum pronn. suffixis coniunctionem huiusque in Sing. duplicem exhibui formam, propterea quod suffixa 1 Sing., 2 et 3 Plur. m. et f. a reliquis in nominibus f. terminationis ـَـ aliquantum recedunt. Quae res in Plur., ubi locum non habet, una indicatur forma. Quo vero fundamento nitatur tota nostra nominum fem. distributio, fusius explicandum erit. Ac primum quidem tabb. I—V feminina in ـَـ desinentia, ac tab. VI—VIII in ـ, ـْ aut ـَ terminantia contineri, extemplo animadverteris; varias vero classes, quas plures tabulae complectuntur, singulatim enarrabo.

I. Hanc formam sequuntur ea feminina in ـَـ desinentia, quae nullam vocalium abiectionem, mutationem aut transpositionem admittunt, in universum igitur feminina masculinorum §. 95, I. laudatorum. Exempla sunt: ܫܚܐ *malum*, ܒܝܥܐ *ovum*, ܫܪܝܪܐ *rectum* [1]), ܡܣܬܐ *posita*, ܣܟܠܐ *absurda*, ܡܕܥܐ *conscientia* [2]); item ܡܘܠܐ *circumcisio*, ܠܒܢܬܐ *thus* [3]), ܥܩܬܐ *angustia*, ܫܥܬܐ *hora*, emph. ܛܪܦܐ *direptio*, ܦܣܩܐ *sors*, ܙܝܢܐ *ornamentum*, ܥܝܢܐ *cura*, ܩܫܬܐ *arcus*, ܨܒܝܢܐ *desiderium*, ܫܢܬܐ *somnus*, ܐܡܬܐ *ancilla*, ܣܘܦܐ *finis*.

II. Haec est norma eorum, quae propter concursum duarum consonarum vocali destitutarum ad pronunciationem sublevandam (§. 37, 1.) in ultima syllaba vocalem, inprimis *a*, assumunt, priorem autem syllabam immotam retinent. Praecipue feminina a masc. §. 94. II. c. d. expositis derivata ita flectuntur. Utrumque exemplum propositum *a*. et *b*., vocali assumta, *a* et *e* differt; ad hoc pertinent inprimis participialia, quae in stat. absol. m. ultimam syllabam vocali *e* efferri volunt, itaque ܝܠܕܬܐ *genitrix*, ܩܛܠܬܐ *ardens*, ܪܚܡܬܐ *amans*, et nonnulla alia, ut ܟܣܝܬܐ *pudor*, ܦܓܥܬܐ *intercessio*. Plurima vero, e quorum numero participialia quoque verbb. ʒ gutt. sunt, ut ܦܪܥܬܐ *retribuens*, vocalem *a* assumunt, ut ܐܓܪܬܐ *epistola*, ܒܥܪܬܐ *donum*, ܒܥܝܬܐ *cogitatio*, ܢܛܪܬܐ *custodia*, ܥܠܝܬܐ *aditus*, ܡܙܒܠܬܐ *sterquilinium* et emph. ܐܢܚܬܐ *suspirium*, fem. Partt. pass. *Paël*, *Afel* et *Schafel*, ut ܡܫܬܐ cet. (Exod. 36, 8—10); caveas vero, ne praeeunte *J. D. Michaeli* (l. l. p. 180) hoc ܒܢܝ cet. efferas.

3) Nonnulla littera *Nun* ante terminationem ـَـ insignia omnem quidem vocalium mutationem arcent, tamen *Nun* in stat. emph. Sing. occultant, ut ܡܕܝܢܬܐ, ܡܕܝܢܬܐ *urbs*, ܣܝܡܬܐ, ܣܝܡܬܐ *navis*, ܐܬܬܐ, ܐܬܬܐ vel ܬܬܐ *ficus*, ut ܐܚܪܬܐ *alia* in stat. emph. *Nun* omnino eiicit, scilicet ܐܚܬܐ.

---

1) ܟܘܬܢܬܐ *tunica* vocales non mutat, sed ut nonnulla alia (§. 91, Annot. 6.) ـ in Plur. ante terminationem recipit, nempe ܟܘܬܢܝ, ܟܘܬܢܐ, id tamen neque ab obsoleta forma ܟܘܬܢܬܐ neque ab inusitato ܟܘܬܢܒ cum *J. D. Michaeli* (Gramm. Syr. p. 179) repeti voluerim.

2) ـ interdum, vocali tamen non mutata, elidi-tur, ut in ܬܢܘܪܬܐ *cortina*, ܬܢܘܪܐ, ܬܢܘܪܝ,

3) Nonnulla littera *Nun* ante terminationem ـَـ insignia omnem quidem vocalium mutationem arcent, tamen *Nun* in stat. emph. Sing. occultant, ut ܡܕܝܢܬܐ, ܡܕܝܢܐ *urbs*, ܣܝܡܬܐ, ܣܝܡܐ *navis*, ܐܬܬܐ, ܐܬܐ vel ܬܬܐ *ficus*, ut ܐܚܪܬܐ *alia* in stat. emph. *Nun* omnino eiicit, scilicet ܐܚܬܐ.

honorata, ܡܟܒܕܢܝܬܐ *fidelis*, ܡܗܝܡܢܬܐ emph. ܡܗܝܡܢܬܐ *ornata*, ܡܦܫܩܢܝܬܐ *significans*. Inveniuntur pauca vocalem *u* assumentia, ut ܢܣܝܢܬܐ, ܢܣܝܢܬܐ *placenta*, ܦܓܪܬܐ, ܦܓܪܬܐ *ruina*, ܫܘܠܦܢܬܐ *mercatura*, ܫܘܒܚܬܐ *admiratio*, ܫܘܒܚܬܐ *gloria*; alia vocalis assumendae regulam negligunt, ut ܫܒܠܬܐ, ܫܒܠܬܐ *spica*.

III. Hoc loco illustrantur feminina eorum masc., quae similitudine cum *segolatis* Hebraicis fruuntur. In Sing. stat. emph. eiusque numeri cum suff. 2 et 3 Sing. m. et f. et 1 Plur. coniunctione vocalis a 1 consona ad 2 remittitur, in reliquis vero formis suum locum tenet. Nomina sub *a.* et *b.* proposita vocalibus *a* et *e* in 1 littera discrepant; illius vero vocalis duplex eam ob caussam exhibetur exemplum, quod inveniuntur nonnulla a verbis ״ע derivata, quae 1 rad., ubi ex analogia vacua esset, vocalem brevem *i* adscribi velint (§. 31, 2.), ut emph. ܐܚܝܬܐ *fratria*, ܐܚܝܕܐ *mutuum*. Exempla vocalem *a* usurpantia sunt ܢܝܫܐ *usus*, ܛܢܦܬܐ *impura*, ܛܢܦܐ pro ܛܢܦܐ id., in stat. emph. ܚܕܬܐ [4]) ܚܕܬܐ *nova*, emph. ܚܕܬܐ contracte pro ܚܕܬܐ, ܒܣܪܬܐ *evangelium*, ܥܩܪܐ *sterilis*, ܢܩܡܬܐ *vindicta*; ita et ܐܬܬܐ *vice*, emph. ܐܬܝܬܐ. Vocali *e* pronunciata haec habeas: ܕܚܠܬܐ *terror*, ܩܘܪܒܢܐ *sacrificium*, ܕܚܠܬܐ *timor*, ܨܕܩܬܐ *eleemosyna*, ܐܬܬܐ *femina*, ܢܚܠܐ *torrens* et emphatica ܓܦܬܐ pro ܓܦܬܐ *vitis*, ܠܒܢܬܐ pro ܠܒܢܬܐ *later*, ܚܛܬܐ *granum*, ܬܡܪܐ *palmes* [5]). Sunt etiam non pauca, quae vocalium ordinem in stat. abs. Sing. obvium in emph. retinent, ut ܡܠܟܬܐ *regina*, ܫܢܬܐ, ܫܢܬܐ, ܫܢܬܐ. Alia vocalem in flexione permutant, e. c. ܒܝܫܐ, ܒܝܫܐ *suspirium*, ܡܝܬܐ, ܡܝܬܐ *medium*, ܒܝܫܐ, ܒܝܫܐ *vindicta*, ܒܝܫܐ, ܒܝܫܐ *spiratio*, ita et ܐܚܝܕܐ, ܐܚܝܕܐ *mutuum*.

IV. Haec classis a praecedente non discrepat, nisi 3 rad. quiescente. Peculiaris igitur ei est huius litterae quies in stat. emph. Sing. eoque numero cum suff. 2. et 3 Sing. m. et fem. et 1 Plur. coniuncto; ـ enim in *i*, ـ autem in *u* quiescit. Reliquae autem formae et totus Plur. 3 rad., quaecunque fuerit, mobilem esse iubent. Habemus autem in parad. nomina vocali *u* et *a* in 1 rad. utentia; illa autem eius transpositionem non admittunt, haec vero duplicis sunt formae aut vocalem *a* in 1 rad. retinentia, ut ܒܝܫܐ, ܒܝܫܐ *gaudium*,

---

4) Marc. 1, 23. *Schaafius* quidem ܒܥܬܐ et Bibl. Polygl. ܒܥܬܐ legunt. Similis flexionis fluctuatio neque aliis nominibus omnino deest, ut ܒܥܬܐ Matth. 12, 43 et ܒܥܬܐ Marc. 1, 26. 3, 30., quod aeque ac ܒܝܫܐ pro ܒܝܫܐ *muta* vocalium ordinem in stat. abs. et emph. servat eundem.

5) Fluctuat horum quoque punctatio; nonnunquam in stat. emph. Sing. praeter *e* 1 litterae appositum, aliud 2 litt. tribuunt, ut ܛܒܥܐ *annulus*, ܛܒܥܐ et plurima exempla laudata; quae res, sicubi nominibus ״ל evenit, ut ܡܬܠܐ *parabola*, ܣܢܐ *odium*, ܣܢܐ, habet anomaliae caussam conspicuam (§. 33, 1. d.). Ubi vero 2 rad. e gutturalibus fuerit, stat. emph. *a* pro *e* in ea ponit, vocali 1 rad. omnino retenta, ut ܫܠܚܐ, ܫܠܚܐ *epistola*, ܫܪܛܐ, ܫܪܛܐ *corrigia*. Hanc vero regulae praetermissionem editoribus sibi non satis constantibus (§. 37, 3. Annot.) tribuendam vix censuerim.

quorum tamen pauca sunt, aut eam abiicientia, ut ܒܪܝܬܐ *creata* et ܒܪܝܬܐ *creatura*, ܚܕܬܐ, ܚܒܬܐ *plaga*[6]). Huc pertinent praecipue Partt. act. Peal verbb. ''ל et ''כ, e. c. ܒܢܝܬܐ *aedificata*, ܒܪܝܪܐ *electa*, ܕܟܝܐ *pura*; item eorum Partt. act. *Paël*, *Afel* et *Schafel*, vocalis tamen mutationem prohibentia, ut ܡܟܣܝܢ, ܡܟܣܝܢܐ *tegens*, ܐܟܣܢ, ܐܟܣܢܐ reiiciens. Partt. vero passiva eorundem verbb., quamquam in stat. abs. cum act. conspirant, quietem ultimae radic. profligant, itaque ܡܫܠܡ, ܡܫܠܡܐ *perfecta*, ܐܫܬܠܡ, ܐܫܬܠܡܐ *reiecta*[7]).

V. Hic exponuntur feminina ultimae litterae in Plur. bis scribendae; ut ܚܛܐ *triticum*, ܣܦܝܣ[8]) *praetextus*. Interdum ne scribendo quidem geminatio indicatur, e. c. ܡܠܬܐ *verbum*, ܡܠܝ.

VI. Hoc typo complectimur omnia nomina fem. terminationis o̤, absol. ⱥo̤ et emph. ⱥo̤, quae in quovis sing. statu et in numeri illius coniunctione cum suff. omni abhorrent mutatione, in Plur. vero, vocali *u* abiecta, o mobile reddunt. Quae res cum evenerit, ea nomina, quae segolatis Hebraeorum verbo ''ה oriundis prope accedunt, ergoque 1 rad. vacuam habent, ab reliquis diligenter distinguas necesse est. Quem in finem haec sub *a.* — *c.*, illa vero sub *d.* — *f.* illustrata sunt. Sub *a.* habes ea, quae neque ullam suae vocalis mutationem patiuntur, neque in Plur. alia egent vocali, v. c. ܥܕܬܐ *petitio*, ܢܨܚܐ *victoria*, ܒܝܬܐ *taberna*, ܚܪܝܬܐ *libertas*, ܫܘܝܬܐ *rectitudo*; ܛܝܒܘܬܐ *gratia*, ܫܘܝܘܬܐ *aequalitas*, alia vero, ut ܬܘܒܬܐ *utilitas*, ܡܠܟܘܬܐ *regnum*, ܚܛܝܬܐ *delictum*, itidem hanc formam sequentia interdum in Plur. ad pronunciationem sublevandam brevem recipiunt vocalem, itaque ܡܠܟܘܬ̈ et ܚܛܝܬ̈ cet. Sub *b.* et *c.* exponuntur ea, in quibus praeter vocalem in 1 rad. impuram, alia, scilicet *a* aut *e*, ad 2 rad. accedit; illius duplex posui exemplum et nominis trilitteri ⱥ̈ et bilitteri ⱥ̈. Eorum normam sequuntur ⱥ̈ *prophetia*, ⱥ̈, ⱥ̈ *militia*. Nomina duarum litterarum in *u* desinentium ad derivata verbb. ''ל, praecipue no. 6., referas.

Nominum vero, quae segolatis Hebraeorum respondent, plurima in Plur. 1 rad. vocalem eam tribuunt, qua absoluta Sing. forma, nisi 3 quiesc. esset, pronuncianda fuisset (sub *d.* et *e.*); reliqua vero 1 rad. vacuam retinent, quo facto 2 rad., ne tribus vox incipiat consonis, vocalis auxiliaris apponitur (sub *f.*). Ceterum utraque classis, aeque ac reliqua nomina in o̤ terminantia, pro o̤ in Plur. o mobile requirunt. Exempla vid. in derivatis verbb. ''ל no. 1.[9]).

---

6) Quaedam sunt, quae ـ Sing. mutant in o̤ mobile et vocalem a 1 rad. ad 2 rad. proiiciunt, ut ⱥ̈ *ovis*, ⱥ̈ et ⱥ̈ *lapis molaris*, ⱥ̈, ac si orirentur a ⱥ̈ et ⱥ̈.

7) ⱥ̈ *parva*, quod nomen huc pertinet, in stat. emph. Sing. ـ abiicit, itaque ⱥ̈, in Plur. vero eam litteram retinet.

8) Invenitur et ⱥ̈, ut Matth. 19, 3.

9) ⱥ̈ *centum* in Plur. ⱥ̈ et ⱥ̈ *ovis*, ⱥ̈, quasi a formis ⱥ̈ et ⱥ̈ Plur. derivarent.

VII. Nomina f. in ـَـ, const. ـَـ et emph. ـَـا terminantia classi praecedenti in flexione prope accedunt, nullam in vario Sing. statu fingendo eoque numero suffixis augendo admittentia formae mutationem, at in Plur. 3 rad. *Jud* mobile reddentia. Duplex, quod tabula exhibet, exemplum (*a.* et *b.*), Plur. flexione discernitur. Omnia enim, si regulam modo dictam servaveris, sponte facile invenies in trilitteris huius normae nominibus, quorum 1 rad. vocali utitur, ut ـَـا *angulus*, ـَـ *lucrum*, ـَـ *iunctura*, aut in plurilitteris e. c. ـَـ *coena*, ـَـ *umbra*, ـَـ *grex*, ـَـ *gratiarum actio*, ـَـ *fundatio*, ـَـ *baptismus*, ـَـ *margarita*[10]). Ea vero, quae segolatis Hebraeorum respondent, in Plur. 1 rad. ea vocali insigniunt, quae absolutae formae, nisi 3 rad. quiesceret, contigisset, plerumque vocali *e;* ita formantur ـَـ *multitudo*, ـَـ *captivitas.*

VIII. Cum feminina statum absol. in ـ terminantia a verbis 3 quiesc. originem trahant (§. 88, VII. 3.), non mireris, quod ـ abiecto o mobile ante Plur. terminationes recipiant (§. 91, 6.). Huius enim litterae appositionem non arbitrariam esse, sed derivationis legibus consentaneam in aprico est. Ne autem a tribus vox incipiat consonis, 2 rad. in Plur. vocali *a* effertur. Exempla sunt ـَـ *collega*, ـَـ *ablutio*, ـَـ *sacrificium*, ـَـ *axilla*[11]).

Annot. Non paucis femininis masculina Plur. forma arridet (§. 91. Ann. 2.). Zabii quidem saepe hoc modo Plur. fem. fingunt, quamquam vulgaris forma Syriacae affinis est; itaque חאזורתא *sus* in Plur. חאזורתיא et חאזורתאתא[12]), alia eiusdem generis sunt דוכתיא *loca*, חורינתיא *aliae*, ראבתיא *magnae.*

§. 98.

Nomina anomala.

Variam numeri, motionis et declinationis singularitatem illustrantes (§. 91. 96. 97.) peculiari collationi servavimus nominum et m. et f. ea, quae singula a regula vulgari discrepantia aut cum nullo alio, aut certe cum perpaucis sua conveniunt discrepantia. Haec *anomala* strictiori sensu, fere eadem cum nominibus Hebraeis regulam negligentibus[1]) plerumque *primitiva* et vocabula quam maxime usitata sunt. Eorum praecipua hoc conspectu exhibentur.

ـَـ *pater*, emph. ـَـا, in Sing. ante suff. in fine adsciscit o in *u* quiescens, ut

---

10) ـَـ *principium* etiam in stat. absol. ـ in fine recipit.

11) ـَـا *pollex* Plur. ـَـ fingit quasi a ـَـ descendens. — ـَـا pro ـَـا *increpatio* in Pl. ـَـا sonat; itaque a *I. D. Michaeli* (Gram. Syr. p. 180.) falso ad hanc classem refertur.

12) *Lorsbachii Museum* cet. p. 44.

1) *Gesenii Lehrgeb.* p. 601 sq.

אָחִי, אָחִים, exceperis tamen suff. 1 Sing., quo accedente sola vocalis *a* in *o* trănsit, scilicet אָחִי; Plur. אַחַי et אַחֵי (§. 91. Annot. 3 et 4.).

אֶתְנָן *fructus*, Plur. אֶתְנִים (§. 91. Annot. 7.).

אָב *frater*, ante suff. in Sing. o in *u* quiescens in fine addit, ut אָבִיהָ, אָבִיהּ, אָבִיהוּ, excepto suff. 1 Sing., quod vocalem *a* 1 rad. in o permutat, nempe אָבִי, Plur. אַבַּי.

אַפִּיקָא *frustum panni*, in Plur. אַפִּיקִי.

אַחֵר *alius* et fem. אַחֶרֶת in Plur. אֲחֵרִים et אֲחֵרוֹת.

אַשְׁמָן *febris*, Plur. אַשְׁמָנִים (§. 91. Annot. 1. 6.).

בַּיִת *domus*, stat. const. בֵּית, Plur. בָּתִּים, בָּתִּי.

בֵּן, בַּר *filius*, Plur. בָּנִים, בָּנַי.

בַּת, בְּרַת *filia*, cum suff. 1 Sing. בְּרָתִי, cum reliquis suff. vocalem quidem in 1 rad. retinet, sed ; non occultat, e. c. בְּנָךְ, בְּנָהּ cet., Plur. בָּנֶיךָ, בָּנָיו.

חָמוֹ, חָמָא *socer*, ante suff. in Sing. o quiescens in fine assumit, ut חָמוֹךְ, חָמוֹהִי, et cum suff. 1 pers. חֲמָי.

אֲחָת *soror*, (pro אַחְוָת), in Plur. אַחְיָן, אַחְיָתָן.

פְּרִידָה *mula* in Plur. et פְּרִידָן et פְּרִידָתָן, hanc vero formam *Amira*[2]) a פְּרִידָנָא *mulus* derivare mavult.

מָרֵי, מָרָא *dominus* (pro מָרְיָא), cum suffixis, 3 rad. omnino neglecta, coniungitur, ut מָרַי, מָרִי, מָרָךְ, מָרֵךְ, in Plur. מָרְוָתָא (§. 91. Annot. 1.).

נוּרָא *ignis*, Plur. נוּרְוָתָא (§. 91. Annot. 6.).

שִׂפְתָא *labium*, Plur. שִׂפְוָתָא, שִׂפְתֵי.

אַנְפִּין *facies*, Plur. אַנְפֵי.

עִדָּן *rus* et *urbs*; Plur. עִדָּנִין plerumque suffixa more nominum Sing. recipit, rarius more Pluralium, nempe עִדָּנֶיךָ, עִדָּנֵיהֶם cet., raro עִדָּנַיִךְ cet.

שָׁנָה, שְׁנָא *annus*, Plur. שְׁנִין, שְׁנַת, שְׁנָתָא.

Nonnulla exempla ab aliis grammaticis inter anomala relata, quae quis in hoc loco omissa forte existimaverit, in annotationibus §§. de numero, motione et declinatione eam ob caussam collecta sunt, quia non prorsus singularia, ad quandam regulam finguntur[3]).

---

2) Gramm. Chald. p. 98. cll. p. 89.

3) מַיָּא *aquae* cum suffixis aut, quod rarius fit, regulam sequitur, ut מֵימֵיהֶם (Exod. 7, 19), aut per quandam י radicalis confusionem cum י formali Plur. 2 rad. abiicit, ut מֵדֵיהֶם (Ezech. 12, 19), מֵדֵיהֶן (Jes. 33, 16.); vid. pag. 266.

§. 99.

Numeralia a) *cardinalia.*

1) Numeralia Syrorum aut *cardinalia* aut *ordinalia* sunt. Ea ܦܫܝܛܐ *simplicia* appellantur, sive propter primitivam ipsorum formam, sive significationem originariam. Gaudent 1—10 duplici forma et m. et f.; quae vero in Hebraicis numeralibus 2—10 valet norma, in Syriacis item observatur numeralibus 3—10 cum nominibus aliis coniungendis. Forma feminina cum nominibus m. coniungitur, masculina vero cum nominibus fem.; sed ܚܕ *unus* et ܬܪܝܢ *duo* habent fem. formam ܚܕܐ et ܬܪܬܝܢ. Reliqua in tabula ponuntur, qua ratione cum nominibus coniungenda sunt.

Masc.	Fem.	Masc.	Fem.	Masc.	Fem.	Masc.	Fem.
3. ܬܠܬ	ܬܠܬܐ	5. ܚܡܫ	ܚܡܫܐ	7. ܫܒܥ	ܫܒܥܐ	9. ܬܫܥ	ܬܫܥܐ
4. ܐܪܒܥ	ܐܪܒܥܐ	6. ܫܬ	ܫܬܐ	8. ܬܡܢ	ܬܡܢܝܐ	10. ܥܣܪ	ܥܣܪܐ

2) Cardinalia ab 11—19 ita in unam vocem componuntur, ut minor numerus antecedat; interdum tamen, praesertim a poetis, haec regula negligitur [4]). Haec nomina, cum aliquam formae singularitatem prae se ferant, singulatim atque ex ea lege proponam, quam *unitatibus* scriptam esse supra commemoratum est.

	Masc.	Fem.		Masc.	Fem.
11.	ܐܚܕ ܥܣܪ	ܐܚܬ ܥܣܪܐ	16.	ܫܬ ܥܣܪ seu ܫܬܥܣܪ	ܫܬ ܥܣܪܐ
12.	ܬܪܬܥܣܪ	ܬܪܬܝ ܥܣܪܐ	17.	ܫܒܥ ܥܣܪ seu ܫܒܥܣܪ	ܫܒܥ ܥܣܪܐ
13.	ܬܠܬܥܣܪ	ܬܠܬ ܥܣܪܐ	18.	ܬܡܢ ܥܣܪ seu ܬܡܢܥܣܪ	ܬܡܢ ܥܣܪܐ
14.	ܐܪܒܥ ܥܣܪ seu ܐܪܒܥܣܪ	ܐܪܒܥ ܥܣܪܐ	19.	ܬܫܥ ܥܣܪ seu ܬܫܥܣܪ	ܬܫܥ ܥܣܪܐ
15.	ܚܡܫ ܥܣܪ seu ܚܡܫܥܣܪ	ܚܡܫ ܥܣܪܐ			

3) *Decades* Plurali unitatum formantur, neque generis diversitatem patiuntur; itaque 30. ܬܠܬܝܢ, 40. ܐܪܒܥܝܢ, 50. ܚܡܫܝܢ, 60. ܫܬܝܢ, 70. ܫܒܥܝܢ, 80. ܬܡܢܝܢ, 90. ܬܫܥܝܢ. At 20 Plur. ܥܣܪܝܢ indicatur. Haec si componuntur, maior numerus minorem praecedit, interiecta copula ܘ, e. g. 21. m. ܥܣܪܝܢ ܘܚܕ et f. ܥܣܪܝܢ ܘܚܕܐ. Eodem modo se habent ceteri numeri maiores cum minoribus coniungendi; 100. sola voce ܡܐܐ, interdum ܡܐܐ ܚܕ, 200. ܡܐܬܝܢ, raro ܬܪܬ ܡܐܐ [5]), reliqua centenorum aut Plur. ܡܐܐ et unitatibus praepositis exoriuntur, ut 300 ܬܠܬ ܡܐܐ, 400. ܐܪܒܥ ܡܐܐ, aut Sing. ܡܐ cum unitatibus coniunctis, ita ut haec plerumque scriptura quoque coalescant, ut 500. ܚܡܫܡܐ, 600. ܫܬܡܐ cet., 1000. ܐܠܦ, ܟܠܐ, 2000.

---

4) Quod e. g. factum est in hoc Ephraemi dicto ܡܢ ܙܒܢ ܕܝܗܒ ܠܗ ܐܠܗܐ ܥܠ ܥܣܪ ܝܪܚܐ ܘܬܠܬ ܒܢܝܢ *Quis est, qui iugavit donum a* 12 *mensibus?* (Amira l. l. p. 226.)

5) Ita in aliquo Ephraemi loco ab Amira (Gr. Chald. p. 229) allato ܘܥܠ ܥܣܪ ܡܐ ܠܐ ܡܐܐ. ܡܐ ܠܘܬ ܫܢܝܐ ܠܐ ܡܐ ܠܘܬ ܫܢܝܐ *adiicit* 10 *ad* 100, *ad numerum* 1000 *adscendit.*

ܐܶܠܦ̈ cet., 3000. ܪܒ̈ܘ̈ܬܐ ܐܶܠܦ̈ cet., 11000. ܪܒ̈ܘ̈ܬܐ ܪܽܘܒ̈ܐ cet., 10000. ܪܽܘܒ̈ܐ.

Annot. 1. *Distributivum* (ܡܦܕܓܢܐ) non peculiari forma significatur, sed iteratione cardinalium, ut ܒܒ̈ ܒܒ̈ et ܚܕ̈ ܚܕ̈ *singuli, singulae*, ܬܪ̈ܝܢ ܬܪ̈ܝܢ *bini*, ܬܪ̈ܝ̈ܢ ܬܪ̈ܝ̈ܢ *binae*. *Partem* totius indicantia vel peculiaribus vocibus exprimuntur, ut ܬܠܬ̈ܐ, ܪܒ̈ܥܐ, ܥܣܪ̈ܐ = $\frac{1}{3}$, $\frac{1}{4}$, $\frac{1}{10}$ (Apoc. 8, 7. ss. 6, 8. Hebr. 7, 2.), vel periphrastico modo, e. g. ܒܒ̈ ܥܠ ܥܣܪ̈ = $\frac{1}{10}$ (Apoc. 11, 13.). *Vicem* notantia aut cardinalibus addito nomine ܙܒ̈ vel ܙܒ̈ܢ, ut ܚܕ̈ ܙܒ̈ *semel*, ܬܪ̈ܝ̈ܢ ܙܒ̈ܢ *bis*, aut solis cardinalibus, feminini tamen generis, indicantur, ut Ps. 89, 36.

Annot. 2. Non raro cardinalia Sing. forma utentia suffixis augentur; nempe suff. pluralibus, si Nomin. interpretanda sunt, ut ܬܪ̈ܝܢ *nos duo*, ܬܪ̈ܝ̈ܢ ܟ̈ *vos duae*, ܬܠܬ̈ܝܗ̈ *illi tres*, ܐܪܒ̈ܥܬ̈ܝܗ̈ *illae quatuor*, ܚܡ̈ܫܬ̈ܝ̈ܢ, ܫܬ̈ܬ̈ܝ̈ܢ, ܫܒ̈ܥܬ̈ܝ̈ܢ, ܬܫ̈ܥܬ̈ܝ̈ܢ. Qua in re, ne suffixorum adscriptio sermonis ornatui officiat, cavendum est; nam sicubi tale quid times, separato uteris pronomine, e. g. ܚܢ̈ܢ ܬܡ̈ܢܝܐ *nos octo*, ܐܢ̈ܬ̈ܝ ܬܫ̈ܥ *illae novem*. Si vero suffixa Gen. vicem gerunt, singularia esse solent, ut ܬܪ̈ܬ̈ܥܣܪ *duodecim mei*, ܬܪ̈ܬ̈ܥ, ܬܪ̈ܬ̈ܥܟ̈, ܬܪ̈ܬ̈ܥܗ̈ cet. Etiam in hac suffixorum cum numeralibus coniunctione lepor sermonis respiciendus est.

§. 100.

Numeralia b) *ordinalia.*

1) *Ordinalia* (ܬܫܥܢܝܐ) fere omnia a cardinalibus syllaba ـܝ, emph. ـܝܐ, et in fem. ـܬ̈ in fine apposita originem trahunt, unde etiam ܡܦܪܕ̈ܐ (pr. *composita*, derivata) appellantur. Ante ultimam radic. praeterea ـܬ inserere solent, et genus forma satis distinguunt.

	Masc.	Fem.		Masc.	Fem.
1.	ܩܕ̈ܡܝܐ	ܩܕ̈ܡܝ̈ܬ̈	6.	ܫܬ̈ܝܐ	ܫܬ̈ܝ̈ܬ̈
2.	ܬܪ̈ܝܢ	ܬܪ̈ܝ̈ܬ̈	7.	ܫܒ̈ܥܝܐ	ܫܒ̈ܥܝ̈ܬ̈
3.	ܬܠܬ̈ܝܐ	ܬܠܬ̈ܝ̈ܬ̈	8.	ܬܡ̈ܢܝܐ	ܬܡ̈ܢܝ̈ܬ̈
4.	ܪܒ̈ܥܝܐ	ܪܒ̈ܥܝ̈ܬ̈	9.	ܬܫ̈ܥܝܐ	ܬܫ̈ܥܝ̈ܬ̈
5.	ܚܡ̈ܫܝܐ	ܚܡ̈ܫܝ̈ܬ̈	10.	ܥܣܪ̈ܝܐ	ܥܣܪ̈ܝ̈ܬ̈

2) Reliqua ordinalia fere ex eadem lege finguntur, e. g. ܥܣܪ̈ܝܢ, ܡܐ̈ܐ ܥܣܪ̈ܝܢ cet. Item decades nil ante ult. rad. inserunt, sed solam terminationem ـܝܐ accipiunt, ut ܥܣܪ̈ܝܢ, ܬܠܬ̈ܝܢ, ܐܠ̈ܦ̈ܝܢ, unitates vero, ubi cum iis copulantur, postponunt, ut ܥܣܪ̈ܝܢ ܘܬܪ̈ܝܢ.

Annot. 1. Ordinalium loco usurpantur etiam cardinalia, praecipue particula ʾ praemissa, ut ܒܬܠܬܐ *die tertio*, ܒܫܒܥܐ *mensi septimo*, ܒܫܢܬ ܚܕ *ad annum primum* (Dan. 1, 21.).

Annot. 2. Ab ordinalibus nomina alia derivantur eaque abstractae significationis, ita ut terminatio fem. ◌ܬ, emph. ◌ܬܐ, syllabam ◌ܐ excipiat, ut ◌ܝܘܬܐ, ◌ܬܠܬܐ, ◌ܪܒܥܐ *trinitas*, cet. Inveniuntur etiam nonnulla numeralia derivata formae femininae et cardinalium et ordinalium vicibus fungentia, ut ◌ܐܪܒܥ *quatuor* et *quarta*; ita etiam ◌ܫܬܐ, ◌ܚܡܫܐ, ◌ܫܒܥܐ, ◌ܬܫܥܐ eo duplici sensu in usu sunt.

Annot. 3. Raro Syri, ubi de rebus Graecis aut Romanis loquuntur, exotica retinent numeralia, ut ◌ܐ ◌ܕ ◌ܘ δωδέκατον i. e. 12 milliaria (Mich. Chr. Syr. p. 71, 15).

Reliquorum numeralium indicem in syntaxi invenies.

Annot. 4. *Nomina dierum* Syri Iudaico more fingunt; diem *Veneris* ◌ܥܪܘܒܬܐ *vesperam* et *Saturni* ◌ܫܒܬܐ *sabbatum* appellant, reliquos numero insigniunt. Igitur dies *solis* ◌ܒܫܒ ◌ܚܕ, *lunae* ◌ܬܪܝܢ ◌ܚܕ, *Martis* ◌ܬܠܬܐ ◌ܚܕ cet. — *Menses* eorum non omnino nostris respondent, sed a primo interlunio, aut proxime ante illud initium capiunt, et quoties opus est, intercalaris additur. *I. D. Michaelis* [1]) hunc eius rei conspectum exhibet:

◌ܬܫܪܝ ◌ܩܕܡܝܐ	*October.*	◌ܢܝܣܢ	*Aprilis.*
◌ܬܫܪܝ ◌ܐܚܪܝܐ	*November* [2]).	◌ܐܝܪ	*Maius.*
◌ܟܣܠܘ, ◌ܟܣܠܘ ◌ܩܕܡܝܐ	*December.*	◌ܣܝܢ	*Iunius.*
◌ܛܒܬ ◌ܐܚܪܝܐ	*Ianuarius.*	◌ܬܡܘ	*Iulius.*
◌ܫܒܛ	*Februarius.*	◌ܐܒ	*Augustus.*
◌ܐܕܪ	*Martius.*	◌ܐܝܠܘܠ	*September.*

1) Gramm. Syr. p. 187 ss.

2) Propter hoc duorum mensium nomen tempus autumnale ◌ܬܫܪܝ ◌ܩܕܡܝܐ aut ◌ܬܫܪܝ ◌ܐܚܪܝܐ appellatur.

Caput Quartum.

De Particulis.

§. 101.

De particulis generatim.

Particulae, quibus annumeramus *adverbia*, *praepositiones*, *coniunctiones* et *interiectiones*, aut primitivae aut derivatae ab aliis orationis partibus aut denique ab iis mutuatae sunt. Cum autem earum origo haud raro vix queat cognosci, haec in singulis difficillima erit distinctio. Peregrinae, quae non omnino desunt, praecipue e Graecia immigrarunt (§. 4, 2. Annot. 1.). Nonnullae particulae *una* tantum consona aut una syllaba consistunt vocibus annectenda (*praefixa*), variisque inserviunt muneribus.

§. 102.

Adverbia.

1) Adverbiorum (ܠܐ ܥܒܕ̈ܐ) ea, quae qualitatem designant, a nominibus adiectivis et Partt. finguntur in ـܐ desinentia praecedente vocali *o*; at nomina in ـܐ terminantia praecedente vocali *o*, syllabam ـܐ amittunt, ut ܡܢ ܩܕܡ *divinitus*, ܫܦܝܪ *sedulo*, ܙܥܘܪ *parum*, ܒܪܘܫ *manifeste*, ܒܣܪܥܐ *cursim*, ܝܘܢܝܐ *graece*, ܒܗܬܪܝܪܐ *festinanter*, ܣܓܝ *magnopere*.

2) Multa, quamquam nulla derivationis lege a nominibus aut verbis ficta, ab aliis orationis partibus mutuantur, ut ܐܡܢ *vere!* ܛܒ *bene*, ܒܬܪ *magis*, ܣܓܝ *multum*, ܩܠ *cito*, ܙܥܘܪ *parum*, alia compositione vocum oriuntur, e. g. ܗܘܟ *hodie* (ܒܝܘܡܐ ܗܢܐ), praecipue vero copulatione nominis cum praepositione aut coniunctione, ut ܚܕܐ *una* (ܒܚܕ ܝܘܡܐ), ܟܚܕ *simul*, ܦܬܐܡ *subito* (ܒܦܬܐܡ ܫܥܬܐ), ܦܬܐܡܝܬ *repente*, ܒܣܪܥܐ *velociter*, ܗܝܕܟܝ *tunc*, ܩܕܡܝܬ *primum*, ܡܢ ܩܕܡ *olim*, ܠܥܠܡ ܠܐ seu ܠܥܠܡ ܠܐ *unquam*, ܕ (pro ܕܐܡܪܬ seu ܕܐܡܪܬ *uti dixi* seu *dixisti*) *nempe*, *praesertim* [1]), ܒܪܫ ܒ *principio*, ܦܬܐܡ ܒ *subito* [2]).

---

1) Recte iam *H. A. Hamacker* (Diatribe philologico-critica monum. aliquot punicorum interp. exhibens p. 58.) huius vocis ita illustravit originem.

2) Etiam haec duo vocabula possunt scribendo coniungi.

3) Ad primitiva retulerim ܐܸܢ *ita*, ܐܲܝܟܲܢ *quando?* ܐܶܬܡܽܠ *heri*, ܐܸܬ ܡܸܢ *profecto*, ܐܸܬ *forte*, ܐܽܘ *fortassis*, ܐܲܦ seu ܐܲܦܝ [3]) *forsan*, ܐܲܢ *illuc*, ܐܲ *forte*, ܐܲܡ *nimirum*, ܐܲ *dein*, ܐܲ *ubi?* ܐܲܓܲܒ et ܐܲܓܲܒܝܼܬ *velociter*, ܡܲܚܪ *cras*, ܗܵ *videlicet*, ܗܵܟܵܐ *ibi*, ܗܵܟ *hic*, et *graeca* ἔτα, ἄρα, alia certe adverbii primitivi, saepe obsoleti, coniunctione cum alia voce, praecipue pronomine aut praepositione oriuntur, ut ܐܸܬܲܝ *scilicet*, ܐܲܝܟܲܢ et ܐܲܝܟ (ܐܲܝ ܟ) *ubi?* ܐܲܝܟܲܢ *quomodo?* ܐܲܡܲܟܲܢ *unde?* ܒܲܬܪ ܗܵܕܵܐ *deinde*, ܗܵܟܲܢ *ita*, ܗܵܫܬܵܐ *nunc*, ܗܵܢ *hic*, ܗܵܢܵܟ *illic*, ܟܲܕ ܐܲܝܟ *quoties*, ܐܲܢ et ܐܲ *illuc*, ܡܲܢ *hinc*, ܗܵܫܬܵܐ *nunc*, ܡܲܚܪ ܢ *nudius tertius*, ܥܲܕ ܗܵܟ *hucusque.*

Annot. *Amira* originem adverbiorum omisit et permultas coniunctiones in eorum numero male posuit. Eorum has distinxit classes, quas propter nomina earum Syriaca commemorare liceat: *localia* (ܐܲܬܪܲܝ), *temporalia* (ܙܲܒܢܲܝ), *optativa* (ܡܲܢ ܐܲܝܟ), *vocativa* (ܐ), *interrogativa* (ܡܲܢ ܐ), *affirmativa* (ܐܲܝ), *confirmativa* (ܐܲܡܝܼܢ), *negativa* (ܠܵܐ), *dubitantia* (ܡܲܢ ܕ), *demonstrativa* (ܗܵ), *prohibitiva* (ܐܲܠ), *collectiva* (ܟܠ), *assimilativa* (ܟ), *interpretativa* (ܕ), adv. *conditionis* (ܐܲܢ), *velocitatis* (ܒܲܣܵܡ), *qualitatis* (ܐܲܝܟ), *quantitatis* (ܐܲܦ), *comparationis* (ܐܲܦ ܠ), *ordinis* (ܩ), *gentis* (ܠ), alia.

§. 103.

Praepositiones.

1) *Praepositionum* (ܡܸܠܹܐ ܩܲܕܡܵܝܬ) aliae primitivae, aliae ab aliis orationis partibus arcessitae. Earum quidem sunt ܒ *in*, *per*, *propter*, ܠ nota Gen. [1]), et ܠ not. Dat. et Acc., quae sine vocali praefiguntur, nisi vox iis instructa a duplice incipit consona (§. 37, 1. et Annot. 1.). Ante voces vero ab ܐ, ܗ (§. 21, 4.) et ܒ incipientes vocalem 1 rad. recipiunt, itaque ܒܐܪܥܐ *in terra*, ܒܐܝܕ *manus*, ܠܐܒܘܟ *patri tuo* ܠܝܗ *eius*, *quod prodest*, ܠܒܪܐ *puero*; deinde ante ܬ *sex* et ܫܬܝܢ *sexaginta* non vocali sed pronuntiantur, ut ܫܬ, fortasse quia olim ܐܬ et ܐܫܬܝܢ scribebant [2]). Inter *praefixa* etiam ܟ *a*, *ex* quodammodo potes referre, quod cum pluribus vocibus coniunctum (§. 102, 2 et 3.) suum perdit et inseparabile est. E re-

---

3) Ephr. Opp. Syr. T. II. p. 370. A.

1) In dialecto, quam Hierosolymitanam vocant, more Chaldaeorum etiam ܕ invenitur.

2) Id quidem *I. D. Michaelis* (Gramm. Syr. p. 221.) opinatur.

liquis praepositionibus paucae tantum primitivae esse videntur, fortasse ܥܡ *cum.*

2) Plurimae vero praepositionum nomina sunt, ut ܒܝܢ et ܒܝܢܬ *inter*, ܒ *in*, ܒܬܪ, ܐܚܪ *post*, ܣܒܒ *circa*, ܥܠ *pro, propter*, ܠ *ad, apud*, ܡܛܠ *ob*, ܥܠ *supra*, ܠܩܒܠ seu ܩܒܠ *versus*, ܩܕܡ *ante*, ܠܒܪ, ܠܒܪܝ et ܠܬܚܬ *infra*, aut vocabula nomine et particula composita e. c. ܒܪ *extra*, ܒܓܘ *intra*, ܒܝܢ, ܒܬܪ, ܒܣܒܒ, ܥܠ *supra*, ܩܕܡ *coram*, ܠܬܚܬ *iuxta*, ܠܡܛܠ (cum suff. ܠܡܛܠܝ) *contra*, ܩܕܡܝ, ܒܬܪܝ et ܒܬܪ, ܥܕ *usque* (pro ܥܕ ܕ), ܒܠܚܘ *praeter.*

3) Praepositiones suffixa recipere possunt exceptis ܒ *in*, ܒܪ *extra*, ܒܓܘ *intra*, ܥܠ *supra*, ܠܬܚܬ *infra*, ܥܕ *usque*, ܒܠܚܘ *praeter.* Sed differunt nonnullae ab reliquis nonnisi *pluralia* suffixa annectentes, nempe ܒܝܢ *inter*, ܠܝܬ *sine*, ܣܒܒ *circa*, ܥܠ *pro*, ܩܕܡ *coram*, ܡܛܠ *propter* (ante suff. ܡܛܠܝ), ܥܠ *supra* (ante suff. ܥܠ), ܩܒܠ *versus*, ܩܕܡ *ante*, ܠܬܚܬ *infra.* Reliquae vero suff. singularibus delectantur. Utriusque rei exempla haec habeto.

	Sing.		Plur.	
	Masc.	Fem.	Masc.	Fem.
1.	ܠܘܬ		ܠܘܬܝ	
2.	ܠܘܟ	ܠܘܟܝ	ܠܘܟܘܢ	ܠܘܟܝܢ
3.	ܠܗ	ܠܗܝ	ܠܗܘܢ	ܠܗܝܢ

	Sing.		Plur.	
	Masc.	Fem.	Masc.	Fem.
1.	ܒܝ		ܒܢ	
2.	ܒܟ	ܒܟܝ	ܒܟܘܢ	ܒܟܝܢ
3.	ܒܗ	ܒܗ	ܒܗܘܢ [3]	ܒܗܝܢ

	Sing.		Plur.	
	Masc.	Fem.	Masc.	Fem.
1.	ܚܫܘܟ		ܚܫܘܟܝ	
2.	ܚܫܘܟ	ܚܫܘܟܝ	ܚܫܘܟܘܢ	ܚܫܘܟܝܢ
3.	ܚܫܘܟܗ	ܚܫܘܟܬܗ	ܚܫܘܟܗܘܢ	ܚܫܘܟܗܝܢ

	Sing.		Plur.	
	Masc.	Fem.	Masc.	Fem.
1.	ܕܝܠܝ		ܕܝܠܢ	
2.	ܕܝܠܟ	ܕܝܠܟܝ	ܕܝܠܟܘܢ	ܕܝܠܟܝܢ
3.	ܕܝܠܗ	ܕܝܠܗ	ܕܝܠܗܘܢ	ܕܝܠܗܝܢ

ANNOTATIONES.

1) Syri duas coniungere possunt praepositiones aeque ac Hebraei, qua in re praecipue particula ܠ utuntur. Itaque aiunt ܒܝܢ ܠ = מִבֵּין, ܠܒܪ, ܠܐܚܪ, ܠܩܕܡ, ܠܣܒܒ, ܠܥܠ, ܠܡܛܠ, ܠܠܩܒܠ, ܠ, ܠ, ܠ, cum his non confundas adverbia ܒܪ ܠ *foris*, ܒܓܘ ܠ *intus*, ܥܠ ܠ *desuper*, ܠܬܚܬ ܠ *infra*, aut ܠ, ܠ, ܠ et ܠ, quae particula ܠ cum ipsis coniuncta praepositionum vim consequuntur. Sunt etiam,

---

3) Zabii saepe litteram ה ante praefixa elidunt, ut בון pro בהון, לון pro להון.

quae interdum ܘ ab initio recipiunt, ut ܟܬܒ, ܟܬܒ, ܟܣܐ, ܟܦܐ et ܟܒܪ, sed ܟܬܒ, ܟܬܒ, ܟܠ et ܟܡ nunquam sine ܘ scribuntur.

2) Loco suffixi cum praepositione coniungendi in 3 quidem pers. etiam pronomen separatum, quamquam raro, ponitur, ut ܠܘ ܗܘ ܠܗ et ܠܗ ܗܘ ܠܗ pro ܠܗ et ܠܗ, in 1 vero et 2 pers. idem non licet [4]). Vox ܟܬܒ cum suff. primitivam repetit formam ܟܬܒ et cum suff. aeque ac ܟܬܒ mutatur.

3) Pro ܒܝܢ et ܒܝܢ *inter* bis ponendis hoc vel illud semel scribere potes et pro secundo copulam ܘ adhibere.

§. 104.

Coniunctiones.

1) Coniunctio (ܝܬܪ, quo nomine etiam omnes particulas insigniunt) aut *separata* aut *inseparabilis* est. Huius enim generis est ܘ copulativum, quod vocibus, nisi a vacua incipiunt littera, solet praefigi vacuum; ubi autem littera vacua sequitur, vocali *a* pronunciatur (§. 37, 1.). Separatarum aliae primitivae sunt, ut ܐܘ *vel*, ܐܡܪ, ܟܕ ܐ *sicut*, ܐܝܟ *quando*, ܐ *si*, ܐܦ *etiam*, ܓ *nam*, ܐܡܬ *verum*, ܡܢ *ne forte*, ܥ *cum*, ܕ *ne forte*, ܟܐ *autem*, et *graecae* ܐܠܐ ἀλλὰ, ܓ γὰρ, ܕ δὲ, ܟ μὲν, aliae ab aliis orationis partibus repetitae, ܕ *ut* et *quod*, ܟ *cum*, ܘܐ *atque*, aut certe duabus vocibus compositae, e. g. ܐܝܟ ܐܡܪ, ܐܝ ܐ et ܐܝܟ ܐ *quemadmodum*, ܟ ܐܡܪ et ܟ ܐ *sicuti*, ܐ ܠ et ܐ ܠ *nisi*, ܐ ܕ et ܕ ܐ *si autem*, ܐ *si*, ܐ ܠ *si non*, ܠ et ܐ ܠ *neque* ܐ *etiamsi*, ܐ *itaque*, ܡܢ *ut forte*, ܠ, ܐ et ܠ ܡܢ *ne forte*, ܠ *ergo*, ܐ ܐ et ܐ *an*, ܐ *qua re*, ܐ *ergo*, ܗ et ܗ *propterea*, ܐ *cur*, ܐ *antequam*, ܐ et ܐ *idcirco*. Praecipue vero Syris aeque ac reliquis Semitis [2]) in deliciis est, praepositionibus quam plurimis addita coniunctione ܕ coniunctionis vim tribuere, e. g. ܕ ܐ *posteaquam*, ܕ ܕ *propter quod*, ܕ ܗ *ne*, ܕ ܠ *quoniam*, ܕ ܐ *donec*; interdum vero sola

---

4) *Amir.* gramm. Chald. p. 443. Si vero idem grammaticus a poetis interdum metri caussa hanc regulam negligi contendit, quodam *Ephraemi* dicto tanquam loco probante utens, se ipse fallit. In eo enim dicto ܐܡܪ ܐܢܐ ܒܕ ܐܢܐ ܟܕ ܐ ! *Quis est, ut ego, medicus corpori, quod malus conterit?* coniunctio, neque praepositio invenitur.

2) Hebraicae linguae exempla invenies in *Gesenii Lehrg. der hebr. Spr.* p. 636.

praepositio, omisso ?, coniunctionis munere fungitur, itaque ܕܛܠ *quia* pro ? ܕ, ܕ *dum* pro ? ܕ, ܕܠ *quoniam* pro ? ܕܠ [3]).

2) Nonnullae coniunctiones ab initio periodi ponuntur (*praepositivae*), ut ܐ *aut*, ܐܠܐ *sed*, ܐܦ *neque;* aliae vero nonnisi voce aliqua praeeunte adhibentur, e. c. ܓ *enim*, ܗ *vero*, ܟ *autem*, ܒ *vero*, quia confirmationi, declarationi et emphasi inserviunt. Plurimae denique aut ab initio sententiae aut alio vocabulo praemisso usurpantur, ut ܐ *etiam*, ܡ *itaque*, ܐ *verum*, ܐ *ergo*, ܐ *atque.*

§. 105.

Interiectiones.

1) *Interiectiones* (ܩܠܝܫ ܡܢܐ) maximam partem ita fictae sunt, ut sonum gaudentis, moerentis, admirantis, irridentis, contemnentis et increpantis imitentur, ut ܐ ܐ *euge euge*, ܐ *o!* ܐ, ܗ *heus!* ܐ *euax*, ܐ, ܐ, ܗ *ohe*, ܐ, ܐ, ܐ, ܐ *heu*, *vae*, ܐ *he*, ܐ *ohe.* Aliae vero id non faciunt, e. c. ܐ et ܐ *utinam!* ܐ *ecce!* ܐ seu ܐ = ܐ *quaeso* [4]).

2) Nonnullae interiectionum id habent singularitatis, ut praepositionem aliquam post se postulent. Nam ܐ et ܐ saepe ܠ, ܐ interdum aut idem ܠ, aut ܒ, aut ܕ, ܐ fere semper ܠ sequenti nomini praemitti volunt, e. c. ܐ ܕ *vae viro*, ܐ ܕ ܐ *ah pulcritudo!* Aliae fere semper iteratae usurpantur, praecipue ܐ, ܐ et ܐ.

§. 106.

Prosodia.

Quae in aliarum linguarum institutionibus absolvi solet ars metrica, a Syriacis grammaticis parum illustrata est. Cuius tamen rei nuper exstitit doctor et fautor, *Aug. Hahnius*, primus in Bardesanis gnosi illustranda [5]) accuratiorem artis

---

3) Vel in *Zabiorum* lingua huius generis exempla exstant plurima, ut ? ܐ *propterea quod* (Cod. Nas. T. I. 30. med. ed. Norb.), אמינטול ד *quia* (Cod. Vimar. fol. 4. a. lin. 1.)

4) Falsa lexicographorum Syriacorum sententia, hanc vocem pro ܒ positam esse, *Amirae* quoque (Gramm. Chald. p. 440.) probata, a *Gesenio* (*Hebr. und Chald. Handwörterb.* ed. 2. p. XXV.) nuper explosa est.

5) Bardesanes gnosticus Syrorum primus

metricae expositionem feliciter periclitatus. Eum igitur, in praefatione chrestomathiae Syriacae, quam cum *Seifferto* edidit [5]), de prosodia Syrorum exponentem adeant, si qui in eam rem velint inquirere. Cum enim librum illum facile possint consulere, hanc doctrinam in grammatica mea omittendam esse nullus dubito.

---

hymnologus. Lips. 1819. 8. p. 43—51 et de Bardesanis metro p. 32—42.

5) Ephraemi Syri hymnorum collectio. Edi-derunt, notis criticis, philol. histor. et glossario locupletissimo illustraverunt Aug. Hahn et F. Lud. Seiffert. Lips. 1825. 8. m.

Liber tertius

Syntaxis.

§. 107.

De syntaxi in universum.

Quamquam qui in syntaxi adornanda eundem atque in libro de orationis partibus servat ordinem, maiorem procul dubio in hac utraque grammaticae parte efficiat consensum, tamen etymologicam rationem, quia in syntaxi nullius momenti est, cum aptiori commutare non haesitavi. Habemus praeterea huius rei exemplum magnae auctoritatis, quippe *Gesenius* in maiori Hebraicae linguae grammatica eandem ingressus est viam. Itaque primum de *nomine*, cum subiectum sententiarum constituat, deinde de *pronomine* et *verbo*, et denique de *particulis* exponemus. Antiquiorum grammaticorum plurimi syntaxin aut omnino praetermiserunt, aut nonnisi obiter tractarunt; qui vero forte exstiterunt viri docti, eam accuratius indagandam esse intelligentes, neque hi aut adiumentorum penuria vexati, aut certe diligente cognatarum linguarum comparatione destituti praestiterunt et praestare potuerunt, quod scientiae hodiernae incrementis atque indoli sufficeret. Molem magis exemplorum, praecipue e bibliorum versione repetitorum, exhibent, quam planam syntaxeos expositionem, aptamve et exquisitam regularum probationem. Eminent sane inter omnia utriusque *Michaelis* opera, sed ne haec quidem, opinor, omnes huius doctrinae partes, qua opus est, perfectione absolvunt.

Caput Primum

Syntaxis Nominum.

§. 108.

Nominibus abstractis et concretis quaenam intercedat ratio? Adiectivorum compensatio.

1) Quamquam nomina concreta multis ac variis formis gaudent, ab *abstractis* tamen hac in re vincuntur. Quae vero in aliis Semitarum linguis usitata est mutua nominum utriusque significatus permutatio, eadem in Syriaca saepe invenitur; ita ait S. Iacobus Syrus [1]) ܐܒܕ ܠܝ ܐܝܟ ܡܐ ܒܥܝ ܠܐܒܕܢܐ ܒܥܝ ܠܝ *quaere perditionem meam* (pro *me perditum*), *ut sim ovis in pascuis tuis.* Hanc loquendi rationem poetis potissimum arridere, non attinet exponere.

2) Syris plures quidem sunt *adiectivorum* formae, quam Hebraeis; nihilominus substantiva, praecipue abstracta, non raro eorum vicibus funguntur. Quae res ubi evenerit, constructio per regimen, quam vocant, usurpari solet, ita ut substantivum adiectivi loco positum alterum excipiat; e. c. ܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ *spiritus sanctus* propr. *sanctitatis* (Matth. 4, 1.), ܚܟܡܬܐ ܕܒܣܪܐ *sapientia carnalis* (2 Cor. 1, 12.), ܐܘܕܢܐ ܝܡܝܢܬܐ *auris dextra*, ܐܝܕܐ ܣܡܐܠܬܐ *manus sinistra.* *Materiem* alicuius rei significaturi et nomen prius in stat. emph. aut cum suff. alteri, particula ʾ ab initio aucto, praemittunt et solum abstractum in stat. absoluto aut cum suff. ponunt ʾ tamen praemisso, ut ܐܢܐ ܒܣܪܐ ܐܢܐ *ego carnis (carnalis) sum* (Rom. 7, 14.), ܢܡܘܣܐ ܕܪܘܚܐ *lex spiritus (spiritualis) est* (ib.). Idem faciunt in nonnullis aliis praedicatis, e. g. ܕܐܝܟ ܐܠܗܐ prop. *ea, quae Dei sunt* i. e. *divina* (Hebr. 2, 17. 5, 1.), ܕܩܝܣܪ *τὰ τοῦ Καίσαρος* et ܕܐܠܗܐ *τὰ τοῦ θεοῦ* (Matth. 22, 21.), ܒܥܠ ܒܝܬܐ ܕܟܢܘܫܬܐ *ex domesticis archisynagogi* (Luc. 8, 49.), aut cum suffixo, ut ܕܝܘܡܢܝܐ *daemoniacus* prop. *cui daemones sunt* (Marc. 5, 15. 16) [2]). Quin etiam adiectiva pro substantivis posita cum substantivo simili ratione coniunguntur, ut ܫܒܥܬܐ ܕܚܘܪܐ *hebdomas albarum* sc. vestium.

---

1) Hunc locum iam Amira (Gramm. Chald. p. 458) laudavit.

2) Apud Aethiopes eundem morem invenis, quippe qui, priori in stat. abs. manente, nomini posteriori H : (*sa*) praeponunt (cfr. *Ludolf.* gramm. aeth. p. 137. ed. 2.); Syri ἐλλειπτικῶς, uti videtur, uno solo nomine et nonnisi ʾ praeiecto eundem in finem uti possunt.

3) Rarius substantivo qualitatis primus tribuitur locus, id quod praecipue de ܟܠ *omnis*, prop. *universitas* valet, quae vox ? ante nomen alterum vix permittit, suff. vero pleonastice positum amat, ut ܟܠ ܕܪܘܬܐ *omnes generationes* (Matth. 1, 17.), ܟܠ ܥܡܐ *tota multitudo* (Luc. 11, 23).

4) Praecipue vero adiectiva possessionis, consuetudinis, similitudinis, alia, periphrastica ratione indicantur. In quem finem quaedam potissimum nomina adhibentur; ܐܒ vero *pater*, et ܐܡ *mater*, nomina Arabibus hac in re usitatissima [3]), a Syris nonnisi perraro ita usurpantur, e. c. ܐܡ ܩܪܢܐ *cranium* prop. *mater capitis*, ܐܡ ܡܝܐ ὑδραγωγὸς prop. *mater aquae* (Sir. 24, 34). Eorum, quae saepius nobis occurrunt, haec potiora esse videntur.

a) ܒܝܬ *domus* significat quemvis locum, in quo aliquid versatur e. c. ܒܝܬ ܐܣܝܪܐ et ܒܝܬ ܐܣܘܪܐ *carcer*, ܒܝܬ ܚܢܝܢܐ et ܒܝܬ ܦܢܝܟܐ *diversorium*, ܒܝܬ ܡܦܠܛܐ *asylum*, ܒܝܬ ܪܗܛܐ *praetorium* et κριτήριον, ܒܝܬ ܟܢܘܫܬܐ *synagoga* et *synedrium*, ܒܝܬ ܩܒܪܐ et ܒܝܬ ܡܕܝܢܬܐ *sepulcrum*, ܒܝܬ ܓܒܝܐ *locus publicanorum*, ܒܝܬ ܡܠܟܐ *urbs regia* (1 Macc. 7, 2.), ܒܝܬ ܡܥܡܕܢܐ *βαπτιστήριον* (Mich. Chrest. Syr. p. 55, 7), ܒܝܬ ܢܘܪܐ *caminus* (ib. p. 96, 13.); aut quodvis alicuius rei receptaculum designat, ut ܒܝܬ ܒܣܡܐ *thuribulum* (Hebr. 9, 4), ܒܝܬ ܓܙܐ *gazophylacium*, ܒܝܬ ܙܝܬܐ *olivetum*, ܒܝܬ ܣܦܪܐ *capsa libraria* (2 Tim. 4, 13.), ܒܝܬ ܙܝܢܐ *armamentarium*, ܒܝܬ ܣܗܕܘܬܐ *martyrium* (Mich. Chrest. Syr. p. 62, 7.), ܒܝܬ ܨܠܡܐ τὸ εἰδωλεῖον (Ass. Bibl. Orient. T. III. P. II, p. 172.), ܒܝܬ ܩܘܪܒܢܐ ὁ κορβανᾶς (Matth. 27, 6.), ܒܝܬ ܐܪܬܐ *stapia;* et in nominibus *urbium, pagorum*, quin etiam *regionum* saepissime reperitur [4]), e. c. ܒܝܬ ܐܪܡܝܐ *Aramaea* (*Ass.* l. l. T. I. p. 354.) ܒܝܬ ܚܘܣ *Ahvas*, *Huziorum regio*, (l. l. 352), ܒܝܬ ܦܪܣ *Persia*, ܒܝܬ ܪܘܡܝ *Romanorum regio* [5]); neque desunt exempla fluviorum hac quoque voce signatorum, ut ܒܝܬ ܟܘܟܠ *Bethcolosch* (Ass. l. l. T. II. p. 106.).

Interdum aliam quoque ac singularem constituit significationem, ut ܒܝܬ ܒܟܐ *luctus* (Gen. 27, 41.), ܒܝܬ ܚܬܢܐ ὁ γάμος (Matth. 25, 10.), ܒܝܬ ܝܠܕܐ *horoscopus, dies natalis* [6]), ܒܝܬ ܣܥܘܕܬܐ *convivium* (Barh. Chron. p. 535, 14.) [7]).

---

3) Cfr. exempla a *Golio* in lexic. Arabico-lat. col. 10—11 et 147—150 laudata.

4) Permulta exempla huius generis collegimus in *Encyclop. Halens.* T. IX sub voce *Beth.*

5) Multa urbium nomina ܒܝܬ sive praeiicere sive omittere possunt, e. c. ܒܝܬ ܟܠܦ et ܟܠܦ ܒܝܬ *Laphet* (prima Huziorum urbs).

6) Originem huius formulae bene illustravit *Lud. de Dieu* ad Matth. 14, 6 (Crit. sacr. p. 347.).

7) Cum his nolis confundere composita ea, in quibus ܒܝܬ *inter* significat, ut ܒܝܬ ܢܗܪܝܢ *Mesopotamia*, ܒܝܬ ܥܝܢܐ *frons*, alia.

b) ܒܪ *filius*, Plur. ܒܢܝ, ut ܨܝܕܢ ܒܢܝ *Tyrii*, ܟܪܝܛܝܣ ܒܢܝ *Cretenses*, ܒܪܢܫܐ *homo* (pro ܒܪ ܐܢܫܐ) [8]), ܐܝܬܝ ܒܢܝ *οἱ ἐντόπιοι*, ܒܢܝ ܒܝܬܐ *οἱ οἰκεῖοι* (1 Tim. 5, 8.), ܒܪ ܩܪܝܒܐ *cognatus* (Rom. 11, 14), ܒܪ ܙܢܝܐ *nothus* (Deut. 23, 2.), ܒܪ ܕܡܘܬܐ *similimus* (Ephr. Opp. T. I. p. 46. E.), ܒܪ ܙܪܥܐ *seminabile*, ܒܪ ܗܪܣܝܐ *haereticus*, ܒܢܝ ܐܡܡܐ *gentiles*, ܒܪ ܦܠܓ *cum alio dividens* (Ephr. T. I. p. 75. E.), ܒܪ ܛܟܣܐ *aulicus* (Assem. l. l. T. II. p. 248), ܒܢܝ ܨܠܡܐ *idololatrae*, ܒܪ ܡܠܐܟ *ὁ σύγκελλος* (Mich. chrest. p. 63, 17), et poeticae ac tropicae dicendi formulae ܒܪ ܐܠܘܢ *generosa stirpe ortus*, propr. *filius quercuum* (Assem. l. l. T. I, p. 243), ܒܪ ܙܝܪ *fimbria collaris*, propr. *filius colli* (Ps. 132 (133), 2.) ܒܪ ܫܘܚܐ *fossa* propr. *filius muri* (Jes. 26, 1.) [9]). In nonnullis phrasibus ܒܪ non solum alii nomini, sed etiam nomini cum adiectivo iungitur, e. c. ܒܪ ܐܝܓܪ ܣܓܝ *εὐγενὴς* (Luc. 19. 12), ܒܪ ܬܪܝܢ ܡܢܝܢ *duplicem partem accipiens* (Ephr. T. I. p. 75. E.); in permultis *societatem* denotat, ideoque graecis compositis, quae ab *σὺν* aut *ὁμὸς* incipiunt, vertendis inservit, ita ܒܪ ܚܕܬܐ *ὁ ὁμότεχνος*, ܒܢܝ ܚܕܪ *οἱ συγκληρονόμοι*, ܒܪ ܚܕ ܛܒܥ *eadem natura praeditus*, ܒܢܝ ܒܝܬ ܟܢܘܫܬܐ *οἱ σύνοδοι, συνέκδημοι*, ܒܢܝ ܒܝܬ ܡܕܝܢܬܐ *οἱ συμπολίται*, ܒܪ ܡܙܘܢܐ *ὁ σύντροφος*, ܒܪ ܣܘܕܐ *commensalis*, ܒܪ ܒܗ *coaetaneus* (Dan. 1, 10), ܒܢܝ ܒܝܬ ܒܗ *οἱ συμφυλέται*. Non raro *similitudo* et *consensus suffixo* alteri nomini addito indicatur, e. c. ܒܪ ܚܒܪܝ *socius meus*, *σύζυγός μου*, ܒܢܝ ܥܡܝ *συνηλικιῶταί μου*, ܒܪ ܝܘܡܗ *eiusdem sententiae addictus* et singulares loquendi formulae ܒܪ ܝܘܡܗ *filius diei sui* i. e. *eundem diem agens*, *eodem die* (Deut. 24, 15), ܒܪ ܫܥܬܗ *filius horae suae* i. e. *eadem hora*, *illico*, *statim* (Matth. 13, 5.) [10]). In paucis exemplis, equidem opinor, pleonastice ܒܪ positum est, ita ut phrasis eo composita nonnisi nudum nomen significet; ita intelligo ܒܪ ܚܪ et ܒܢܝ ܚܪ *ὁ ἐλεύθερος* et *οἱ ἐλεύθεροι* [11]), ܒܪܢܫܐ *homo*, alia.

---

8) Notionem eam Syri alia ratione exprimere nequeunt, quare vel Adamus, patre carens, eo nomine insignitur.

9) *I. D. Michaelis* (Gramm. Syr. p. 256) hanc explicationem falso reiecit et vocem ܒܪ pro particula *extra* sumit. Haud scio an idem in explicanda phrasi ܒܪ ܐܝܠܐ *lunaticus* (Matth. 17, 15) a vero aberrarit paullisper; interpretatur enim *homo extra tecta* (qui domi non manet), et *Castellum* reprehendit, qui *filius tectorum* i. e. *tecta scandens* vertit.

10) Primitiva huius phrasis significatio non respicitur, qua re eam cum Sing. fem. quoque et Plur. subiecti coniungere potes, quod exempla Matth. 20, 34 et 21, 20 monstrant.

11) Mirum est, quod Eleutherus quoque fluvius ܒܪ ܚܪ 1 Macc. 11, 7 audit.

c) ܒܪܬ *filia*, Plur. ܒܢܬ, eodem modo in nonnullis phrasibus obvium est, ut ܒܪܬ ܡܘܠܬܐ *circumcisio*[12]), ܒܪܬ ܨܡܩܐ *gummi circa fistulam marinam collectum*, ܒܪܬ ܡܛܠܬܐ *mantile*; ܒܪܬ ܫܘܫܒܢܐ *radix linguae*, it. *ulcus in ea*, ܒܪܬ ܐܨܒܥܐ *digitale*, ܒܪܬ ܫܝܙܒܐ *annulus*; in aliis exemplis hac copulatione notioni nulla accedit intensio, ut ܒܪܬ ܫܒܝܐ *manumissa*, (1 Macc. 11, 7), ܒܪܬ ܩܠܐ *vox*, et Plur. ܒܢܬ ܐܢܫ̈ܐ, ܒܪܬ ܥܢܒ̈ܐ *botrus*, deinde vero tropice σταφύλωμα (vitium oculi). Non raro ܒܪܬ pro ܒܪ usurpant, e. c. ܒܪܬ ܐܒܪܗܡ *filii Abrahami* (Ephr. T. II. p. 123. E.), ܒܪܬ ܥܡܡܐ *pagani* (ib. T. III. p. 224. B. C.), ܒܪܬ ܥܡܐ (ib. p. 216. C.) et ܒܪܬ ܥܒܪܝܐ *Hebraei*, ܒܪܬ ܥܡܗ *filia populi sui* pro *populus suus* (Assem. Bibl. T. I. p. 318, 13.), ܒܪܬ ܝܪܘܫܠܡ *Hierosolymitani* (Matth. 21, 5.).

d) ܡܪܐ *dominus* v. g. ܡܪܐ ܕܒܒܐ *inimicus*[13]), ܡܪܝ seu ܡܪܝܐ *adversarius* (Ephr. T. II. p. 369. E.), ܡܪܐ ὁ ἀντίδικος, ܡܪܐ *consiliarius*, ܡܪܐ *Aethiops* (Cast. Lex. Syr. ed. Mich. p. 477 et 111.), ܡܪܐ *littus*, *scopulus marinus* (ib.), ܡܪܐ *foederatus*, ܡܪܐ ܕܫܡܝܐ *dominus coelorum*, ὁ Ζεὺς (2 Macc. 6, 2.), ܡܪܐ ܕܬܚܘܡܐ *finitimus* (2 Par. 14, 5.).

e) ܡܪܝ *dominus*, pariter ac ܡܪܐ et alia eiusdem significationis vocabula, auxiliare est, v. c. ܡܪܝ ܒܥܐ *creditor*, ܡܪܝ ܒܪܝܐ *strenuus*, ܡܪܝ ܡܕܝܢܐ *divites*.

f) ܪܒ *princeps*, *praefectus*, v. g. ܪܒ ܐܠܦ̈ܐ ὁ χιλιάρχης, ܪܒ ܒܝܬܐ ὁ οἰκονόμος, ܪܒ ܒܪܝܐ *praefectus militiae* et Plur. ܪܒ̈ܪ̈ܒ̈ܢ, ܪܒ ܟܗܢܐ ὁ ἀρχιερεὺς nomen auctori epistolae ad Hebraeos usitatum pro ܪܒ ܟܗܢܐ ab aliis N. T. scriptoribus eodem sensu usurpato, ܪܒ ܡܐܐ *centurio*, ܪܒ ܛܒ̈ܚ̈ܐ *coquorum praefectus*, ܪܒ ܡܕܝܢܬܐ ὁ ἀρχιτελώνης, ܪܒ ܡܠܚܐ *nauclerus*, ܪܒ ܓܕ̈ܕ̈ܐ *dux satellitum*, ܪܒ ܣܘܣܝܐ *equiso*, ܪܒ ܟܘܪ̈ܣ̈ܝ̈ܐ ὁ ἀρχιποιμήν, ܪܒ ܩܠ̈ܝ̈ܐ *princeps pincernarum*. Etiam stat. constr. fem. ܪܒܬ simili modo adhibetur; quod cum fit, interdum abstracta oriuntur, e. c. ܪܒܬ ܟܗܢܘܬܐ ἡ οἰκονομία, ܪܒܬ ܟܗܢܐ (etiam ܪܒ ܟܗܢܐ) *summum sacerdotium*.

g) ܪܝܫ *caput*, *initium*, *princeps* in variis vulgo usurpatur loquendi formulis, namque non raro *extremam rem* (de loco), ut ܪܝܫ ܟܪܣܐ *os ventriculi*, ܪܝܫ ܣܡܟܐ *baculi vertex*, ܪܝܫ ܡܪܝܬܐ *os oesophagi*, ܪܝܫ ܒܘܥܐ *scaturigo fontis*, cet., aut alicuius rei *initium* (de *tempore*) denotat, e. c. ܪܝܫ ܝܪܚܐ *novilunium*, saepissime vero de iis, qui

---

12) *Castellus* (Heptagl. col. 421.) et *I. D. Michaelis* (in lexico Castelliano p. 117.) hanc formam afferunt nullum auctorem excitantes. Quid verba proprie significent, difficile est dictu.

13) Etymon vocis ܡܕܝ dubium videtur, non male vero Arabicum ذبّ eiusque derivata cum ea comparant.

alicui rei praesunt, ut ܪܫ ܟܢܫܬܐ ὁ ἀρχιερεὺς, ܪܫ ܟܢܘܫܬܐ *caput synagogae*, ܪܫ ܐܪܟܝܓܓܠܘܣ ὁ ἀρχάγγελος, ܪܫ ܐܪܟܝܛܪܝܟܠܝܢܘܣ ὁ ἀρχιτρίκλινος, et cum ? ante vocabulum alterum ?ܪܫ *caput ordinum*, et abstractorum significatione ܪܫ ܦܪܘܛܘܟܐܬܕܪܝܐ *πρωτοκαθεδρία* et ܪܫ ܦܪܘܛܘܟܠܝܣܝܐ *πρωτοκλισία* (Matth. 23, 6).

Annot. Nominibus propriis populorum Syri *adiectivi* formam indunt ab Hebraeorum more recedentes, locorum appellationibus etiam incolas denotandi. Qua re Syriaca V. T. versio illam consuetudinem non solet imitari. Neque tamen desunt omnia huius generis exempla; nam ?ܐܘܪܗܝ *Edessa* (Ass. B. O. T. I. p. 51. not.), ܐܦܪܝܩܝ *Africa* (Barh. Chron. p. 150, 12.), ?ܕܪܐ *Dara* (ib. 87, 20 ss.), ܬܓܪܝܬ *Tagrit* (ib. 248, 6.) ܡܨܪܝܐ *Aegyptus* (ib. 35, 7.) pro *incolis* quoque posita sunt. Ex eodem genere sunt ?ܥܪܒܝܘܬܐ *Arabismus* pro *gente Arabica* aut *Mohammedanis in genere* (ib. 129, 4. 580, 1.)[14]), et appellativa ?ܐܢܫܘܬܐ *humanitas* pro *incolis* regionis et urbis (ib. 561, 6.) aut pro *asseclis* alicuius (ib. 121, 6.), ?ܡܠܟܝ *regio* pro incolis (ib. 588, 7.) ?ܒܝܬ ܡܕܪܫܐ *tentorium* pro: tentoria habitantes (ib. 194, 6.), ?ܡܕܝܢܬܐ *urbs* pro *incolis* (Ass. B. O. T. I. 53, 8 a fine), ?ܕܝܪܐ *monasterium* pro *monachis* (Mich. chrest. Syr. p. 77, 15 ss.).

5) Nonnulla adiectiva substantivorum vicibus funguntur non solum sicubi substantivum omissum subintelligitur, id quod praecipue recentiori Syriasmo in nominibus dignitatum ecclesiasticarum usu venit, ut ܩܕܝܫܐ *sancti* et ܚܣܝܐ *pii* i. e. *episcopi* (Mich. Chrest. p. 82, 4.), ?ܙܘܙܐ *albi* i. e. moneta argentea, (Ass. Bibl. T. II. p. 377.), ?ܫܒܬܐ ܚܕܬܐ *hebdomas albarum* (sc. vestium), sed etiam neutraliter, itaque pro abstractis, ut ?ܛܒܬܐ ܛܒ *dies bonae* i. e. *dies bonus* (Eccl. 7, 15).

§. 109.

Articuli significatio; usus status emphatici.

1) Quamquam Syris Aramaea *articulum definitum* emphatico nominis statu indicandi non ignota fuerit consuetudo, tamen tam multae ac variae huius rei reperiuntur exceptiones (§. 92.), ut quae in aliis Semiticae linguae filiabus de articuli usu valent praecepta, huc vix transferri queant. Etenim non solum eorum nominum, quorum status absolutus obsolevit, sed etiam per-

14) Hoc sensu generaliori etiam ?ܛܝܝܢܐ *Arabes* pro *Mohammedanis* in universum in Barhebraei Chronico usurpatur e. c. p. 500, 9. cfr. *Lorsbach. Archiv für die morgenl. Liter.* P. I. p. 277. n. 87.

multorum aliorum forma emphatica indefinite ponitur. Itaque Ies. 7, 14 legimus ܗܵܐ ܥܠܡܬܵܐ ܚܒܠܬ ܘܝܠܕܬ ܒܪ *ecce: virgo concipiet et filium pariet*, quo in loco auctor Hebraeus וְיוֹלֶדֶת בֵּן sine articulo scripsit. Quare nomen Gen. casum regens statu emphatico potest uti, ita tamen, ut plerumque nota Gen., nempe ʾ, ante eum scribatur, ut ܩܵܬܵܐ ʾ ܪܝܫ ܐܝܩܘܢܝܘܢ *princeps Iconii*, ܥܕܬܵܐ ʾ ܪܒܬܵܐ ܕܣܘܦܝܵܐ *ecclesia magna sanctae Sophias* (Barhebr. Chr. p. 444, 6 et 10.), quamquam non omnino desiderantur exempla ʾ omissi, e. c. ʾ ܐܘܩܝܢܘܣ ܪܒܐ ܕܡܚܘܐ ܠܐܠܦ ܘܡܐܬ ʾ *qui* (sinus Arabicus) *longitudinem* 1400 *milliarium complectitur* (Ephr. Opp. T. II. p. 123. A.).

2) Cum ergo stat. emph. vis paene perierit, ad ambiguitatem sermonis tollendam pronomen ܗܘ articuli loco, sed nonnisi perraro usurpatur, ut ܕܡܬܝܗܒ ܗܘ ὁ ἀσθενῶν (Io. 5, 7.), ܕܡܬܐ ܗܘ ὁ ἄνθρωπος (ib. v. 15.), aut ܗܘ postposito, ܗܘ ܕܡܬܐ (ib. v. 9.); saepe etiam ʾ intercedit ʾ ܨܥܝܪ ʾ ܗܘ τὸ ἔλαττον (Hebr. 7, 7.). In scriptoribus serioris temporis huius generis exempla saepius obvia sunt; inprimis vero Philoxeniana bibliorum versio Graecum articulum tali modo compensavit.

3) Quamquam vero, Syris non ubique sibi constantibus, nulla de stat. emph. ponendo adferri queat norma certa, tamen ille status in universum et plerumque iis adstringitur legibus, quae Hebraeorum articulo scriptae sunt[14]). Nam nomina *hominum* propria non utuntur forma emphatica; quae vero eius esse videntur, ut ܐܣܐ *Asa*, in fine ʾ rad. habent. Idem vero nominibus *locorum* et *regionum* non evenit; quippe quae saepe stat. emph. usurpant. Nomina suffixis augenda eum stat. non admittere, sponte intelligitur (§. 93.). Nomen vero Gen. regens, quod apud auctores Hebraeos puritati faventes articulum arcet, emphaticam admittit formam, dummodo sequenti particula ʾ praemittitur.

4) Cum certum *definiti* articuli signum desit, vix *indefiniti* quaesieris indicem. Vulgo vero, ubi de re quadam in genere disseritur, absoluta nominis forma in usu est, ut Matth. 24, 2. ܐܒܢ ܥܠ ܐܒܢ *lapis super lapidem*, Gal. 2, 16. ܟܠ ܒܣܪ *ulla caro;* tamen deprehenduntur etiam exempla emphaticae formae aut vocabuli ܚܕ *unus* et ܚܕܐ *una* in hunc finem adhibiti, e. g. Marc. 14, 51. ܚܕ ܥܠܡܐ *iuvenis quidam*, et Matth. 21, 19. ܚܕܐ ܬܐܢܬܐ *ficus quaedam.*

---

14) *Lud. de Dieu* quidem (Gramm. lingg. orientt. p. 113—117.) hanc rem tetigit, regulis tamen nonnullis necessariam non dedisse videtur restrictionem.

§. 110.

De genere.

1) Plura nomina in Plur. alius quidem generis *terminationem* atque in Sing. recipiunt, neque vero, quod eorum constructio manifesto docet, revera aliud induunt genus. Etenim genus definiendi officium Sing. soli competit. Itaque ܐܬܪ̈ܘܬܐ *regiones*, ܐܬ̈ܪ̈ܥ̈ܐ *serpentes*, ܐܬ̈ܟ̈ܣ̈ܐ *copiae*, ܝܘܡ̈ܐ *dies*, ܐܬ̈ܪ̈ܬ̈ܐ *muli*, ܐܬ̈ܪ̈ܘ̈ܢ̈ܐ *throni*, ܐܬ̈ܟ̈ܠ̈ܐ *corda*, ܐܬ̈ܠ̈ܝ̈ܐ *noctes*, ܐܬ̈ܢ̈ܗ̈ܪ̈ܐ *fluvii* ab ܐܬܪ, ܐܬ̈ܪ̈ܥ̈, ܐܬ̈ܪ̈, ܐܬ̈ܟ̈, ܐܬ̈ܪ̈ vel ܐܬ̈ܪ̈, ܐܬ̈ܪ̈ܘ̈ܢ̈, ܐܬ̈ܟ̈, ܐܬ̈ܠ̈ et ܐܬ̈ܢ̈ proficiscentia in Plur. quoque tanquam *masculina*, sed ܐܡ̈ܐ *cubiti*, ܐܝ̈ܢ̈ *ova*, ܐܓ̈ܠ̈ *carbones*, ܐܓ̈ *horti*, ܐܕ̈ *lacrymae*, ܐܒ̈ *tritica*, ܐܛ̈ *guttae*, ܐܦ̈ *volae*, ܐܠ̈ *lateres*, ܐܡ̈ *verba*, ܐܫ̈ *pili*, ܐܟ̈ *cavernae*, ܐܥ̈ *naves*, ܐܥ̈ *uvae*, ܐܩ̈ *grana*, ܐܢ̈ *anni*, ܐ̈ *horae*, ܐ̈ *fundamenta* tanquam *feminina* construuntur, quia Sing. eorum ܐ̈ܬ̈ܐ, ܐ̈ܕ̈ܐ, ܐ̈ܪ̈ܘ̈ܢ̈ܐ, ܐ̈ܪ̈, ܐ̈ܕ̈ܐ, ܐ̈ܫ̈, ܐ̈ܛ̈, ܐ̈ܦ̈, ܐ̈ܟ̈, ܐ̈ܠ̈, ܐ̈ܡ̈, ܐ̈ܥ̈, ܐ̈ܟ̈ܐ, ܐ̈ܥ̈, ܐ̈ܩ̈, ܐ̈ܢ̈, ܐ̈ *hora*, ܐ̈ hoc genus postulat [1]). Rarissime tamen hac regula neglecta *terminationis* ratio habetur, ut ܐܬ̈ܪ̈ܥ̈ܐ ܕܡ̈ܥ̈ܪ̈ܒ̈ܬ̈ܐ *regiones occidentales* (Barhebr. Chron. 592, 10. 11.) et ܐܬ̈ܪ̈ܥ̈ܐ ܟ̈ܠ̈ܗ̈ *omnes regiones* (ib. 593, 10.), ܡ̈ ܕ̈ ܐ̈ ܐ̈ ܐ

masc. sequitur (Barh. Chron. 159, 10.). Nomen abstractum pro concreto positum eandem ob caussam concreti adipiscitur genus; qua re nomina *munerum* terminationis femininae de viris usurpata in vocum structura pro masculinis habentur. Idem valet de nominibus *loci*, si per metonymiam pro hominibus in eo degentibus ponuntur (§. 108, 4. Annot.), ut ܬܶܝܕܳܐ *tentorium* pro *familia* Barh. Chron. 194, 6. masc. est.

3) Id, quod aliae linguae *neutro* genere, Syri *feminino* indicare solent, ut ܩܰܫܝܳܐ ܘܰܨܠܺܝܒܳܐ *firmum aliquid et densum* (*Kirsch.* chrest. Syr. p. 188, 6.); vid. etiam Barh. 253, 16. Hanc ob caussam abstracta hoc genus amant, et adverbia plura, quae a nominibus mutuantur, formam femininam sequuntur.

§. 111.

De numero.

1) Nomina quaedam Plur. non admittunt, praecipue ea, quae res fluidas, metalla, alia huius generis significant; si vero materies, quam denotant, pluribus constat frustis vel granis, Plur. adhibetur. Itaque varia frumenti genera ܚܰܛܬܳܐ *triticum*, ܣܥܪܳܐ *hordeum* etc. Plur. ܚܛܶܐ, ܣܥܪܶܐ admittunt, ubi tanquam grana laudantur. Idem de ܐܰܣܬܳܐ *lignum* et Plur. ܐܶܣܶܐ valet.

2) Nonnulla singularia significatione Plur. utuntur, qua re huius numeri signo, punctis Ribui, ornantur. Plura eorum vide §. 91, Annot. 8. Nonnulla Plur. significatum sibi interdum tantum vindicant, ut ܓܶܢܳܐ *pars* pro ܓܰܪܡܶܐ ܕܰܩܝܺܣܶܐ *martyrum ossibus* seu *reliquiis* (*Mich.* Chrest. Syr. 101, 15.), ܐܰܒܳܐ *locusta* pro Plur. (ib. 64, 6.); cfr. etiam *Barh.* Chron. 115, 10. 11., ubi ܒܰܪܕܶܐ, ܥܰܡܡܶܐ et ܙܰܘܥܶܐ collective ponuntur, et ib. 333, 13.

3) *Plur. excellentiae* nominum, quem dicunt, sermo Syriacus non agnoscit nisi per imitationem Hebraicae linguae, ut ܐܶܠܳܗܶܐ et ܐܰܕܳܢܶܐ pro אֱלֹהִי [1]). Poetae tamen Plur. interdum pro Sing. usurpant, praecipue *intensionem* indicaturi, ut ܠܳܐ ܒܰܣܛܽܘܦܶܐ ܚܰܟܡܬܳܐ ܘܠܳܐ *neque sapientiis* (i. e. magna sapientia, sapientiae fastu) *mortem adipisci* [2]). Apud prosaicos scriptores ܫܽܘܪܳܝܳܐ *initium*, ubi de tempore ponitur, non raro Plur. forma utitur, e. g. 2 Macc. 8, 26 ܫܽܘܪܳܝܶܐ ܕܡܰܠܟܽܘܬܳܐ *initium*

---

1) 2 Par. 20, 17. Ps. 5, 1.; 110 tit., *Mich.* chrest. Syr. p. 30, 11. *Ephr.* III, 5. B.

2) *Hahn.* et *Sieffert.* chrest. Syr. p. 7, 14. 15.

sabbati, Barh. Chron. 533, 5. ܩܕܡ ܫܒܬܐ *initium ieiuniorum* [3]), cfr. et Ass. Bibl. Or. T. III. P. II. p. 381.

§. 112.

Appositio et geminatio nominum.

1) Nomen alteri appositum aliquam huius definitionem vulgo involvit, ut ܐܒܓܪ ܢܒܝܐ ܡܫܝܚܐ *Abgarus, Messiae amicus.* Ita nominibus propriis *regionum* et *urbium* appellativa ܡܕܝܢܬܐ *urbs, regio* (§. 108, 4. a.), ܐܝܬܐ *insula*, ܩܪܝܬܐ *urbs*, ܩܪܬܐ *oppidum* et ubi de metropoli magnae regionis sermo est, ܪܒܬܐ *magna, metropolis* adiunguntur. Tali vero nomini proprio cum appellativo coniuncto plerumque quidem priorem tribuunt locum, neque tamen rara sunt exempla vocum aliter collocatarum, ut ܟܠܗ ܐܝܬܢ (*Kirsch.* chrest. Syr. 194, 5.). Non raro autem Genit. eundem in finem usurpatur, e. g. ܡܢ ܐܬܪܐ ܕܡܣܝܐ *a regione Mysiae*, (ib. 194, 10.). Ea vero appositio saepissime usurpatur, si nomine priori numerus, mensura, pondus aut tempus accuratius describitur. Huius generis est etiam constructio vocis ܟܠ alteri nomini postpositae, ut ܟܠ ܥܡܐ *populus totus* prop. *populus, universitas eius* (populi).

2) Geminatio eorundem nominum sine copula aut a) *multitudinem* significat, e. g. Marc. 6, 4. ܒܟܪܟܐ ܒܟܪܟܐ *in permultis areolis* aut b) *distributionem:* ܕܝܢܪ ܕܝܢܪ *ἀνὰ δηνάριον* (Matth. 20, 9.), ܦܪܦܪ ܦܪܦܪ *turmatim* et ܟܡܐ ܟܡܐ *cumulatim* (Barheb. Chron. 334, 7. 8. 11.), ܐܝܫ ܒܝܫ ܠܐ ܐܝܫ *et singuli singulos nos prehenderunt.* Praecipue vero *numeralia* bis posita distributivum indicant (§. 99, Annot. 1.), ut ܐܪܒܥܝܢ ܐܪܒܥܝܢ *quadrageni*, ܟܠ ܒܪ ܒܪ *omnibus et singulis* (Barheb. Chron. 176, 11.). c) Hac geminatione saepe notiones *omnis, unusquisque* designantur, ita ܟܠ ܚܕ ἕκαστος (Matth. 25, 15.), ܟܐ ܕܟܐ *κατὰ τόπους* (ib. 24, 7.), ܟܬܪܬܐ ܕܟܬܪܬܐ *κατὰ πόλιν* (Tit. 1, 5.); ܚܕ ܡܢ ܚܕ *unum post alterum, ex ordine* (Act. 11, 4.). d) *Intensivam* quoque vim nomen bis positum non repudiat, ut ܒܝܫ ܒܝܫ *valde malum* (2 Thess. 3, 6.), ܙܥܘܪ ܙܥܘܪ *parum* (Io. 6, 7.); eam ob caussam *superlativus* (§. 116, 2.) hac geminatione indicatur. e) *Diversitas* denique hoc modo potest significari, e. g. ܒܝܫ ܒܝܫ ܠܐ ܟܐ

---

3) *Kirschio* quidem (Chrest. Syr. p. 167) huius vocis forma in hoc loco offensioni fuit, sed immerito; ܟܠܗ sine dubia pariter ac multa alia feminina (§. 91, Annot. 2.) Plur. masc. assumit.

diversis malis affecti (Marc. 2, 17.), ܒܙܒܢ̈ܐ ܫܢ̈ܝ̈ *variis temporibus* (Io. 5, 4.), ܠܫܢ̈ܐ ܫܢ̈ܝ̈ *diversis linguis* (Act. 10, 46.), ܫܘܢܝ̈ ܫܘܢܝ̈ *diversum aliquid* (ib. 21, 34.) et ܫܐ̈ܠܬ̈ܐ ܫܢ̈ܝ̈ ܫܘܢܝ̈ *quaestiones variae.*

§. 113.

De Genitivo et statu constructo.

Quamquam Syri perinde ac Hebraei, nisi forte *stat. constructum* Genitivi terminationem nominaveris, suos nullis certis nominum terminationibus indicant *casus*, tamen de nominis constructione, signis casuum, scilicet particulis nomini praepositis, non facile obscuritatem quampiam relinquentibus, vix ac ne vix quidem ambigitur. De his autem casuum indicibus cum Syri et Hebraei, praesertim serioris aetatis, fere consentiant, in quibus differunt, ea praecipue illustremus.

1) Hebraei *Gen. constructo* nominis praecedentis *statu* significare solent, Syri vero quamquam idem facere licet, aliis Gen. indicandi rationibus magis delectantur. Huius rei caussam puto stat. absol. et constructi in Sing. masc. et Plur. fem. permultorum nominum non modo similitudinem sed etiam aequalitatem; namque si quis in nominibus huius generis Gen. statu constr. exprimeret, facile ea, qua decet, perspicuitate destitueretur. Exempla igitur stat. constr. pro Gen. positi in Plur. masc. crebriora sunt, ut ܐܦ̈ ܥܠ̈ܐ *superficies fluctuum* (Gen. 1, 2.), ܒ̈ܢ̈ ܐ̈ܝ̈ܫ̈ܪ̈ܐ̈ *filii Israelis*, ܒ̈ܝ̈ ܢ̈ܘ̈ *diebus Noachi* (Barh. 397, 2.), ܡ̈ܠ̈ܐ ܕ̈ܐ̈ *verba Dei*, ܫ̈ܢ̈ ܚ̈ܝ̈ *anni vitae meae* (Ephr. Syr. III, 428. D.), ܥ̈ܠ̈ ܣ̈ܛ̈ *superiores partes murorum* (Barh. 533, 7.), deinde in Sing. fem., ut ܒ̈ܐ̈ ܐ̈ܠ̈ܫ̈ܝ̈ *loco Ilschichatai* (Barheb. 516, 1.), ܕ̈ܝ̈ ܡ̈ *iudicium domini* (Ephr. III, 428. F.), ܫ̈ annus XV (Luc. III, 1.), ܥ̈ *in similitudine nubis* (Ephr. I, 117. A.), ܒ̈ ܥ̈ *in vicinia signi Zodiacalis piscium* (Barh. 597, 2.), ܓ̈ *retectio audaciae eorum* (ib. l. 9.). Reliqua huius rei exempla, ubi stat. constr. et abs. eadem utuntur forma, praecipue vocabula ܒ̈, ܒ̈, ܒ̈, ܒ̈, ܒ̈, ܒ̈, ܒ̈ cet. adiectivis quibusdam describendis inservientia (§. 108, 4.), aut ea, quae sola absolutam non constituunt notionem sequente nomine aliquo arctius definienda, facillime tanquam nomina stat. constructi produntur. Ex quorum genere sunt ܒ̈ *medium*, ܒ̈ *manus*, ܒ̈ *dies*, alia, ut ܒ̈ ܐ̈ *media in terra* (Ephr. I,

121. B.), ܒ ܒܝܫ ܒܝܥܐ *per incubationem* (ib. 117. F.) [1]), ܝܘܡ ܕܕܝܢܐ *dies iudicii* (ib. III, 429. C.), ܟܠܝܠܐ ܕܙܝܥܐ *corona victoriae* (Barh. 397, 14.), ܡܠܟ ܡܠܟܐ *rex regum* (ib. in permultis locis), ܥܠ ܟܐܦ ܝܡܐ *ad litus maris* (ib 532, 3.), ܠܘܬ ܢܗܪܐ *ad fluminis ripas* (Ephr. I, 121. F.), ܪܫ ܨܘܡܐ *initium ieiunii* (Barhebr. 530, 8.), ܣܦܪ ܗܢ ܕܕܗܒܐ *historiam huius auri* (ib. 335, 1.).

2) Ex altera Gen. signandi ratione, eademque Syris usitatiori, ei nomini, cuius Gen. requiritur, ʾ praefigitur. Quae res si evenit, nomen praecedens aut in *stat. emphat.*, aut cum *suffixo pleonastico* ponitur, ergo *verba Dei* aut ܡܠܝܗ ʾܐܠܗܐ aut ܡܠܝܗ ʾܐܠܗܐ vertenda sunt. Si quis accuratius ad hunc dicendi modum animadverterit, periphrasticum eum esse et Hebraico אֲשֶׁר לְ respondere, sua sponte intelliget. Suffixum pleonasticum, quod priori nomini adiungitur, posterioris numerum et genus sequitur; itaque Ephr. I, 116. D. ܘܒܪܐ ʾܐܠܗܐ ʾܐܪܥܐ ʾܘʾܐܠܗܐ ʾܫܡܝܐ *et fundavit Deus substantiam coeli et substantiam terrae*, ʾܐܡܘܬ ʾܥܪܒܝܐ *fides Arabum* (Barh. 231, 15.), ʾܒܪܝܬ ʾܢܘܒܝܐ *creatio nubium* (Ephr. ib. 8, C.) Raro etiam post stat. constr. ʾ praefixum, tanquam gen. nota, reperitur, e. c. ʾܝܘܡ ܕܥܠܡܝ *dies iuventutis meae* (Ephr. III, 429. F.), ʾܫܓܝܐ ܕܥܠܡܐ *errore idololatriae* (ib. I, 116. E.). Cum nominum peregrinorum status constr. ab absoluto raro discerni queat, ea hanc Gen. significationem amant, ut ʾܐܟܠܝܣ ʾܫܡܫܐ *solis eclipsis* (Barh. 397, 8.), ʾܐܣܩܠܢ ʾܪܒ ʾܐܣܩܠܢ *dux Ascalonis* (ib. 403, 3.), ʾܟܘܢܣ ʾܟܘܟܒܐ ʾܫܬ *conventus VI stellarum* (ib. 396, 18.). In iis vero locis, ubi nomen praecedens adiectivo utitur, aut utrique nomini sive una sive plures voces interiectae sunt, aut plures ab uno nomine pendent genitivi, nota ʾ ambiguitatis evitandae caussa omnino necessaria erat; unde Barh. 355, 12. ʾܡܐ ʾܗܢܐ ʾܡܛܠܬܐ ʾܕ ʾܫܢܝܢ ʾܬ ʾܐ *hoc onus XC annorum*, Ephr. I, 123. A. ʾܡܢ ʾܦܣܐ ʾܕ ʾܗܢܐ ʾܣܛܪܐ *ab septentrionali huius rubri (maris) parte*, ib. 117. B. ʾܐ ʾܕ ʾܦܓܪܐ ʾܗܝ *umbra est corporis*, Barh. 327, 7., ʾܘ ʾܫܬܐ ʾܕ ʾܕܡܐ ʾܘ ʾܕ ʾܓܒܪܐ ʾܘ ʾܕ ʾܣܒܐ ʾܘ ʾܕ ʾܛܠܝܐ ʾܘ ʾܕ ʾܒܬܘܠܬܐ ʾܘ ʾܕ ʾܥܘܠܠܐ ʾܘ ʾܕ ʾܩܫܝܫܐ ʾܘ ʾܕ ʾܫܡܫܢܐ ʾܘ ʾܕ ʾܩܛܝܣܐ ʾܘ ʾܕ ʾܒܪ ʾܩܝܡܐ ʾܘ ʾܕ ʾܒܪ ʾܩܝܡܬܐ ʾܘ ʾܫܬܐ *et bibit (gladius) sanguinem senum et puerorum, virorum et feminarum, sacerdotum et diaconorum, coenobitarum, solitariorum, monialium, virginum, infantium, sponsorum et sponsarum.* Quin etiam inveniuntur exempla nominis Gen. regentis omissi et notae ʾ ante unum, quod solum adest, nomen tanquam Gen. signum positae; ex

1) ܒ saepissime suam significationem in formulis huius generis prorsus perdit, id quod etiam aliis vocabulis, ut ʾܐ *superficies*, ʾ *medium*, accidit.

eorum numero est Barh. 328, 11.: ܐܠܐ ܐܝܟ ܕܢܚܢܐ ܘܐܝܟ ܠܝܪܡܝܐ ܘܠܗܠܝܢ ܕܡܫܘܝܢ ܠܗ ܒܟܠ ܡܕ ܕܐܡܪ ܗܘ *nostri non est, narrare, sed Ieremiae et eorum, qui eum aequant . .; Kirsch.* chrest. 216, 6 ss. ܠܐ ܒܠܚܘܕ ܕܝܘܢܝܐ ܐܠܐ ܐܦ ܕܪܘܡܝܐ ܝܕܥ ܗܘܐ *neque solum Graecorum scientia imbutus erat, sed etiam (scientia) Romanorum*, ib. 218, 6. ܘܦܘܓܪܗ ܕܐܚܘܗܝ ܕܗܕܣܝܘܣ ܩܕܝܫܐ ܣܗܕܐ ܗܘ ܘܩܒܠ *et sententiam capitalem, fratris sui (sententiae) similem, Hedesius, sanctus martyr, accepit.* Matth. 22, 21.

ANNOTATIONES.

1) *Status constr.* pro absoluto saepe ante praefixas aliasque particulas usurpatur; *a*) ante ܒ, et quidem saepius, ut ܒܢܝܬ̈ ܒܢܝܬ̈ *benedicta in mulieribus* pro *mulierum* (Luc. 1, 28), et similia ܫܦܝܪ̈ ܒܢܝܬ̈ *pulcra inter mulieres* (Cant. 1, 8.), ܒܫܘܒܐ ܒܪܝܪ̈ *ornata magnitudine* (2 Petr. 1, 17.) et ܫܦܝܪ̈ ܒܚܙܘܬܐ *pulcra adspectu* (Gen, 12, 11.), ܒܪܝܠܐ ܫܦܝܪ̈ ܐܒܢ ܝܩܪ̈ *gemma pretiosissima* (Barh. 531, 4.), ܒܝܘܡܘܗܝ ܣܒܝܪ̈ *provecta diebus suis* et in Plur. m. ܒܪܘܚ̈ ܓܐܘܬܢ̈ *inflati mente* (Luc. 1, 51.), ܟܕܒ̈ ܐܠܗܐ *Deum abnegantes* (Barh. 223, 3.), ܢܣܒ̈ ܦܢܝ̈ ὑποκριταί pr. *facierum acceptores* (Matth. 16, 3.), ܡܠܦ̈ ܝܕܥܬܐ *scientia imbuti* (Dan. 1, 4.), ܒܝܬ̈ ܣܒܝܪ̈ *provecti aetate* (Luc. 1, 7. 18), ܝܡܝܢ ܡܫܕܪ̈ *dextra iaculantes* (Act. 23, 23.); *b*) ante ܠ, ut ܥܒ̈ܕ ܬܐܘܒ̈ ἀκρατεῖς, *servi cupiditatum* (2 Tim. 3, 3.); *c*) ante ܡܢ saepe, ut in Sing. f. ܡܢ ܢܗܪܐ *fluvio ablata* (Apoc. 12, 15.), et in Plur. m. ܡܢ ܐܪܥܐ *emti ex terra* (ib. 14, 4.); *d*) ante ܥ, ut ܥܡ̈ ܒܥ̈ ἐπίορκοι (1 Tim. 1, 10.) et *e*) ante ܟܕ, ut ܢܛ̈ ܟܕ ܡܫܟ̈ *concumbentes cum maribus* (ib.).

2) Nomini, quod Gen. regit, et nomini in Gen. posito non solum una vox, ut apud Hebraeos[2]), sed etiam plures interiiciuntur, ut ܦܓܪܗ ܕܦܓܪܐ ܗܘ *umbra est corporis*, ܗܢܐ ܗܘ ܡܪܝܪܘܬܐ *hic humor fluctuum* (Ephr. I, 117. B. et C.), ܐܝܟ ܓܝܪ ܕܥܢܢܐ ܕܡܫܬܡܫ̈ ܗܘ *quemadmodum enim nubium famulitio* cet. (ib. 8, D.), ܣܠܩ ܟܠܝܠܐ ܗܘ ܥܠ ܪܫ ܡܢܫܐ *ascendit (corona) in caput Manassis*, et ܓܪܒ ܗܘ ܟܠ ܓܪܒ̈ *sors enim omnium par erat* (ib. II, 446. C et D.). Haec nominum regentis et recti disiectio propterea apud Syros usitatior est, quod Gen. nota ܕ satis clare indicatur.

3) Praeter regulam nota Gen. ܕ post stat. emph. omittitur, ut Ephr. I, 117. E. ܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܕܐܒܐ ܕܝܠܗ *spiritus sanctus Dei patris*; ib. 123. A. ܡܫܟ̈ ܐܘܪܟܐ ܕܡܐܐ ܪܒ̈ܘ *complectens longitudinem MCCCC milliarium.* Id quidem vulgo fit, ubi nominis appositio ad aliud nota Gen. definitum omnem arcet sermonis difficultatem, ut in titulo Psalmorum

---

2) *Gesenii Lehrgeb. der hebr. Spr.* §. 174. *Anmerk.* 3.

ܡܙܡܘܪ ܕܕܘܝܕ ܢܒܝܐ *Psalmi Davidis regis et prophetae.* In ܒܛܘܒܬ ܟܪܣܗ *beatitudines ventris* (Luc. 11, 27.), ܟܣܝܐ ܕܒܝܫܬܗܘܢ *velamen malitiae ipsorum*, Matth. 5, 22. Ps. 36, 7. ‖ pro ̣ ponitur; idem *auctorem* alicuius rei significat praecipue in titulis Psalmorum, (Ps. 4. 5. 6. 7. 8. 23.) *b*) ܕ eidem usui inservit, praesertim ad *originem* alicuius rei ab alia denotandam, ut ܝܩܪܐ ܕܡܠܟܐ *honorem a regibus* (Barh. 355, 11.), ܪܫܝ ܬܪܥܐ ܕܦܪܢܩܝܐ *arces cepit a Francis* pro *Francorum*, ib. 444, 9. ܣܓܝ̈ܐ ܕܝܘܢܝܐ *magnam Graecorum copiam* et post *numeralia* e. c. ܚܕ ܡܢ ܐܣܝ̈ܐ *unus e medicis* (ib. 372, 9.), ܣܓܝ̈ܐ ܕܢܝܢ *multi eorum* (ib. 444, 10.). *c*) Etiam ܕ Gen. vicibus interdum fungitur, e. c. ܡܕܝܢܬܐ ܕܐܝܕ̈ܐ *insignes eorum* (ib. 397, 9. 10.).

4) *Nomina propria* quamquam appellativis rarius Gen. recipiunt, tamen denominationes regionum, urbium, fluminum, si qua accuratiori determinatione gaudent, Gen. admittunt, ut 1 Sam. 17, 12. ܒܝܬ ܠܚܡ ܕܝܗܘܕܐ *Bethlehem Iudaeae*, Luc. 4, 26. ܨܪܦܬ ܕܨܝܕܘܢܝܐ, c. 2, 4.

5) Quemadmodum reliqui Semitae nomen Gen. regens alteri praeponunt, ita etiam Syri; ubi ergo alia vocum collocatio deprehenditur, non mere Syriacam sed peregrinam eam esse iudicabis, praecipue Persicae originis. Huius igitur generis formae apud eos potissimum scriptores inveniuntur, qui Persicis fontibus usi sunt, inprimis Barhebraeum, ut composita ܐܪܕ ܟܘܒܐ *farinam extundens*, ܐܪܓ ܓܝ *rex gloriae*, *primas* e pers. ارج gloria et گي *gigas*, ܐܫܬܪ ܙܪܓ *struthio* compositum ex اشتر *camelus* et مرغ *avis*, ܕܪܝܘܫ *Daricus* fortasse pers. داراي شكون *Darii figura* s. *vultus*, ܙܪܕܐܫܬ pers. زرداشت *auri stella* (*Zoroaster*), alia. Utriusque vocis in his exemplis et collocatio et coniunctio in unum vocabulum ab Semiticis formationis legibus abhorrent.

3) Genitivus non solum *active* sed etiam *passive* usurpatur, i. e. nomen, quod in Gen. ponitur, non semper subiectum, in quo id inveniatur, quod nomen regens significat, sed etiam obiectum prioris nominis indicat, ut Iud. 9, 24. ‖ ܕܡܐ ܕܒܢܝ ܝܘܢܬܢ ܕܐܬܥܒܕ *iniuria LXX filiis Nadubelis illata*, Ps. 88 (89), 51. ܚܣܝܪ ܕܥܒܕܟ *convitium servo tuo iniectum*, 1 Sam. 14, 15. ܕܚܠܬܐ ܕܡܪܝܐ *terror a domino immissus*, Esth. 8, 17. ܕܕܚܠ ܠܝܗܘܕܝܐ *timor de Iudaeis*, Gen. 18, 20. ‖ ܙܥܩܬܐ ܕܣܕܘܡ ܘܥܡܘܪܐ *clamor de Sodom et Gomorra*, 1 Reg. 10, 1. ܫܡܥܬܐ ܕܫܠܡܘܢ *fama de Salomone*, Lev. 26, 45. ܩܝܡܐ ܕܐܒܗ̈ܝ *foedus cum maioribus*, Es. 26, 11. ܩܢܝܢܘܬܐ ܕܥܡܐ *zelus pro populo*. Deinde Syri pariter ac Hebraei Genitivo multas alias nominum rationes significant, e. c. Es. 17, 2. ‖ ܡܕܝܢܬܐ ³) *urbes circa*

3) Ita pro ‖ ܒܝܕ, quod Bibl. Polygl. Lond. exhibent, sine dubio legendum.

Aroër, Iud. 5, 16. ܒܥܪ̈ܐ ܣܪ̈ܩܐ *sibilos apud greges*, Exod. 22, 11. ܒܥܘܬ̈ܐ ܕܡܪܝܐ *iuramentum per dominum*, Ezech. 33, 5. ܥܘܠ̈ܬܗ̈ܘܢ ܡܥܒܕ̈ܐ *iniquitas eorum interitum adducens*, Es. 54, 9. ܡܝ̈ ܢܘܚ ܡܒܘܠ̈ܐ *inundatio tempore Noachi*, Ier. 50, 28. ܢܩܡ̈ܬ ܗܝܟܠܗ *ultionem pro templo suo (diruto)*, Gen. 3, 24. ܐܘܪ̈ܚܐ ܕܚܝ̈ܐ *via ad vitae arborem ducens*, Es. 1. 10. ܪ̈ܫܐ ܕܣܕܘܡ̈ ܥܡ̈ܐ ܕܥܡܘܪ̈ܐ *principes ut Sodomae, populus ut Gomorrae*, Luc. 2, 4. ܢܨܪ̈ܬ ܕܓܠ̈ܝܠ *Nazareth in Galilaea*, Barh. 215, 17. ܐܝ̈ܕ̈ܐ ܕܦܥܡ̈ܢ *manus tintinnabulo praedita*, ib. 491, 13. ܐܒ̈ܢܐ ܕܡ̈ܛܪ *lapides pluvia fusi.*

4) Gen. aliquando vicem supplet nominis per appositionem adiiciendi, ut Act. 7, 40. ܡܨ̈ܪ ܐܪ̈ܥܐ *ex regione Aegypti*, Barh. 328, 14. ܒܝܬ ܩܪ̈ܝܐ ܕܒܪ̈ܫܢ̈ *in monasterium Karrait in regione Carschenensi situm*, Act. 20, 26. et Rom. 11, 8 ܝܘ̈ܡܐ ܗ̈ܢܐ *die hodierno.* Id quidem in nominibus regionum propriis praecipue usu venit.

5) Adiectiva non raro substantivo in Gen. posito arctioribus circumscribuntur finibus, ut Cant. 2, 5. ܚ̈ܠܝܢ ܕܪ̈ܚܡܐ *aegra amore*, Luc. 24, 25. ܣ̈ܟܠܐ ܘܩܫ̈ܝ ܠܒ̈ܐ *rationis expertes et gravi corde praediti*, Act. 7, 51. ܩܫ̈ܝ ܥܘ̈ܪܦܐ *duri cervice*, Prov. 6, 32. Es. 6, 5. ܡ̈ܛܠ ܣ̈ܦܬ̈ܐ *pollutus in labiis*, Ier. 6, 11. ܛ̈ܠܐ ܕܝܘ̈ܡ̈ܗ *puer tenerae aetatis.* Ab hac constructione distinguas eam, ex qua Genitivus adiectivum excipiens collective sumitur, ut Hos. 13, 2. ܙ̈ܒܚ̈ ܐ̈ܢܫ̈ *sacrificantes hominum*, 1 Sam. 17, 40. ܚ̈ܡܫ ܐ̈ܒ̈ܢ̈ *quinque glareae lapidum*, Gen. 16, 12. ܦ̈ܪ̈ܐ ܒ̈ܢ̈ *onager inter homines*, Luc. 4. 25. ܫ̈ܢ̈ܝܢ ܣ̈ܓ̈ܐ πολλαὶ χῆραι, Io. 2, 12. ܠ̈ܐ ܣ̈ܓ̈ܐ οὐ πολλὰς ἡμέρας. *Superlativus* quoque Gen. variis modis significari potest (§. 116, 2.).

Quae de Gen. nominis monita sunt, ea valent etiam de *pronomine possessivo.*

6) Saepe duo substantiva Gen. coniuncta adiectivorum loco funguntur (§. 108, 2.), ut Luc. 22, 50. ܐ̈ܕܢܗ ܝ̈ܡ̈ܝܢܐ *auris dextra* et Matth. 5, 29. ܥ̈ܝܢ ܝ̈ܡ̈ܝܢܐ *oculus tuus dexter*, unde versio Philoxeniana bene ܥ̈ܝܢ ܕ̈ܝ̈ܡ̈ܝܢ.

7) *Nomina verbalia* pro Gen. eum casum admittunt, quem verbum radicale regit (§. 115, 2.).

§. 114.

Reliquorum casuum significatio.

1) Reliquos casus Syri praepositionibus designant, itaque *Dat.* et *Acc.* particula ܠ, quamquam hicce etiam saepe omnino non indicatur, ut Ephr.

II, 370. A. ܠܡܗܘܝ ܕܢܬܟܢܫ ܒܗ *ad faciendum cum eo certamen*, Io. 1, 14. ܚܙܝܢ ܝܩܪܗ *vidimus gloriam eius.* Eo autem more Dat. et Acc. eodem signo denotandi non gignitur tanta sermonis ambiguitas, quam forte metueris, sed fere ubique omnia clara et perspectu facilia, ut Barh. 335, 3. ܒܗ ܕܚܙܐ ܠܦܪܕܐ ܐܬܪ ܕܡܫܩ ܫܒܩ *cum fraudem vidisset, Damascum reliquit*, ubi ܠ bis notam Acc. esse in aperto est, et ib. l. 4. ܘܗܢܐ ܒܝܫ ܠܥܡܐ ܪܒܐ ܗܘ ܕܐܬܐ *et hic malus huic magno populo erat exitus*, quo in loco ܠ Dat. significat.

2) Abl. aliarum linguarum particulis ܡܢ (*a, ex*), ܒ (*in, per, cum*), ܥܡ (*cum*) et nonnullis aliis suppletur. *Voc.* vero similis Nom. in stat. emph., saepe ex serie orationis agnoscitur, vid. Matth. 26, 39. 42., Luc. 1, 3.; Rom. 8. 15., Apoc. 16, 7., Ephr. III, 429. E., aut praemissa interiectione ܐ a Graecis, ut videtur, desumta e. c. Matth. 15, 28. ܐ ܐܢܬܬ ܟܢܥܢܝܐ *o mulier!* vid. et Luc. 24, 15., Act. 1, 1.; 7, 51., Rom. 2, 1. 3., Ephr. III, 428, D. [1]).

Annot. Inveniuntur nonnulla in Syriaca V. T. versione Peschito exempla particulae ܐ ad instar Hebr. אֵת et Chald. ית ut Coh. 2, 3., 3, 17., 4, 1., 8, 9. 17.; Cant. 3, 5., 8, 4. Gen, 1, 1. [2]). *Hierosolymitana*, quae dicitur, N. T. versio ad Chaldaica nimis proclivis, eundem morem sequitur, ut Matth. 24, 51., Io. 1, 5.; 8, 29. [3]).

De usu singulorum casuum infra, ubi de constructione verbi agetur, dicendum erit; de *Acc.* tamen cfr. §. 115.

§. 115.

Accusativus.

1) Acc. obiecto verborum transitivorum indicando inservit, deinde adverbialiter ponitur, *loci*, *temporis* et *spatii*, *mensurae* et *ponderis* rationes complectens.

---

1) Philoxeniana N. T. versio Luc. 1, 3. ܠܝܘܣܛܘ Graecum Θεόφιλε imitandi caussa exhibet.

2) Ephr. (Opp. I, 116. D.) quidem in huius loci interpretatione verba ܕܒܪܝܬ ܒܪܐ ܐܝܬ ܠܟܠ illustrat ܐܝܬ ܠܐ ܒܪܝܬ ܐܠܐ ܠܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ ܠܐ ܒܪܝܬ ܐܠܐ ܠܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ, neque tamen inde cum *I. D. Michaeli* (Gramm. Syr. p. 267.) colligendum, ab eo ܐ non pro particula habitum esse. Nam ea quae addit, luculenter illi opinioni prorsus contraria sunt. Ait enim ܐ ܐܬ ܠܐ ܒܪܝܬ ܐܠܐ ܠܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ ܠܐ: ܐܬ ܒܪܝܬ ܐܠܐ ܠܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ . ܐ ܐܬ ܠܐ ܐ . *Haec vox* (verbis ܒܪܝܬ et ܐܬ) *praemissa hebraica idem significat quod Syriaca* ܠ, *itaque* (ea verba interpretanda sunt:) *coelum et terram; neque tamen* (particula ea Hebraice sonat) ܐ, sed ܐ.

3) *Adler.* verss. N. T. Syrr. p. 143.

a) Directio *in* et *ad* locum, raro praepositione ܠ significata (Matth. 3, 10.), vulgo solo Acc. notatur, ut Barh. 327, 4. ܒܕܝܬܐ ܠܡܬܬ ܟܕ ܫܪܘ *coeperunt ad arcem urbis confugere*, ib. 334, 10. ܠܬܪ ܝܡܐ ܐܬܦܢܘ *se converterunt ad litus maris*, ib. l. 12. ܘܐܬܐ ܠܐܘܪܫܠܡ *et venit Hierosolyma*, Gen. 27, 3. ܠܚܩܠܐ ܢܦܩ *exi in campum*, 1 Sam. 19, 13. ܣܡ ܠܡܪܟܒܬܗ *posuit ad cervical eius*; deinde denotat Acc. etiam *in loco* ut Gen. 24, 23. ܐܝܬ ܠܢ ܒܒܝܬ ܐܒܝܟ ܡܩܘܡ ܠܠܝܢ *estne nobis in patris tui domo locus ad pernoctandum?* Gen. 38, 11.; 40, 5., 1 Sam. 19, 16. ܘܥܪܬܐ ܕܥܙܐ ܗܘܬ ܠܡܪܟܒܬܗ *et pellis caprina erat ad cervical eius*, 1 Reg. 19, 6., Iob. 1, 4. ܒܒܝܬ ܕܟܪ ܒܝܘܡܗ *in domo uniuscuiusque, die suo*, Act. 2, 15. ܩܐܡ ܒܨܝܥܘ ܕܬܠܡܝܕܐ *stetit in medio discipulorum*, sed saepius hunc in finem ܕ adhibetur.

b) Temporis definitionem continet Acc. in his exemplis: Barh. 355, 10. ܟܠ ܝܘܡܝ ܚܝܘܬܗ *omnes vitae suae dies*, ib. 491, 7. ܐܪܒܥܝܢ ܝܘܡ *XL dies*, ib. 509, 4., 531, 12., ib. l. 16. ܘܩܐܡ ܬܡܢ ܟܠ ܣܬܐ *et mansit ibi totam hiemem*; Ephr. III, 482. D. ܟܠ ܝܘܡܝ ܚܝܝ *omnes vitae meae annos*, Gen. 3, 1., Kirsch. chr. 216, 9. ܠܥܠܡ ܙܒܢܐ *per longum tempus*, ib. l. 11. ܠܡܐܟ ܙܒܢܐ *per longum temporis spatium.* Item *quando* factum sit aliquid, Acc. indicatur, quamquam eum in finem saepius particula ܕ usurpatur, ut Barh. 534, 7. ܒܚܕ ܒܝܘܡ *quodam die*, ib. 535, 7. ܒܫܢܬ ܬܡܢ ܘܚܡܫ ܡܐܐ *anno eorum DCLVIII*, *Kirsch.* Chrest. 210, 4. ܒܠܝܠܝܐ ܘܒܝܘܡܐ *noctu atque interdiu*, ib. l. 10. ܘܒܝܘܡ ܐܚܪܢ *et alio die*, Luc. 1, 59.

c) *Mensurae* et *ponderis* descriptionem exhibent Gen. 7, 20. ܠܡܥܠ ܡܢ ܬܪܝܣܪ ܐܡܬܐ ܣܠܩ ܡܝܐ *XV cubitos aqua crescebat*, Barh. 282, 10. ܟܠ ܚܕ ܡܢ ܢܘܪܝܐ ܕܗܘ ܡܬܠܐ ܠ ܣ̈ ܙܘܙܐ *unaquaeque lampadum pendebat* 3600 *Zuzas*, ib. 355, 17. ܘܦܘܡܗ ܐܬܦܬܚ ܗܘܐ *eiusque os spithama apertum fuit.*

d) Acc. denotat latinas loquendi formulas *secundum*, *quod attinet ad*, quamquam etiam particula ܕ non raro eundem in finem adhibetur; ut Gen. 40, 41. ܐܝܟ ܕܡܠܟܐ ܐܢܐ ܪܒ ܠܟ *modo quod thronum attinet te maior ero*, Matth. 16, 26. ܢܦܫܗ ܕܢܬܒܣ (*si*) *animae suae iacturam fecerit*, Exod. 26, 1. ܥܒܕ ܐܝܕܝ ܕܝܘܢ *secundum artificis opus ea facies*, Iob. 1, 5. ܟܡܢܐ ܕܟܠܗܘܢ *iuxta numerum omnium eorum*, Barh. 405, 5. ܠܒܫܐ ܕܐܬܚܙܝ ܐܝܟ ܒܬ̈ܘܠ̈ܐ *quae vestita erat more monialium*, ib. 37, 16. ܫܦܝܪ ܚܙܘܐ ܘܫܦܝܪ ܩܘܡܐ ܘܪܚܒ ܕܪ̈ܐ ܘܥܒܝ ܕܩܠ ܐܦ ܒܣܡ ܐܦ *pulcher statura erat ac forma, exiguis oculis et ore praeditus, latus pectore, barba prolixa, simo nasu;* ib. 372, 14.

e) Praeter substantiva persaepe *adverbialiter* posita (§. 102, 2.) inveniuntur, quae interdum huic fini inserviunt, ut Matth. 20, 34. ܘܡܝܕ ܟܕ *illico* (§. 108, 4. b.), Es. 7, 25. ܡܢ ܕܚܠܬ ܐܣܟܐ ܘܩܘܨܐ *metu veprium ac spinarum*, Ass. Bibl. Or. III. P. II. p. 116. ܒܚܕ ܟܬܦ *uno humero* i. e. *iunctim*, Deut. 34, 10. ܦܡ ܠܦܡ ܕܒܪ *ore ori converso.*

2) Nomina ab iis verbis, quae Acc. regunt, originem repetentia, pro Gen. casum verbi, ergo Acc., recipere possunt; itaque *a*) *Participialia*, ut 1 Reg. 19, 11. ܡܦܪܩ ܛܘܪ̈ܐ ܘܡܬܒܪ ܟܐܦ̈ܐ (*ventus*) *montes diffundens petrasque frangens*, Barh. 37, 11. ܦܠܛܘܢ ܬܠܡܝܕ *Platonis auditor*; *b*) Infinitivo oriunda, ut Barh. 443, 12. ܒܥܝܢ ܕܢܣܒ ܠܗ ܠܩܘܣܛܢܛܝܢܘܦܠܝܣ *de expugnatione Constantinopolis per Francos*, Ephr. III, 428. F. ܕܝܢ ܡܪܢ ܕܚܛܝܐ *iudicium domini de peccatoribus*, Kirsch. Chr. 213, 17. ܣܟܘܬܢ ܕܫܓܝܐ *silentio nostro de errore.* Hic vero loquendi modus praecipue, ubi duo genitivi post unum idemque nomen sequerentur, ad ambiguitatem removendam adhibetur.

Annot. In originali Vet. Test. textu אֵת ante Nom. nonnunquam invenitur, Syriacá autem versio Peschito id sine dubio tanquam Syriacae linguae indoli contrarium non imitata est. Nihilo minus nonnulla exstant exempla notae ܠ ante subiectum positae, ut Gal. 5, 11. ܗܠ ܒܛܠ ܟܐܣ ܕܣܟܢܬܐ ܕܨܠܒܐ *num abolitum est offendiculum crucis?* Matth. 26, 11. et Io. 12, 8. ܐܢܐ ܠܐ ܟܠ ܥܕܢ ܐܝܬܝ ܠܟܘܢ *ego vero non omni tempore vobis sum*; Apoc. 9, 11. ܘܐܝܬ ܠܗܘܢ ܡܠܟܐ ܥܠ ܒܢܝ ܐܢܫܐ ܡܠܐܟ ܗܘܐ *et erit iis rex eos regens, angelus abyssi.*

§. 116.

De comparatione adiectivorum.

1) *Comparationis gradus*, cum terminationes adiectivo annectendae Syris desint, sola periphrasi discernuntur. *Comparativum* enim particula ܡܢ sensu *prae* ante vocem comparatam posita indicat, ut Io. 10, 29. ܐܒܝ ܕܝܠܝ ܡܢ ܟܠ ܐ̈ܢܫ̈ܐ *pater enim meus omnibus maior est*, 1 Cor. 1, 25. *nam Dei stultitia hominibus sapientior est*, Barh. 176, 17. ܟܠܐ ܫܘܝܐ ܡܢ ܙܘ̈ܝܬ̈ܐ ܕܡܫܬܐ *sub minoribus, quam duobus rectis angulis.* Aliquando ܣܓܝ *valde* aut ܝܬܝܪ *magis* praeter particulam ܡܢ hoc consilio usurpantur, Hebr. 3, 3. *huius gloria* ܕܝܢ ܬܘܒ ܡܢ ܫܘܒܚܐ ܕܡܘܫܐ (*gloria*) *Mosis longe maior est*, c. 4, 12., 11, 4. 26., Act. 20, 35. *qui dat* ܕܝܗܒ ܝܬܝܪ ܡܢ ܕܡܩܒܠ ܣܓܝ *beatior est accipiente.* Raro adiectivum comparative sumendum, quamquam res comparata omittitur, ut Ezech. 8, 6. 13. ܘܬܘܒ ܬܚܙܐ ܣܓ̈ܝ̈ܐ ܐ̈ܚܪ̈ܢ̈ܐ *et iterum conversus videbis maiores iniquitates* sc. *quam hae*, ut v. 15. expressis verbis (ܡܢ ܗܠܝܢ) innuitur. Inveniuntur etiam exempla solius Positivi pro Comp. positi, ut Rom. 9, 12. ܪܒܐ ܢܗܘܐ ܠܥܒܕ ܙܥܘܪ ܢܗܘܐ ܠܥܒܕ *senior erit servus minori*, Matth. 11, 20.

2) *Superlativus* gradu positivo significatur, quem Gen. Plur. sequitur, ut 1 Cor. 15, 9. ܫܠܝܚܐ ܕܫܠܝܚܐ *minimus apostolorum;* Eph. 3, 8., Ps. 94, 8., Dan. 4, 17. ܫܦܠ ܐܢܫܐ *hominum abiectissimus*, Ion. 3, 5. ܡܢ ܪܒܪܒܝܗܘܢ ܥܕ ܙܥܘܪܝܗܘܢ *a maximis eorum usque ad minimos eorum.* Loco Gen. sequentis etiam Plur. cum particula ܡ usurpatur, ut Matth. 2, 6. ܙܥܘܪ ܒܝܢ ܐܠܦܝ ܝܗܘܕܐ *minima inter regias Iudae urbes* (prop. *reges*), Iud. 6, 15. ܕܐܠܦܝ ܡܢܫܐ ܙܥܘܪ ܒܒܝܬ ܐܒܝ *familia mea maxime tenuis est in Manasse*, 2 Sam. 7, 9. ܪܒܪܒܝ ܕܒܐܪܥܐ *maximi in terra degentes;* alia exempla vid. §. 113, 2. Annot. 1. Adverbiis deinde adiectivo appositis non solum *intensio* efficitur, ut Matth. 8, 28. ܫܓܝܐ ܒܝܫ *valde mali*, sed etiam Superlativus, e. c. Apoc. 18, 12. ܟܠ ܥܨ ܕܫܝܡ *ligna pretiosissima*, c. 21, 11. ܟܐܦܐ ܕܝܩܪ ܫܓܝ *lapis pretiosissimus.* Quin etiam Positivus solus Superlativi vicibus fungitur, statu tamen emphat. plerumque utens, e. c. Matth. 5, 19. ܙܥܘܪ pro ἐλάχιστος, et Plur. c. 25, 40. 45., c. 11, 20. ܕܓܒܪܘܬܗ ܕܫܓܝ οἱ πλεῖσται δυνάμεις αὐτοῦ, Gen. 9, 25. ܒܪ ܙܥܘܪ *filius eius natu minimus*, c. 19, 38. 1 Sam. 17, 13. 14. 2 Petr. 1, 4., 1 Cor. 6, 2. ܕܝܢܐ ܙܥܘܪܐ *iudicia minima* [1]). Id praecipue elucet, si particula comparativa ܡܢ aliquid *omnibus* eiusdem generis rebus praefertur, ut Matth. 13, 32. ܡܢ ܙܪܥܐ ܕܟܠ ܙܪܥܐ ܗܘ ܕܡܢ ܕܢܨܡܚ ܟܕ ܐܬ ܥܠ ܐܝܣܦܐ ܙܥܘܪ ܗܘ ܡܢ ܟܠ ܒܙܪ̈ܥ̈ܐ *idque* (granum sinapis) *minimum est omnium seminum, cum autem creverit, maximum est omnium olerum;* Gen. 3, 1. Iob. 1, 3. Exemplum stat. absoluti Positivi pro Sup. positi habes etiam Matth. 22, 36. ܐܝܟܐ ܕܦܩܕܢܐ ܒܢܡܘܣܐ ܪܒ ܗܘ *quodnam legis praeceptum maximum est?* Denique *geminatione* adiectivorum Super. efficitur, immo etiam amplificatur voce repetita in Gen. posita, ut Exod. 26, 33. ܩܕܫ ܩܕܫܝܢ *omnium sanctissimum*, Eccles. 1, 2. ܗܒܠ ܗܒܠܝܢ ܐܡܪ *maxime vanum.* Haec singularis formula etiam in nominibus saepe obvia est qualitatem nullam designantibus, ita ut epitheton aliquid idemque in Superlat. inde debeas repetere, ut Gen. 9, 25. ܥܒܕ ܥܒܕܝܢ *servus humillimus*, Dan. 2, 37. ܡܠܟ ܡܠܟܝܢ *rex potentissimus*, c. 8, 25. ܪܫ ܪܫܝܢ *princeps principum*, c. 11, 36. ܐܠܗ ܐܠܗܝܢ *Deus Deorum*, Deut. 10, 17. ܡܪܐ ܡܪܘܬܐ *dominus dominorum*, Cant. 1, 1. ܫܝܪ ܫܝܪܝܢ *sapientia maxi-*

---

1) Utrum vero adiectivum tribus an *quatuor* litteris constet, in superlativo eius constituendo nil refert. Quae I. D. Michaelis (Gramm. Syr. p. 271—272.) exempla superlativi per quadrilittera ficti laudat, ea Positivos pro Superl. positos exhibent.

ma et ܙܡܪܐ ܕܫܝܪܐ *canticum pulcherrimum*, 1 Reg. 8, 27. ܫܡܝܐ ܫܡܝܐ *coelum altissimum*, Ps. 72, 5. ܕܪ ܕܪܝܢ *omnes generationes.*

ANNOTATIONES.

1) Cum formae vocis comparatione nulla accidat mutatio, eadem in Substantivis quoque et verbis qualitatem indicantibus usurpatur, ut Gen. 41, 40. ܐܢܬ ܟܦܪ *maior ero te*, c. 26, 16. ܐܬ ܡܢܢ ܣܓܝ ܬܝܒ *nobis longe potentior es*, 1 Sam. 10, 23. ܟܠ ܥܡܐ ܘܡܢ ܗܘ ܪܡ ܡܢ ܟܠ ܥܡܐ *et erat maior cuncto populo*, 1 Cor. 15, 41. ܟܘܟܒ ܡܢ ܟܘܟܒ ܒܫܘܒܚܐ *una stella altera praestantior*, Es. 52, 14. ܡܫܚܬ ܡܢ ܒܢܝ ܐܢܫ ܚܙܘܬܗ *corruptior erat eius aspectus, quam (aliorum) hominum.*

2) Adiectivum comparationis rationem indicans nonnunquam e contextu supplendum, ut Iob. 11, 17. ܨܦܪ ܡܢ (*hilarius*) *quam meridies*[2]), Es. 10, 10. ܦܣܠܐ ܘܨܠܡܐ ܕܡܢ ܐܘܪܫܠܡ ܘܫܡܪܘܢ *idola et sculptilia, (quae potentiora sunt idolis) Hierosolymorum et Samariae*, Ps. 62, 10.

3) Comparativus, quem adiectiva aut verba nota ܡܢ efficiunt, interdum aliter explicandus est, ut Gen. 18, 14. ܗܠ ܡܢ ܡܠܬܐ ܠܡܪܝ ܢܦܠܐ *num quid domino nimium est?* Deut. 14, 24. ܐܘ ܟܝ ܪܚܩ ܡܢܟ ܗܕܪܟܐ *si vero via tibi nimis longa.* Ita etiam ante Infinitivos, e. c. Gen. 4, 13. ܪܒ ܥܘܠܝ ܡܢ ܕܐܬܢܫܐ ܠܡܫܒܘܩ *peccatum meum nimium est, quam ut queat condonari;* in hac verborum structura etiam ⟨ usurpatur, ut 1 Reg. 8, 64. ܙܥܘܪ ܗܘ ܡܢ ܕܢܣܒ *altare impar erat ad capiendum.* Simili sensu Positivus sequenti coniunctione ; invenitur, Mich. 5, 1. ܙܥܘܪ ܐܢܬ ; ܒܥܠܦܝ ܝܗܘܕܐ *nimis parvum, quam ut censearis.*

4) Pro *Superl.* Syri etiam nonnullis tropicis loquendi formulis utuntur, ut Ps. 136, 6. (Hebr. 137.) ܪܫ ܕܒܪܝܬܐ *caput gaudii* i. e. *gaudium maximum*, Cant. 4, 14. ܟܠ ܣܡܐ ܪܫܐ *aromata praecipua*, Ies. 14, 30. ܒܟܪܝ ܕܡܟܝܟܐ *primogeniti pauperum, maxime pauperes.*

5) A *Superlativo* differt significationis *intensio*, quae indicatur partim peculiaribus nominum *formis* (§. 87, 11—13.), partim eorum *geminatione* (§. 112, 2.), partim synonymorum coniunctione, ut Ps. 40, 3. ܛܝܛ ܫܘܦܐ *lutum corruptionis*, aut eorundem verborum in Gen., ut Hos. 10, 15. ܒܝܫܬܟܘܢ ܒܝܫܬܐ *nefaria vestra malitia.* Priorem rationem versio V. T. Peschito in pluribus locis sequitur, ubi textus originalis affinia et sono similia eiusdem radicis coniunxerat, vid. e. g. Ezech. 32, 15. 33, 28. 29. 35, 3. 7.

Quodammodo huc pertinent phrases huius generis ܓܒܪ ܓܒܪܐ ܕܒܝܫ ܒܥܠ ܒܝܫ *heros*,

---

2) Verba sequentia ܢܦܠ ܩܒܪ ܢܩܡ *surget fovea* Hebraica יָקוּם חֻלְדָּה *surget vita* omnino interpretantur, sed חֻלְדָּה ex Syriaca radicis ܚܠܕ significatione.

venator coram domino i. e. *venator insignis;* Ion. 3, 3. ܘܢܝܢܘܐ ܗܘܬ ܩܕܡ ܐܠܗܐ ܪܒܬܐ *et Ninive erat magna urbs coram Deo* i e. *permagna* [3]).

§. 117.

Numeralia.

1) Quomodo numeralia inter se componantur, iam §. 99 et 100 demonstratum est [1]). Cardinalia autem a 3. rem numeratam modo praecedunt, modo sequuntur, ut Matth. 4, 8. cll. 21. ܬܠܬ ܐܢܫܝܢ et ܐܢܫ ܬܠܬ, Act. 20, 3. cll. Luc. 1, 56. ܬܫܥ ܫܢܝܢ et ܫܢܝܢ ܬܫܥ, Gen. 3, 5. ss. cll. 32, 14. 15.; de *millibus* ubi numeranda sunt, idem valet, e. c. Marc. 8, 19. cll. Matth. 14, 21. ܐܠܦܝܢ ܚܡܫ et ܚܡܫ ܐܠܦܝܢ. Neque tamen in utraque rei numeratae collocatione ante aut post numerale eadem nominis forma adhiberi solet; etenim, quod iam exempla allata monstrant, nomen numerali praepositum in statu *emph.*, postpositum vero in stat. *absol.* vulgo ponitur. At inveniuntur etiam exempla ab hac regula recedentia, ut Matth. 15, 38. ܐܪܒܥ ܐܠܦܝܢ 4000 *viri*, Apoc. 7, 4. ܡܐܐ ܘܐܪܒܥܝܢ ܐܠܦ 144000, Barh. 104, 13. ܚܡܫ ܐܠܦ 5000 *peditum*, ib. 106, 1. ܫܬ ܐܠܦ 60000 *equitum*, ib. 107, 16. Luc. 4, 25. ܫܠܫ ܫܢܝܢ *tres anni.* Rarius fit horum numeralium coniunctio cum re numerata per *statum constructum*, ut Matth. 4, 25. ܥܣܪ ܓܘܢ 10 *urbes.*

2) *Ordinalia* tanquam adiectiva substantivis suis iunguntur eodem genere et numero utentia. Horum autem vicibus cardinalia non raro funguntur, aut in stat. absoluto rei numeratae apposita, praecipue in *horis* definiendis, ut Matth. 20, 3. ܫܠܝܬܝܐ *hora tertia*, ib. v. 5 et 15., 15, 33. ὥρας ἕκτης γενομένης δὲ ὥρας ἕκτης, 27, 45. ܫܬܝܬܝܐ ܥܕ ܬܫܥܝܬܝܐ *usque ad horam nonam*, aut eam rem in Gen. recipientia (§. 100. Annot. 1.). Hoc autem, unitatibus quidem non inauditum (Dan. 1, 21. 2, 1., Luc. 19, 18 et 12, 38., 20, 12 et 12, 38.,

---

3) Cum res magnae et insignes antiquis divinae originis esse viderentur, *magnitudinis* et *praestantiae* notiones etiam addito ܐܠܗܐ aut ܡܪܝܐ designantur, ut Ps. 36, 7. ܪܝܡܝ ܐܠܗܐ *montes Dei;* 68, 16. 80, 11. ܐܪܙܐ ܕܐܠܗܐ *cedri Dei*, 104, 16. ܐܝܠܢܐ ܕܡܪܝܐ *arbores domini*, Num. 24, 6.

1) Differunt Syri in hac re ab Hebraeis (*Gesen. Lehrgeb.* p. 616 ss.) maiorem minori numero praeponentes, quod comparatione versionis Syriacae cum textu originali V. T. luculenter demonstratur. Huius vero ordinis inversi exempla perrara sunt, ut *Mich.* chr. 56, 15. ܫܢܬ ܬܪܬܝܣܪ ܝܘܡ *die XXII. Philoxeniana* N. T. versio numeralia saepe secundum archetypum Graecum disponit.

1, 26. 36. 59. Ephr. I, 291. C. ܒܬܪ *primum* et ܬܪܝܬ et *secundo*), praecipue in numeris denarium superantibus locum habet, e. c. Luc. 3, 1. ܒܫܢܬ ܬܪܥܣܪ ܫܢܐ *anno* 15, Num. 33, 38. ܒܫܢܬ ܐܪܒܥܝܢ ܫܢܐ *anno* 40. Cum res numerata in exemplis huius generis numeralibus praemittitur, etiam post ea in Plur. aliquando repetitur, ut Gen. 7, 11. ܒܫܢܬ ܡܐܐ ܫܢܐ ܒ *anno* 600, Lev. 25, 10. [2]).

Annot. 1. In nonnullis *mensurae*, *ponderis*, quin etiam *temporis* definitionibus vocabulum, quo numerale arctius describatur, omnino omittitur. Id quidem accidit *a*) voci ܣܛܠ aut ܣܛܠܐ *siclus* saepius in V. T. versione, ut Gen. 20, 16. ܐܠܦ ܟܣܦ 1000 (*sicli*) *argentei*, c. 24, 22., 37, 28., Iud. 8, 26. *b*) ܟܟܪ *placenta*, ut 1 Sam. 10, 4. ܬܪܝܢ ܟܟܪܝܢ *duas* (*placentas*) *panis* cll. v. 3. *c*) ܝܘܡ *dies* in diebus mensium numerandis, e. c. Gen. 8, 14. ܒܬܫܥܐ ܥܣܪ ܝܘܡ ܒܚܕ 27 (*die*) *huius mensis*, Lev. 23, 32. *d*) ܙܒܢ *vicis*, ut Marc. 14, 30. 72. ܬܠܬ ܙܒܢ ܬܟܦܐ ܠܝ *ter abnegabis me*, Barh. 333, 11. ܒܙܒܢ ܬܢܝܢ ܗܕܐ *hac secunda vice*.

Annot. 2. Quamquam a quibusdam numeralibus adverbium formatur *vicem* designans, ut ܬܢܝܢܐ *iterum*, ܬܠܬܝܢ ܙܒܢ *tertia vice*, tamen plerumque cardinalia addito nomine ܙܒܢ usurpantur (§. 99. Annot. 1), ut Matth. 18, 22. ܫܒܥܝܢ ܙܒܢ ܫܒܥ (Pesch.) seu ܫܒܥ ܙܒܢ ܫܒܥ (Philox.) *septuagies septies*, aut rarius ܙܒܢ e. c. *Mich.* chr. 69, 16. ܬܠܬ ܙܒܢ *tertia vice*. Quemadmodum ordinalia in universum non solum formis peculiaribus sed etiam cardinalibus nota ? instructis indicantur, ita etiam in numeralibus vicem denotantibus; ergo Barh. 333, 11. ܩܕܡܝܐ ܙܒܢ *prima vice*, Matth. 26, 44. ܬܠܬ ܙܒܢ ? *tertio*, quin etiam ܬܠܬ ܙܒܢ ?. Hae formulae sunt omnino ellipticae pro ܬܠܬ ܙܒܢ ? [3]). Eundem in finem usurpatur feminina cardinalium forma, e. c. Ephr. I, 291. C. ܬܪܬ *primo*, Phil. 4, 16. ܬܪܝܢ *bis*, Gen. 4, 24. ܫܒܥܝܢ ܘܫܒܥ *septuagies et septies*.

Annot. 3. *Distributiva* fiunt geminatione cardinalium (§. 99. Annot. 1.); *multiplicativa* vero Syriace exprimuntur per ܒܪ *unum* ante cardinalia praefixo ܕ instructa aut eo destituta positum, e. g. Gen. 4, 15. ܒܪ ܫܒܥܬܐ *septuplum*, Matth. 19, 29. ܒܪ ܡܐܐ *centuplo*, Ier. 17, 18. ܒܪ ܬܪܝܢ *duplo* [4]). Nonnunquam vero illud ܒܪ omittitur, ita Luc. 19, 8. ܐܪܒܥܬܐ *quadruplum*, aut vox ܐܦܝܦ *duplicationes* adhibetur, ut Luc. 18, 30. ܐܦܝܦ ܫܒܥ *πολλαπλασιόνα*.

---

2) Hebraicum morem, certa substantiva in Sing. (אִישׁ, אֶלֶף, אַמָּה, יוֹם, שָׁנָה) numeralibus ab 11—19 et decadibus postponendi, Syri non sequuntur.

3) I. D. Michaelis gramm. Syr. p. 282.

4) Ex eadem lege fingitur particula ܒܪ ܟܡܐ *quanto magis* (Hebr. 12, 25.).

§. 118.

Substantivi et adiectivi coniunctio.

1) Adiectivum, quod substantivo in Gen. aut Acc. postposito accuratius definiri §. 113, 5. et §. 115, 1. d. monuimus, substantivis aut tanquam epitheton adiicitur, aut tanquam sententiae praedicatum. Utrumque eius munus in Syriaca lingua eadem fere ratione atque in Hebraica distinguitur; collocationem dico adiectivi. Ubi enim nonnisi epitheton substantivi constituit, hoc excipere solet eodem numero et genere utens, ut ܕܗܒܐ ܛܒ̈ܐ *aurum adulterinum*, ܚܕ̈ܐ ܪܒ̈ܐ *tristitia magna* (Barh. 334, 20., 335, 4.), ܐܢܝ̈ܐ ܙܥܘ̈ܪ̈ܐ ܕܢܘ̈ܪ̈ܐ *lampades aliae parvae*, ܒܝ̈ܫ̈ܐ ܣܓ̈ܝ̈ܐ *multa mala* (ib. 282, 11., 280, 10.). Idem valet de Pronominibus et Participiis ex adiectivorum ratione construendis, e. c. ܗܢܐ ܕܗܒܐ *hoc aurum* (ib. 335, 1.) ܗܢܐ ܛܥܢܐ *hoc onus* (ib. 355, 12.), ܐܝܢ ܐܬܘܬܐ *hoc elementum* et Plur. ܐܠܝܢ ܐܬܘ̈ܬܐ (Ephr. I, 120. A. et B.), ܡܝ̈ܕ̈ܥ̈ܐ ܓܢ̈ܙ̈ܐ *scientiae occultae*, ܣܦ̈ܪ̈ܐ ܕܐ̈ܝ̈ܣ̈ܛ̈ܘ̈ܪ̈ܝ̈ܐ *libri historiarum varii* (Barh. 177, 4, 335, 1).

Annot. 1. Sunt omnino exceptiones huius regulae; praecipue vero pronomina demonstrativa substantivis non raro praeponuntur, ut ܗܢܐ ܓܒܪܐ *hic vir* (Barh. 355, 7.), ܗܢ ܛܘܪܝܐ *hic Turea*, ܝܘܡܐ ܐܝܢ *hic dies* (lin. 19 et 20.), ܗܢܐ ܡܠܬܐ ܕܝܢ *haec vox* (Ephr. I, 116, D.), ܐܠܝܢ ܐܬܘ̈ܬܐ *haec elementa* (ib. 119. F.). Ubi igitur praeter demonstrativum substantivo alterum adiectivum apponitur, duplex in usu est vocum positio aut demonstrativi substantivum inter et adiectivum positi aut utrique vocabulo praemissi, ut Barh. 335, 4. ܗܢܐ ܐܝܢ ܣܘܦܐ ܒܝܫܐ ܗܘ ܥܡܐ ܪܒܐ ܗܕܐ *et hic exitus malus erat huic populo magno*, Ephr. I, 117. B. Prior tamen collocatio usitatior videtur, ut Ephr. I, 119. B. ܐܝܬܝ ܐܝܢ ܐܝܬܪܐ *hic aether ardens* et ܐܠܝܢ ܟܪ̈ܐ ܕܢܘܪ̈ܐ *haec sphaera ignea*, ib. 116. D. 117. B. Alia substantivo praeposita emphaseos caussa aut quia titulum quendam indicant, hunc sibi vindicarunt locum, ut Kirsch. chr. 221, 1. ܚܝܒܐ ܐܓܦ̈ܝ̈ܘ̈ܣ *piissimum Agapium*, ib. 202, 9. ܡܟ̈ܪ̈ܝ̈ܘ̈ܣ ܛܝ̈ܡ̈ܬ̈ܐ *beatus Timotheus*, ib. 205, 9.[1]), 223, 3. ܪܘܚܐ ܕܐܓܦ̈ܝ̈ܘ̈ܣ ܢܨ̈ܚ̈ܐ *animus Agapii vincentis*, Barh. 444, 10. ܐ̈ܝ̈ܢ̈ܐ ܩ̈ܕ̈ܝ̈ܫ̈ܬ̈ܐ ἁγία Σοφία, Ier. 3, 8. 10. ܐ̈ܚ̈ܬ̈ ܣ̈ܟ̈ܠ̈ܬ̈ ܒ̈ܓ̈ܕ̈ܐ *perfida soror eius, Iuda.* Nonnunquam exceptio esse videtur, sed revera non est, ut Barh. 233, 19. ܡܪܢ ܗ̈ܢ ܐ̈ܝ̈ܟ̈ ܡ̈ܢ *hic magister venerandus*, ib. 397, 1 et 7. ܟ̈ܠ̈ ܒ̈ܢ̈ܝ̈ ܐ̈ܢ̈ܫ̈ *omnes homines*, ܟ̈ܠ̈ ܝ̈ܘ̈ܡ̈ܐ *omnes dies*; nam ܗ̈ܢ et ܟ̈ܠ inter substantiva

---

2) Kirsch. chr. 218, 13. ex regula ܐܓܦ̈ܝ̈ܘ̈ܣ ܛܝ̈ܡ̈ܬ̈ܐ *Agapius beatus* legitur.

referenda sunt, Gen. 17, 14. ܕܟܪܐ ܕܒܪ *mas praeputiatus*, ubi ܒܪ etiam *membrum virile* significare et pro Acc. sumi potest.

Annot. 2. Interdum inter substantivum et adiectivum aut pronomen vocula interseritur, ut Barh. 335, 3. ܡܠܟܐ ܪܒܐ ܗܘ *magnus vero rex*; Ephr. I, 123. B. ܗܢܘ ܝܡܐ ܣܘܦܐ ܗܢܐ *hoc ergo mare Erythraeum*; ib. 117. B. ܗܢܐ ܠܝܠܝܐ ܩܕܡܝܐ *haec enim nox prima*, Gen. 42, 11. ܚܕ ܒܪ ܚܕ ܐܢܚܢܐ *filii unius sumus viri*, ib. 41, 26.

Annot. 3. Substantiva Sing. numeri, sed collectivae notionis adiectivum in Plur. quoque recipere possunt, ut Ass. B. O. I, 78. 4. a. ܥܡܐ ܕܢܛܪܝܢ ܢܡܘܣܐ *populi leges servantis*, ib. p. 286. not. lin. 10. ܟܠܗܘ ܐܬܟܢܫܘ *omnes congregati*, Mich. Chrest. 107, 17. ܐܦܐ ܕܚܝܐ *facies hilaris*. Cum versio V. T. Peschito saepius contra textus hebraei auctoritatem Sing. sive Plur. posuerit, exempla huius generis in ea non raro obliterata sunt [2]). Tale nomen collectivum feminini generis tum etiam adiectiva Plur. m. recipit, cum quae collectivum comprehendit, generis masc. sunt, ut Barh. 607, 20. ܓܝܫܐ ܕܐܬܟܢܫ *exercitus congregatus* [3]).

Annot. 4. Nonnunquam adiectivum alio genere utitur, atque vulgo substantivo tribuimus, e. c. Barh. 454, 18. ܕܝܪܐ ܩܕܝܫܐ *monasterium sanctum* pro ܕܝܪܬܐ [4]), ib. 596, 18. ܣܓܝܐ ܕܚܫܝܬܐ *multae verecundae* pro ܣܓܝܬܐ, ib. 350, 14. ܟܠܚܕ ܡܢܗܝܢ *unaquaeque earum* pro ܟܠܗܝܢ. Exemplum utriusque generis ad eandem vocem in eodem nexu positi habes Gen. 2, 19. ܕܢܩܪܐ ܠܗ ܐܕܡ ܠܟܠ ܚܝܬܐ (*quod diceret*) *animali, id esset nomen eius* pro ܗܘ.

2) Ubi vero adiectivum praedicati vicibus fungitur verbo substantivo aut omisso, aut adiuncto, substantivo suo in statu absoluto, nunquam emph., solet praemitti eodem genere et numero utens. Itaque Gen. 3, 6. ܕܚܙܬ ܐܢܬܬ (*et vidit femina,*) *pulcram* (*esse*) *arborem*, 4, 13. ܪܒ ܥܘܠܬܝ ܡܢ *maius est peccatum meum, quam* . . Barh. 265, 7. ܬܗܘ ܛܒ ܠܡܠܟܘܬܟ *prosperum sit regnum tuum*, ib. 326, 5. ܪܝܩܐ ܐܘܪܗܝ ܡܢ ܥܕܬܐ *vacua* (*est*) *Edessa a militibus*; 327, 7. ܫܠܝܦܗ ܕܐܢܫܝ ܥܕܬܐ *gladius eorum strictus* (*erat*). Idem de pronominibus valet, ut Gen. 2, 4. ܗܢܐ ܣܦܪ ܬܘܠܕܬ *haec* (*est*) *historia*, 6, 9. 5, 1. ܗܢܐ ܗܘ ܣܦܪ ܬܘܠܕܬ ܕܐܕܡ *hic est liber historiae Adami.* Nonnunquam adiectivum in Sing. m. aut fem.

---

2) Eandem ob caussam Syrus quoties Sing. textus Hebraei collective accipiendus erat, fere ubique Plur. usurpavit, Exod. 13, 2—4. 6—7; 15, 6. 17, 2. 3. cfr. *Hirzel* de Pentateuchi versionis Syriacae, quam Peschito vocant, indole. p. 72.

3) Ios. 2, 17. ܗܢܘ ܕܫܒܘܥܬܐ ܗܕܐ *hoc iuramentum* pro Sing. ܕܫܒܘܥܬܐ Bibl. Polygl. quidem exhibent, sed in Cod. Uss. puncta *Ribui* minio transfixa sunt; et quod 1 Sam. 10, 18. ܡܠܟܘܬܟܘܢ ܕܥܩܬ legimus, erratum typographicum puto pro ܡܠܟܘܬܟܘܢ *regna vos vexantia.*

4) Tamen ܕܝܪܐ gen. communis esse videtur (§. 83, 3.).

ante Subst. Plur. ponitur, ut Ephr. II, 145. A. ܘܟܬܒ̈ܐ ܗܘ̈ܘ ܒܗܘܢ ܕܟܗ̈ܢܐ ܩܕܝ̈ܫ̈ܐ *et scriptae erant in iis scripturae sacerdotales* et Barh. 542, 14. 15 ܗܐ ܟܬܝܒ ܗܘ ܒܗ̇ ܡܐ *ecce scripta sunt in ea (scheda) verba* pro ܟܬܝ̈ܒ. Eadem structura est etiam sententiis compositis, ubi adiectivum alteri inest sententiae pendenti a priori, ut Gen. 1, 10. ܘܚܙܐ ܐܠܗܝܡ ܕܛܒ ܗ̇ܘ ܝܒܫܬܐ *et vidit Deus, bonam esse* sc. ܐܪܥܐ ܝܒܫ̈ܬܐ *terram aridam* et ܘܩܒ̈ܘܬ ܡ̈ܝ̈ܐ ܩܪ̈ܝ̈ܐ *congregationem aquarum.*

Annot. 1. Inveniuntur exempla adiectivi, quod praedicatum constituit, postpositi, ut Gen. 29, 7. ܗܐ ܝܘܡܐ ܣܓܝ̈ܐ ܗ̇ܘ ܗܐ *ecce! dies adhuc viget*; 19, 20. ܗܐ ܡܕܝ̈ܢܬܐ ܗܕܐ ܩܪ̈ܝܒܐ ܘܐܬܪ̈ܚܡ ܒܗ̇ *ecce haec urbs propior, quam ut eo fugiam*; 1 Sam. 12, 17. Prov. 15, 15. Hebr. 7, 28. ܢܡܘܣܐ ܩܝܡ ܟܗ̈ܢ̈ܐ ܒܒ̈ܪ̈ܢܫ̈ܐ ܕܚܠ̈ܫ̈ܐ *lex sacerdotes constituit homines imbecillitati obnoxios.* Plerumque vero huius collocationis aliqua subest caussa, nempe sententia a tali adiectivo pendens; aut adverbii cuiusdam additio. Ubi pluribus sententiis coniunctis adiectiva praedicati vices supplent, utraque eorum positio in usu est, ut Barh. 355, 16. 17. . . ܘܫܟܚܘ ܦܓܪܗ ܕܠܐ ܐܬܚܒܠ ܘܥܝܢ̈ܘܗܝ ܦܬ̈ܚ̈ܐ ܘܦܘܡܗ ܦܬ̈ܚ ܕܫܦ̈ܝܬ̈ܐ (*et invenerunt*) *corpus eius* (*mortui*) *non putredine corruptum, oculos apertos, os spithamam hians.*.

Annot. 2. Adiectivum praedicato significando inserviens subiectoque postpositum interdum genere et numero ab hoc discedit, ut Ass. B. O. I. 370, 7. 8. ܐܙܠ ܐܢܐ ܠܘܬ ܡܫܝܚܐ ܠܐ ܡܬܚܒܠ *abeo ego ad Christum non corrupta* (nisi forte legendum ܡܬܚܒܠ), ib. p. 21, 5. 6. ܫܒ̈ܚ̈ܬܐ ܘܬ̈ܫ̈ܒ̈ܚ̈ܬܐ ܕܥܒܕ ܡܢܗ *cantica et hymni facti sunt ab eo*, Barh. 15, 15. ܒܣܦܪܐ ܩܕܡܝܐ ܕܒܪ̈ܝܫܝܬ ܕܒ̈ܪ̈ܝ̈ܬ̈ܐ ܐܪ̈ܒ̈ܥ̈ܡ̈ܐ ܒܠܚܘܕ̈ *in libro primo, Geneseos, 400 tantum* (*anni*) *scripti sunt*, ib. 20, 15. 16. Substantivis collectivis etiam Plur. adiectivi apponitur, e. c. Num. 16, 3. ܟܠ ܟܢܫܬܐ ܟܠܗ̈ܝ ܩܕ̈ܝ̈ܫ̈ܐ ܢ̈ܝ̈ܬ̈ܐ *totus coetus sanctis constat*; Barh. 88, 8. ܣܓ̈ܝ̈ܐ ܩܛ̈ܝ̈ܠ̈ܐ ܕܒ̈ܪ̈ܝ̈ܬ̈ܐ *multitudo occisa est*, Ass. B. O. III. P. II. 676, 23. ܟܠ ܟܢܫܬܐ ܐܟܠ ܘܫܬܐ *universus coetus comedit et bibit.*

Annot. 3. Pro adiectivis praedicatum designantibus substantiva quoque usurpantur eademque vulgo subiecto praemittuntur, ut Io. 8, 33. ܙܪܥ ܐܒܪܗܡ ܐܢܚܢܢ *semen Abrahami sumus*, v. 37. ܥܒܕ ܚܛܝܬܐ ܗܘ ܟܠ *servus est peccati*, Io. 1, 1. (vers. Hierosol.) ܘܐܠܗܐ ܗܘܐ ܠܘܓܐ ܗ̇ܘ ܟܠ *et Deus erat verbum.*

Annot. 4. His adiectivis aut Partt. praedicatum indicantibus Syri nomen ܩܢܐ ܠܟ tribuunt (§. 57. Annot. 1.).

3) Ubi pluribus substantivis diversi generis copula *et* coniunctis adiectivum aut Part. (sive *epitheton* seu *praedicatum* constituens) adiungitur, eaedem valent dicendi rationes, quae verbo scriptae sunt, plerumque autem *masc.* genus praefertur itemque *Plur.* numerus adhibetur, ut Ier. 7, 20. ܙܥܦ ܥܠ ܐܦܝ

ܐܦ ܚܪܝ ܒܪܝ *ira mea et furor meus requiescent*, Iob. 1, 13. ܘܗܘܘ ܒܢܘܗܝ ܘܒܢܬܘܗܝ ܐܟܝܠܝܢ ܘܫܬܝܢ ܒܒܝܬ ܐܚܝܗܘܢ ܘܒܟܪܗ ܕܝܘܒ *et filii filiaeque Iobi comedebant et bibebant.*

Annot. 1. *Pluralia* significatione Sing. utentia adiectivum vel propter sensum in Sing. vel propter formam in Plur. recipiunt, ut Io. 4, 14. ܡܝܐ ܕܡܬܐ ܢܚܐ *ὕδατος ἁλλομένου* et Barh. 268, 12. 13. ܡܝܐ ܕܡܚܘܝܢ ܠܗ *aqua eos circumdans*, ib. 273, 16. 17. ܒܙܒܢ ܙܥܘܪ ܡܐܘܕ *pretio valde exiguo*, Num. 4, 5. ܦܬܘܚ ܕܬܪܥܐ *velum ianuae protensum*; Tychs. Elem. 42, 14. ܡܢ ܗܕܐ ܚܝܐ *ex hac vita.*

Annot. 2. Adiectivo et substantivo plerumque se excipientibus nonnunquam aliud vocabulum aut plures voces interponuntur, praecipue vero id valet de Adiectivo aut Part. praedicatum designantibus, ut 1. Tim. 6, 8. ܡܙܘܢܐ ܘܟܣܘܬܐ ܕܡܬܦܩܢ ܠܢ *sufficit nobis victus et tegumentum.*

Annot. 3. Pro *neutro* adiectivorum in aliis linguis usurpato femininum solet adhiberi (§. 110, 3.), ut Ps. 27, 4. ܚܕܐ ܒܥܝܬ *quod unum petii.*

De substantivis accuratam aliquam adiectivi definitionem exhibentibus vid. §. 113, 5. 115, 1. d.

§. 119.

Casus absoluti.

Ab initio sententiarum citra omnem nexum regularem inveniuntur casus absoluti latina formula *quod attinet ad* explicandi. Plerumque quidem ac vulgo pronomine cum sequentibus coniunguntur, saepe vero nudi sententiae praeponuntur. Neque tamen temere eos licet usurpare, sed plerumque ad emphasin quandam indicandam.

1) *Nominativus absolutus* duplici modo usurpatur, vel sententiae sequentis subiectum constituens vel pro *casu obliquo* accipiendus. Illius rei exempla sunt: Ephr. I, 122. C. ܐܦ ܗܠܝܢ ܕܐܡܪܝܢ ܐܝܬ ܠܗ ܠܝܡܐ ܪܒܐ ܕܐܬܩܪܝ ܐܕܪܝܛܝܩܘܢ *et primum mare dicunt esse id, quod Adriaticum nominatur*, Gen. 22, 24. ܘܦܝܠܓܫܬܗ ܕܢܚܘܪ . . . ܐܦ ܗܝ ܝܠܕܬ *et concubina eius peperit ea quoque* pro *eiusque concubina quoque peperit;* Exod. 32, 1. Huiusmodi autem sunt plura, eaque vulgo pronomine cum sequentibus coniunguntur. Itaque *a*) ubi intelligendus est *Genit.*, quae loquendi ratio usitatissima est; ut Gen. 39, 6. ܘܗܘܐ ܝܘܣܦ ܫܦܝܪ ܬܘܪ ܚܙܘܬܐ *et Iosephus — pulcra erat eius facies* pro *et Iosephi facies pulcra erat;* Kirsch. Chr. 214, 9. ܘܟܦܝܗܘܢ ܕܟܠ ܚܕ ܘܚܕ ܐܝܬ ܠܗܘܢ ܡܬܚܙܝܢ ܠܫܡܝܐ *et manus uniuscuiusque prae timore ad coelum extensae erant*, Luc. 4, 20. Gen. 49, 20. Ps. 11, 4. 18,

31. 104, 17. Prov. 16, 20. Eccl. 2, 14. Hos. 9, 11. Ion. 2, 7. Dan. 11, 27. Matth. 3, 4.; *b*) ubi *Dat.* requiritur, ut Luc. 12, 16. ... *viro cuidam diviti ager produxerat* . .; *c*) *Acc.* in hisce intelligitur: Barh. 232, 12. ... *et multitudinem eorum in carcerem coniecit*, ib. 530, 15. ... *et magnam ecclesiam Arabes denuo sibi vindicarunt*, ut Acc. absol. ib. l. 17. ... *et accusatorem* . . *christianus quidam interfecit;* Ps. 74, 17. *d*) Si casus ille absol. particulis illustratur, ut Num. 14, 24. ... *propterea quod spiritus meus Calebo servo meo inest*, Act. 15, 21. . . . ... *Mosi enim erant praecones.*

2) *Acc. absolutum* in hisce exemplis reperis: Ephr. II, 369. F. ... *iustum enim — eum prosequitur (diabolus);* Barh. 262, 16. ... .. *et hunc servum — — sprevit Emir*, Gen. 47, 21. Interdum substantivum, quod in Acc. *absolutum* ponitur, sequentis sententiae subiectum continet; ita *Kirsch.* chr. 221, 15. ... *et martyr Dei, cum se a pardis et lupis devoratum iri videret, magnopere exultavit.* Praepositione quoque illustratur Acc. abs., e. c. Ps. 16, 3. ... *et quod sanctos in terra et inclytos attinet, omnis mea in iis est voluptas*, Gen. 2, 17. ... *ab arbore intelligentiam boni et mali praebente, ab ea ne edas*, Gen. 40, 9. ... *in somnio meo ecce! vitis ante me.*

Annot. 1. Hebraei post Casus absol., praecipue sicubi subiectum sententiae sequentis continent, copulam ו usurpant[1]), Syri vero apodosin parum indicantes non item. Interiectione vero interdum sententia, quae casum absolutum excipit, incipit, ut Gen. 40, 9. ... *in somnio meo — ecce! vitis ante me.*

Annot. 2. Interdum nomen absolute positum in sequentibus repetitur, e. c. Lev. 25, 44. ... *et quod servos vestros servasque vestras attinet, — a populis vicinis — ematis servos et servas.* At Esth. 6, 7—9. ... *quod attinet virum — — — induant talem virum* et Ier. 27, 8. ... *et quod populum attinet, — — gladio — — in eum populum animadvertam*, nomen et pronomen simul in apodosi posita sunt.

Annot. 3. *Nom. absoluti* coniunctione cum *Partic.*, quae nonnunquam obvia est,

---

1) *Gesenii Lehrg. der hebr. Spr.* §. 189, 1. a. 2. b.

verborum structura Ablativis Romanorum absolutis simillima oritur, ut Iob. 1, 16. ܒܥܝ ܗܘ ܕܡܠܐ ܐܚܪܢܐ ܐܬܐ *adhuc loquente eo venit alius.*

Casus absolutos etiam Pronomina personalia admittunt (§. 121, 1.).

§. 120.

Periphrasis nominum compositorum Graecorum.

Cum Syriaca lingua compositionis facilitatem, qua Graeca gaudet, assequi nequeat, Syriaci librorum Graecorum interpretes diverso modo nomina Graecorum composita reddiderunt. Eorum enim

1) permulta per simplicia vernaculae Graecis compositis aequipollentia exprimunt, significationem solam neque originem vocabuli respicientes, ut 1 Tim. 1, 9. *ἄνομοι* ܠܐ ܢܡܘܣܝܐ, *ἀνυπότακτοι* ܠܐ ܡܬܚܢܥܝܢ, Rom. 1, 20. *τὰ ἀόρατα* ܕܠܐ ܢܬܚܙܝ, Luc. 4, 18. *ἀνάβλεψις* ܦܬܝܚܬܐ, Matth. 18, 28. *σύνδουλος* ܥܒܕ ܕܡܪܝܗ, Rom. 11, 17. *συγκοινωνὸς* ܫܘܬܦܐ. In hac autem vertendi ratione eos interdum errasse aut praeter necessitatem minus accurate interpretantes aut in voce, quae nexui aptissima erat, eligenda parum felices, pluribus demonstrare non attinet. Ubi vero versio N. T. Peschito talia commiserat, Philox. verba Graeca accuratius reddere solet, ut Matth. 9, 16. *ἄγναφος* in Pesch. liberius ܠܒܫ ܚܕܬܐ *novum*, in Phil. vero ܠܒܫ ܠܐ ܡܟܒܣ, Luc. 11, 46. *δυσβάστακτα* in Pesch. ܡܬܨܥܢ, in Phil. autem ܠܐ ܡܫܬܟܚ ܠܗܘܢ.

2) Alia nomina Graecorum composita periphrastice a Syris vertuntur; *a*) duobus nominibus Syriacis, ita ut prius in stat. constr. ponatur aut posterius notam Gen. ante se habeat; *ἀνδραποδισταὶ* igitur 1 Tim. 1, 10. ܓܢܒ ܒܢܝ ܐܢܫ *furantes ingenuos*, *ἀπιστία* Marc. 6, 6. ܥܘܠܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ et c. 16, 14. ܚܣܪ ܗܝܡܢܘܬܐ *defectus fidei*, *ἄφρονες* Eph. 5, 17. ܣܟܠܢܝ ܠܒܐ *carentes mente*, *ἀχάριστοι* 2 Tim. 3, 2. ܟܦܢ ܛܒܬܐ *beneficium abnegantes*, *ἐπίορκοι* 1 Tim. 1, 10. ܥܒܪ ܠܐ ܒܫܒܘܥܐ *iusiurandum transeuntes*, *καταπέτασμα* Matth. 27, 51. ܦܬܚܐ ܕܬܪܥܐ *facies ostii*, *κενόδοξοι* Gal. 5, 26. ܣܦܝ ܫܘܒܚܐ *vani gloria*, *νεόφυτος* 1 Tim. 3, 6. ܛܠܝܐ ܒܣܝܕܪܗ *puer in disciplina sua*, *πολυλογία* Matth. 6, 7. (Philox.) ܣܓܝ ܒܫܘܚܠܦܐ, *πολυποίκιλος* Eph. 3, 10. ܡܠܝܐ ܕܫܘܚܠܦܐ *differentiis plena*, *πολύτιμος* Matth. 13, 46. ܝܩܪ ܣܓܝ et in Phil. ܣܓܝ ܝܩܪ, *πρόγνωσις* Act. 2, 23. ܝܕܥܬܐ ܩܕܡܝܬܐ *anticipatio scientiae*, *σκληροκαρδία* Marc. 16, 14. ܩܫܐ ܠܒܐ, *σύσσωμοι* Eph. 3, 6. ܒܕܝ ܓܘܫܡܐ, *χειρόγραφον* Col. 2, 14. ܟܬܒ ܚܘܒܐ *scriptum debiti*, *ψευδοπροφῆται* Matth. 24, 24. ܢܒܝܐ ܕܫܩܪ. Eiusdem generis sunt multa cum voce *πᾶς* composita eaque vocabulo ܟܠ apposito versa, quamquam nota Gen. desit (§. 112, 1.), ut *παμπληθεὶ* Luc. 23, 18. ܟܠ ܣܗܕܘܬܐ *tota multitudo*, *πανοπλία* ib. 11, 22. ܟܠ ܙܝܢܐ et *πολυμερῶς καὶ πολυ-*

τρόπως Hebr. 1, 1. ܒܟܠ ܡܢ ܟܠ ܦܘܪܫܢܐ *in omnibus portionibus et formis.* *b*) Etiam appositione duorum substantivorum eodem consilio, ut *οἱ συμμαθηταὶ αὐτοῦ* Io. 11, 16. ܬܠܡܝܕܘܗܝ *discipuli, socii eius*, *ὁ συμπρεσβύτερος ὑμῶν* 1 Petr. 5, 1. ܩܫܝܫܐ ܚܒܪܟ *presbyter, socius vester.* *c*) Loco compositi Graeci substantivum cum adiectivo usurpatur, ut *κενοδοξία* Phil. 2, 3. ܫܒܚܐ ܪܝܩܐ *laus vana*, *κενοφωνίαι* 1 Tim. 6, 20. aeque ac *ματαιολογίαι* 1 Tim. 1, 6. ܫܒܚܐ ܟܠ, *ὁλοκαυτώματα* Hebr. 10, 6. 8. ܩܛܪܐ ܓܡܝܪܐ *incensa integra*, *πολυλογία* Matth. 6, 7. ܣܓܝܐ ܒܬܟܪܝܪܐ, *πολλαπλασίονα* Luc. 18, 30. ܣܓܝܐ ܒܬܟܦܝܠܬܐ *duplicationibus multis*, *ψευδάδελφοι* 2 Cor. 11, 26. ܫܠܝܚܐ ܕܫܩܪܐ, ita etiam similia *ψευδαπόστολοι, ψευδοδιδάσκαλοι, ψευδοπροφῆται, ψευδόχριστοι*; et pro ܫܠܝܚ? etiam ܫܕܝܪ usu venit. *d*) Substantivum cum adiectivo aut Part. praedicati vicibus fungente, e. c. *ματαιολόγοι* Tit. 1, 10. ܡܠܐ ܪܝܩܐ *vana sunt verba*, *νηφάλεος* 1 Tim. 3, 2. ܕܥܬܗ ܢܛܝܪܐ? *cuius mens vigil est.* *e*) Part. nomen aliquod regens, ut *ἀγράμματοι* Act. 4, 13. ܠܐ ܝܕܥܝ ܟܬܒܐ *scripturam ignorantes*, *ἐνεργὴς* Hebr. 4, 12. ܟܠ ܥܒܕ ܠܟܠ *omnia operans*, *παντοδύναμος* Sap. 18, 15. ܟܠ ܡܫܟܚ ܠܟܠ? *qui omnia potest*, *παντοκράτωρ* 2 Cor. 6, 18. ܟܠ ܩܢܝܢ ܟܠ? et Apoc. 1, 8. ܟܠ ܩܢܝܢ *tenens omnia*, *πατρολώαι καὶ μητρολώαι* 1 Tim. 1, 10. ܠܐܒܗܬܗܘܢ ܘܠܐܡܗܬܗܘܢ ܩܛܠܝ? ܠܐܒܗ ܘܠܐܡܗ. *f*) Adiectivum aut Part. cum Substantivo aut Inf. id accuratius definiente, ut *δυσερμήνευτος* Hebr. 5, 11. ܥܫܝܐ ܕܠܐ ܡܫܬܟܚ ܠܗ, *δυσνόητον* 2 Petr. 3, 16. ܡܟܐ ܠܐ ܡܬܬܟܠ, *πλήκτης* 1 Tim. 3, 3. ܠܐ ܕܝܕܗ ܡܬܚܙܩ ܠܡܫܕܐ? *cuius manus currit ad percutiendum.* *g*) Verbo utuntur et substantivo aut pronomine, ut *ἄγαμοι* 1 Cor. 7, 8. ܐܝܠܝܢ ܕܠܐ ܐܝܬ ܠܗܘܢ ܢܫܝ? *illi, quibus non sunt uxores*, *ἀγενῆ* ib. 1, 28. ܕܠܝܬ ܠܗ ܚܫܒܢܐ? *quorum spreta est familia*, *ἀναρίθμητος* Hebr. 11, 12. ܕܠܝܬ ܠܗ ܡܢܝܢܐ? *cui numerus deest*, *χωρὶς προκρίματος* 1 Tim. 5, 21. ܠܐ ܡܬܩܕܡ ܠܗ ܒܪܥܝܢܐ *neque menti praevenietur*; etiam ita ut verb. subst. sit supplendum, ut *ἀλλότριος* Hebr. 9, 25. ܕܠܝܬ ܠܗ? *qui non est suus.* *h*) Nominibus et particulis, nempe praepositionibus, ut *ὁ συναιχμάλωτός μου* Philem. v. 23. ܐܣܝܪܐ ܕܥܡܝ *capitivus qui mecum est*, *ὁ σύνεργος ἡμῶν* Rom. 16, 3. ܕܥܒܕ ܥܡܢ *operarius qui nobiscum est*, *ἀμώμος* Eph. 1, 4. ܠܐ ܡܘܡܐ ܒܗ? *sine labe*, *ἀναίτιοι* Matth. 12, 5. 7. ܠܐ ܒܟܬ ܒܗ? *sine reprehensione*, *ἀναμάρτητος* Io. 8, 7. ܠܐ ܚܛܝܐ ܒܗ?, *ἀνέγκλητος* 1 Cor. 1, 8. ܠܐ ܫܡܐ ܒܗ? *sine accusatione*, deinde adverbiis cum substantivis aut Partt. et Infinitt., praecipue ܒ, ut abstracta *ἀθανασία* et *ἀφθαρσία* 1 Cor. 15, 53. 54. ܒܠܐ ܡܬܚܠܦܘܬܐ ܒ et ܒܠܐ ܡܬܚܠܦ ܒ, *ἀπείθεια* Rom. 11, 30. 32. ܒܠܐ ܡܫܬܥܒܕ ܒ, *ἀπιστία* Marc. 6, 6. (Philox.) ܒܠܐ ܗܝܡܢܘܬܐ ܒ[1]) et innumera huius generis, *παλιγγενεσία* Tit. 3, 5. ܬܫܒ? ܕܒܟܝܬܐ,

1) Conf. Hebraica similiter formata לֹא אֵל *non Deus* = *idolum*, לֹא עַם *non populus* = *populus profanus* (*Gesenii Lehrgeb. der hebr. Spr.* p. 832.).

et concreta ἀνεκδιήγητος et ἀνεκλάλητος 2 Cor. 9, 15. et 1 Petr. 1, 8. ܠܐ ܡܫܬܒܚ, ἀνέκλειπτος Luc. 12, 33. ܠܐ ܡܬܚܣܪ, ἄσβεστος Matth. 3, 12. ܠܐ ܕܥܪ.

Annot. Adiectiva et substantiva privativa plerumque negatione ܠܐ, ܠܐ aut verbo ܒܛܠ, raro nominibus *defectum* significantibus praemissis indicantur. *Societatem* notantia aut nominibus ܒܥܠ et ܚܒܪ aut particula ܥܡ, *universitatem* designantia per ܟܠ, *copiam et multitudinem* significantia plerumque per adiect. ܣܓܝ et subst. ܪܒܘܬܐ describuntur. *Iteratio* vero per ܬܢܝܢ, ܩܕܡ, *prioritas* et *anticipatio* per ܩܕܡܝܐ, *spurium* per adiect. ܠܐ ܐܡܬܝ et ܕܝܘܬܐ et subst. ܕܝܘܬܐ, et *vanum* per ܣܦܝܩ indicatur.

Caput Secundum

Syntaxis Pronominum.

---

§. 121.

Pronomina personalia a) separata.

1) Quamquam Syri ad intensionem suffixorum comparandam pronominibus personalibus separatis suffixo postpositis, opinor, nusquam utuntur [1]), quam ob rem versio V. T. Syriaca hunc Hebraeorum morem [2]) non sequitur, tamen ea *absoluta* sententiis praemittentes emphasin quandam atque intensionem efficiunt. Etenim casus absolutus non solum excipitur dictis, quorum subiectum constituit, ut Ephr. III, 429. C. ܐܢܐ ܡܢܐ ܐܥܒܕ *ego vero, quid agam?* sed saepe etiam *casu obliquo*, quem sententia postulat, explicandus est; ex hoc genere sunt *a) Gen.* illustranda: Io. 19, 11. ܠܟ ܐܝܬ ܠܝ ܫܠܛܢܐ ܥܠܝ ܐܠܐ ὁ παραδιδούς με σοὶ μείζονα ἁμαρτίαν ἔχει, Barh. 265, 7. ܐܝܟ ܕܐܝܬ ܠܟ ܠܡܠܟܘܬܟ ܛܒ *quod autem te attinet, fortunatum sit regnum tuum! b) Dat.*, ut Barh. 103, 14. ܐܢܐ . . ܗܘܬ ܠܝ *mihi . . erat propositum, Adler.* instit. 40, 5.

---

1) Exempla huius rei, quae videntur, ut Rom. 2, 1. ܐܢܬ ܗܘ *te ipsum*, ܐܢܬ pleonastice positum (§. 123, 1.) exhibent.

2) *Gesenii Lehrgeb. der hebr. Spr.* §. 191, 1.

ܐܢܐ ܠܐ ܡܢܟ ܒܝ ܐܢܫ *ad me autem nemo venit*, Luc. 23, 41. ܠܐ ܗܢܐ ܡܢ ܗܘ ܕܒܪ ܐܢܫ ܒܗ ܕܒܝܫ *ab hoc autem nulla res detestabilis facta est*, Deut. 18, 14.

ܐܢܘܢ et ܐܢܝ etiam Acc. insigniunt (§. 41, 3. et Annot. 5.).

2) Pronomina personalia *verbi substantivi* locum obtinent, eorumque nonnulla hanc ob rem quibusdam obnoxia sunt mutationibus (§. 27, 2. a. b. et 41. Annot. 1—3.); namque ܐܢܐ, ܐ et ܐ primam litteram occultant, ܐ et ܐ praeterea vocalem aut ad vocabulum praecedens remittunt, aut omnino abiiciunt (§. 27, 2. b. α. 36, 3. c.), ܢܚ vero pariter ac pronomina 2 pers. cum Partt. praecedentibus coniunguntur (§. 41. Annot. 1—2. 57, 2.). Huius vero structurae varias rationes *Gesenio* praeeunte [3]) ita distinguendas arbitramur:

a) Primum locum tenent exempla, quorum subiectum quoque pronomini inest, ita ut verbum substantivum, illius et praedicati copula, cogitando suppleatur, ut Gen. 3, 10. ܐܢܐ ܥܪܛܠ ܐܢܐ *nudus (sum) ego*, 42, 11. ܚܢܢ ܒܢܝ ܓܒܪ ܚܕ ܒܪ ܒܢܝ *filii (sumus) nos unius viri*, 3, 7. ܗܢܘܢ ܥܪܛܠܝܢ ܗܘ *nudi (erant) illi*, 29, 4. ܐܝܟܐ ܐܬܝܬܘ . ܐܡܪܘ ܠܗ ܚܪܢܝ ܐܢܚܢ . ܐܝܟ ܒܢܝ ܐܢܬܘܢ *unde (estis) vos? dixerunt ei: Haranenses nos (sumus).*

b) Secundo loco ponuntur ea, in quibus pronomina 3 pers., nulla verae significationis ratione habita, solum verbum subst. indicant, e. c. Gen. 41, 26. ܫܒܥ ܦܪܘܬܐ ܫܦܝܪܬܐ ܫܒܥ ܫܢܝܢ ܗܝܢ *septem vaccae pulcrae sunt septem anni*, Zach. 1, 9. ܡܢܘ ܐܠܝܢ ܗܠܝ *quid sint illi?* Barh. 531, 5. ܡܪܐ ܕܡܓܕܠ ܗܘ *dominus Maiphercatae, qui est Aschraf*, ib. 534, 1. ܪܒܘܬܐ ܕܪܘܒܐ, ذومان *i. e. myrias*, Matth. 5, 15. Act. 2, 15. Apoc. 22, 14. Ps. 118. (119.), 84. ܟܡܐ ܐܢܘܢ ܝܘܡܝ ܕܥܒܕܟ *quot sunt dies servi tui?* Huc pertinent etiam exempla pronominis eiusdem in una sententia ita repetiti, ut prius subiecti vicibus fungens verum pronomen sit, neque ullam patiatur mutationem, posterius vero locum verbi substantivi obtineat, ut Matth. 3, 11. ܐܢܐ ܡܥܡܕܟܘܢ ܐܢܐ *ego baptizo*, Exod. 16, 8. ܚܢܢ ܡܢܢ ܗܘ ܒܢܝ *nos, quid sumus?* Matth. 27, 4. ܐܢܬ ܚܙܐ ܐܢܬ *tu videbis*, Io. 1, 19. 4, 29. ܗܠܝܢ [4]) ܗܘ ܟܕ *num is sit Christus?* Gen. 23, 19. ܗܝ ܗܝ ܚܒܪܘܢ *id est Hebron*, Luc. 24, 18. (Philox.)

c) Tertium genus est eorum, in quibus pronomen 1 aut 2 pers. tanquam subiectum et pronomen 3 pers. pro verbo subst. copulantur, ut Matth. 26, 25. ܐ ܐܢܐ ܟܕ *num ego sum?* Matth. 11, 3. 13. ܐ ܐ ܗܘ ܐܢܬ *tune es venturus*, 16, 16. Luc. 24, 18. Matth. 5, 13. ܐܢܬܘ ܡܠܚܐ ܕܐܪܥܐ ܐܢܬܘܢ *vos estis terrae sal*, v. 14. [5]).

---

3) *Lehrgeb. der hebr. Spr.* p. 738.

4) Contracte pro ܐ ܐ. Philox. versio his Peschito verbis substituit ܐ ܐ ܕܟܕ.

5) Philoxeniana quidem N. T. versio graecorum tenacissima pro verbo subst. etiam ܐܢܬ cum suff. 3 pers. simili nexu usurpat; ergo Matth. 26, 25. ܐ ܐܢܐ ܐܢܬ *egone sum?* 16, 16. ܐܢܬ ܐܢܬ *tu es.*

Ab his vero discernas ea, in quibus pronomen 3 pers. originariam retinens significationem praedicati vices gerit, ut 1 Chron. 21, 17. אֲנִי הוּא הַחֹטֵא *ego sum is, qui peccavit* (pr. *peccavi*), Es. 46, 4. וְעַד זִקְנָה אֲנִי הוּא *usque ad senectutem idem sum.*

§. 122.

Pronomina personalia b) suffixa.

1) *Suffixa verborum* pro *Acc.* regulariter posita (§. 42, 2.), quamquam multo rarius atque in Hebraicis, tamen nonnunquam alias dicendi rationes, praesertim vero *Dat.* denotant, ut Ios. 15, 19. נָתַתָּה לִי *dedisti mihi* pro נָתַתָּה בְּ, Ephr. I, 8. C. הַמְקַבְּלִים אוֹתָן *quae* (nomina) *ei* (spiritui sancto) *indunt.* Suffixum vero nominis pro alio casu ac Gen. usurpare, fere illicitum videtur; exemplum tamen habes Ps. 73, 27. הִנֵּה רְחֹקֶיךָ *a te alieni* pro הִנֵּה רְחֹקִים מִמֶּךָ.

2) Substantivorum Gen. coniunctorum unamque tantum notionem complectentium prius seu nomen regens suffixa, etiamsi ad hoc pertineant, non recipit, sed vox in Gen. posita ea sibi vindicat. Itaque Lev. 20, 3. שֵׁם קָדְשִׁי *nomen meum sanctum*, Dan. 9, 24. עִירְךָ קָדְשֶׁךָ *urbs tua sancta*, Deut. 1, 41. כְּלֵי מִלְחַמְתּוֹ *armis suis bellicis*, Iob. 19, 17. בֶּן בִּטְנִי *filium a me procreatum*, Barh. 397, 11. כְּתַב יָד *chirographum*, Ephr. I, 121. A. וְהוּא צוּרָתָהּ כַּדּוּרִית *forma eius* (terrae) *sphaerica*, Es. 56, 7.

Raro suffixum nomini regenti, ad quod pertinet, annectitur, ut Ezech. 16, 27. מִדַּרְכֵּךְ זִמָּתֵךְ *a viis tuis meretriciis*, praecipue vero in nonnullis formulis dextram sinistramve alicuius rei partem significantibus, e. c. Matth. 5, 29. 30. 39. עֵינְךָ הַיְמָנִית *oculus tuus dexter*, יָדְךָ הַיְמָנִית *manus tua dextera*, לֶחְיְךָ הַיְמָנִית *maxilla tua dextera*, Luc. 22, 50. אָזְנוֹ הַיְמָנִית *aurem eius dexteram*, Iud. 3, 21. יַד שְׂמֹאלוֹ *manu sua sinistra*, Apoc. 10, 2. רַגְלוֹ הַיְמָנִית *pedem suum dexterum.*

3) Substantivum suffixo auctum, cum adiectivo coniungendum, priorem occupat locum, ut Luc. 1, 70. נְבִיאֵי קָדְשׁוֹ *sancti eius prophetae*, ib. v. 72. בְּרִיתוֹ קָדְשׁוֹ *foedera eius sancta*, Tychs. Elem. 47, 6. מַעֲשֶׂיךָ הַטּוֹבִים *hoc opus tuum*, ib. l. 10. רָזֶיךָ קְדוֹשִׁים *arcana tua sancta*, ib. 49, 8. רוּחֲךָ חַיָּה וְקָדוֹשׁ *spiritus tuus vivus et sanctus.*

4) Cum Gen. non solum *active*, sed etiam *passive* usurpetur (§. 113, 3.), de suffixis quoque nominis, quia revera genitivi sunt, idem valet, ut Exod.

20, 20. (17.) ܬܕܝܚ *timor de eo*, Barh. 217, 16. Ier. 51, 25. ܚܠܬ *spolia mihi rapta*, Es. 56, 7. ܨܠܘܬܝ *preces ad me fusae;* 21, 2. ܬܐܢܚܬ *suspiria de ea*, Barh. 218, 14. ܣܢܝܐ *odium in eum.*

5) Possessiva saepe vocula ܠܗ describuntur (§. 44, 3.), praecipue vero *a*) ubi solo suffixo aut quaedam oritur ambiguitas, ut ܡܫܬܐ ܕܝܗ ܐܢܐ *in vas suum pastorale*, ܪܥܝܐ ܕܝܗ *duces eius* (ubi etiam ܕܡܬܟܪܝ dicere licebat); 22, 31. 2 Chron. 35, 24., aut *b*) sententia non satis exprimitur, e. c. Matth. 6, 13. ܕܝܠܗ ܗܝ ܡܠܟܘܬܐ *tuum est regnum*, Io. 1, 11. ܠܘܬ ܐܝܕܝܗ ܐܬܐ ܠܬ ܕܝܠܗ ܐܬܐ εἰς τὰ ἴδια ἦλθε, καὶ οἱ ἴδιοι αὐτὸν οὐ παρέλαβον, 10, 12. ܠܐ ܗܘ ܐܝܕܝܗ ܗܘ οὐ οὐκ εἰσὶ ἴδια, v. 14. ܝܕܥ ܐܢܐ ܠܝ ܕܝܠܝ ܘܡܬܝܕܥ ܐܢܐ ܠܝ *novi meos et agnoscor a meis*, Barh. 491, 19. ܕܝܗ ܕܟܠ ܡܢ *omnes ad eum pertinentes*, ib. 444, 1. ܒܗܘ ܕܝܗ ܟܠ ܫܘܠܛܢ *cum eorum esset omnis potestas*, Kirsch. 206, 14. ܡܫܘܝ ܠܐ ܕܝܗ ܕܥܒܕܝܗ *agendi rationes eorum eius (rationem) non aequabant*, aut *c*) emphatice possessivum accipitur, ut Io. 7, 8. ܕܝܠܝ ܙܒܢܝ *meum tempus.*

Ponitur tamen ܠܗ pro suffixo vel nulla earum caussarum intercedente, ut 1 Reg. 1, 33. ܕܝܠܝ ܦܪܕܬܝ *mula mea*, ܕܝܗ ܪܥܝܗ *principes eius*, Ephr. I, 118. C. ܕܝܗ ܙܘܙܢܐ *eius paratio*, ib. 123. C. ܒܟܢܘܢܝܗ ܕܝܗ *in receptacula sua*, maxime vero, ut videtur, in seriore Syriasmo, ut Mich. chr. 99, 12. ܕܝܠܝ ܪܘܓܙܐ *ira mea*, Barh. 487, 7. ܕܝܗ ܐܒܘܗܝ *patrui eius*, ib. 516, 3. ܕܝܗ ܐܚܕ ܒܪ *frater eius unus*, l. 8. ܕܝܗ ܡܠܟܬܐ ܒܪܡ *ex magna eius regina*, Kirsch. chr. 207, 2. ܕܝܠܝ ܐܢܘܢ ܩܪܬܐ ܗܕܐ *haec urbs nostra.* Hoc etiam in caussa est, quod Philoxeniana N. T. versio antiquiori Peschito frequentius hac possessivi periphrasi utitur, quamquam etiam eius diligentia in omnibus Graecis vocibus reddendis posita ad hanc consuetudinem eligendam alicuius momenti fuisse videtur. Peregrina denique vocabula, cum haud raro suffixis recipiendis non satis essent apta, eadem suffixi delectantur periphrasi, ut Barh. 486, 2. ܙܘܢܐ ܕܝܗ *zonas eorum*, ib. 491, 18. ܕܝܗ ܦܠܛܝܢ *palatium eius*, Kirsch. chr. ܘܒܠܐ ܒܓܝܢܗ ܕܝܗ *et propter eius* παῤῥησίαν.

6) *Emphasis* quamquam vocula ܠܗ cum suff. indicari potest, tamen saepius et suffixum nomini adiunctum et ܠܗ eodem suffixo auctum simul usurpantur, ut Io. 4, 34. ܒܝܠܝ ܕܝܠܝ ܐܟܠܬܝ *cibus meus*, 5, 47. ܒܝܠܝ ܡܠܬܝ *mea verba*, Luc. 6, 42. ܒܥܝܢܟ ܒܥܝܢܟ *in tuo ipsius oculo*, 1 Reg. 21, 19. Marc. 2, 18. ܬܠܡܝܕܝ ܕܝܠܟ *sed discipuli tui.* In libris vero e Graeco sermone versis haec utriusque rei

coniunctio eam ob caussam etiam sine ulla emphasi adhibetur, quia ab interpretibus verborum tenacioribus possessiva ἐμὸς, σὸς, ἡμέτερος, ὑμέτερος, σφέτερος ita vertuntur. Inveniuntur non pauca exempla vocis ܠܰܢ cum suffixis post suffixa personaliter accepta emphasin quandam efficientis, ut 2 Cor. 5, 19. ܒܰܢ ܒܰܢ *in nobis, nobis inquam*, 1 Io. 2, 2. ܠܐ ܒܠܚܘܕ ܐܦ ܠܰܢ *neque pro nobis solum*, 2 Cor. 1, 12. ܒܟܘܢ *apud vos*, Kirsch. chr. 207, 4. ܥܡܰܢ *nobiscum*. Eundem in finem repetitur etiam suffixum cum praepositione, ut Matth. 27, 4. ܡܐ ܠܰܢ *quid ad nos?* Io. 21, 22. ܡܐ ܠܟ *quid ad te?*

§. 123.

Pleonasmus et ellipsis pronominum personalium.

1) Syri, cum *pleonasmo pronominum* mirifice delectentur, 3 pers. ܗܘ persaepe redundanter ponunt, eiusque vocalem, ܐ occultato, ad vocis praecedentis ultimam litteram vacuam remittunt aut omnino exstirpant, si vox ea vocali finitur (§. 27, 2. b. α. 36, 3. c.). Sine dubio haec dicendi ratio inde exorta est, quod ab initio quaedam emphasis, nonnunquam admodum subtilis illo pronomine indicabatur, ut Io. 8, 28. ܐܝܟ ܐܒܝ ܠܝ ܐܡܪ ܗܘ ܐܢܐ ܡܠܬܐ *sicut me pater meus docuit, ita tantum* (non alio modo) *loquor*, Rom. 14, 8. ܐܢ ܚܝܝܢ ܠܡܪܐ ܚܝܝܢ ܗܘ *si vivimus, domino id vivimus.* Sed sunt exempla, in quibus vix ullum huius emphaseos inveneris vestigium, ut Matth. 15, 19. ܡܢ ܠܒܐ ܢܦܩܢ ܡܚܫܒܬܐ ܒܝܫܬܐ *ex corde enim egrediuntur cogitata mala*, c. 11, 4. et Luc. 7, 19. ܐܘ ܕܐܚܪܢ ܢܣܒܐ ܗܘ *an alium exspectemus?* Col. 1, 19. ܒܗ ܨܒܐ ܗܘ ܕܫܪܐ *in quo voluit*, Marc. 7, 23. 1 Tim. 5, 9. Hoc vero ubi cum substantivis Sing. fem., ut Rom. 2, 4. ܠܬܘܒܬܐ ܗܘ ܡܒܝܠܬ ܠܟ *ad resipiscentiam te deducat*, 3, 28. ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܗܘ ܡܬܙܕܩ ܒܪܢܫܐ *per fidem iustificatur homo*, 1 Tim. 4, 10. ܠܗܕܐ ܗܘ ܐܡܪ ܥܡܠ ܐܢܚܢܐ *propter hoc enim laboramus*, aut cum Subst. in Plur. et m. et fem. coniungitur, ut Luc. 12, 30. ܠܗܠܝܢ ܗܘ ܐܠܝܢ ܕܥܡܡܐ ܕܥܠܡܐ (*haec enim omnia*) *populi terrae quaerunt*, Io. 8, 26. ܐܢܐ ܡܠܬܐ ܗܘ ܐܡܪ ܠܥܠܡ *haec loquor in mundo*, 1 Tim. 1, 4. ܕܡܫܝܐ ܗܘ ܡܓܪ ܣܟܠܬܢ *quae controversias pariunt*, Rom. 2, 1. ܒܗ ܗܘ ܐܬܪ ܐܢ *in iisdem versaris*, Hebr. 13, 22. ܒܩܨܪ ܗܘ ܟܬܒܬ ܠܟܘܢ *paucis vobis scripsi*, maior eius est singularitas.

2) Pronominibus ܗܘ et ܗܝ simul positis nonnunquam nulla efficitur emphasis, ut Io. 5, 9. ܗܘ ܝܘܡܐ ܗܘ ܒܫܒܬܐ *et dies ille sabbatum erat*, et Plur. Matth. 3, 1. ܒܗܝܢ ܝܘܡܝܢ ܗܢܘܢ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις.

3) Suffixum *verbi* saepe pleonasticum est, ita ut nomine ipso, cuius vicibus fungitur, statim excipiatur, ut Matth. 1, 25. ܢܣܒ ܠܗ ܠܐܬܬܗ *assumsit eam, uxorem suam* et ܝܠܕ ܠܗ ܠܒܪܗ *peperit eum, filium suum*, Io. 1, 37. (Philox.) ܬܒܥܘ ܠܝܫܘܥ *secuti sunt eum, Iesum*, Matth. 1, 21. (Philox.) ܡܦܪܩ ܠܥܡܗ *salvabit eum, populum suum*, c. 26, 51. ܘܗܟܐ ܠܥܒܕ ܟܗܢܐ ܪܒܐ *et percussit eum, servum pontificis maximi*, Matth. 1, 21. ܡܦܪܩ ܠܥܡܗ *salvabit populum suum*, etiam sine ‖ Acc., ut Matth. 27, 5. ܘܪܡܐ ܗܘ *et proiecit illud, argentum*, Matth. 25, 25. ܟܣܝܬ ܠܗ *occultavi id, talentum tuum*, 1 Tim. 6, 14. ܢܛܪ ܠܟ *ut illud, praeceptum serves.* Interdum pronomini et nomini aliquid intercedit, e. c. Gen. 2, 19. ܘܟܠ ܡܢ ܕܐܡܪ ܐܕܡ ܠܢܦܫܐ ܚܝܐ *et quicquid diceret iis Adam, animalibus* [1]).

Eiusdem generis est ratio *Zabiorum*, formis Verbi, cui nomen obiecti praecedit, pleonasticum praebendi suffixum, ut Cod. Nas. ed. Norberg. I. 52, 19. ܘܩܠܗ ܢܩܪܝܢ ܠܗܘܢ *et vox eius Septemstellares, eos vocabit;* ib. 54, 12. ss. ܘܙܪܥܗ ܠܐ ܢܫܬܪܝ ܠܗܘܢ *et semina sua, super femora ea profundunt;* ib. 90, 6. ܬܠܝܬܝܬܐ ܣܬܪܗ *doctrinam primam, pervertunt eam.* Neque vero *Syris* hanc dicendi rationem defuisse in aperto est, vide v. c. Lev. 25, 44. ܡܢ ܥܡܡܐ ܕܚܘܠܟܘܢ ܢܩܢܐ ܥܒܕ ܘܐܡܬܐ *a populis circa vos, ab iis ematis.*

4) Etiam *suffixum nominale* pleonasticum saepe Gen. nominis praecedit nota ̈ indicatum, ut Matth. 1, 20. ܒܪ̈ܗ ܕܕܘܝܕ *filius eius, Davidis*, Act. 4, 10. ܒܫܡܗ ܕܝܫܘܥ *in nomine eius, Iesu*, Dan. 3, 8. ܩܛܪ̈ܝܗ ܕܝܗܘܕܝܐ *accusationes Iudaeorum*, c. 4, 22. ܬܚܘܡ̈ܗ ܕܐܪܥܐ *fines terrae.* Idem valet de suffixo ante Gen. periphrastico ܕ insignitum, ut Cant. 1, 6. ܟܪܡܝ ܕܝܠܝ *vineam meam, meam*, Luc. 6, 42. ܬܠܡܝܕ̈ܝܟ ܕܝܠܟ *discipuli tui, tui.*

Huc pertinet etiam ܟܠ *omnis*, quod nomini alicui praemissum aut postpositum suffixo ad hoc nomen referendo uti solet, ‖ ut Barh. 253, 15. ܟܠܗ ܝܘܡܐ *totum eum, diem*, ib. l. 16. ܟܠܗܘܢ ܣܒ̈ܥ̈ܗ *universitas eorum, horum malo-*

---

1) Exempla Infinitivi cum suffixo per nomen aliquod illustrato me legere haud memini, et in iis locis, ubi Hebraico V. T. textu ad hanc dicendi formulam usurpandam Syrus poterat adduci, alia tamen ratione rem expressit.

rum, ib. 254, 13. 255, 6., ib. 71, 6. ܥܡܐ ܕܝܠܗ *populus vero, universitas eius.* Notam Gen. ? post ܠ usurpare Syri non solent [2]).

5) Hoc pleonasticum suffixum ne *praepositiones* quidem a se alienum existimant

a) aut ante nomen nota ; insignitum, quam quidem, ubi praepositio a nominibus oriunda ponitur, pro *Gen. signo*, in reliquis vero pro pronomine *relativo* habeas necesse est; nempe *α*) ܐܚܪ, ut 1 Tim. 1, 8. ܢܡܘܣܐ ܕܐܚܪ *secundum eam, quae est lex; β)* ܒܬܪ, ut Io. 1, 37. ܝܫܘܥ ܕܒܬܪ *post Iesum*, Act. 10, 23. ܡܚܪܬܐ ܕܒܬܪ *postridie; γ)* ܕ, ut Ephr. I, 119. B. ܡܢ ܗܘ ܟܘܟܒܐ ܕܢܘܪܐ ܡܢ ܗܢܐ . ܕܐܬܘܢܗ ܕܟܘܟܒܐ *et ab hac sphaera ardente eius, ignis*, Barh. 483, 18. ܕܫܢܬܐ ܕܝܠܗ *eius, anni; δ)* ܒ, ut Apoc. 4, 4. ܒܬܪܟܘܣܐ ܕܟܘܪܣܝܐ *in circuitu throni, circa thronum; ε)* ܠ, ut Luc. 23, 7. ܠܘܬ ܗܪܘܕܣ *ad Herodem; ζ)* ܠܡ, ut Rom. 8, 3. ܠܡ ܚܛܝܬܐ *propter peccatum; η)* ܡܢ, ut Act. 23, 6. ܡܢ ܥܡܐ *ex populo*, Barh. 334, 20. ܡܢ ܕܕܗܒܐ ܙܝܦܐ *ab auro adulterino*, Ephr. I, 119. A. ܥܠ ܡܝܐ *super aquas; ϑ)* ܥܠ, ut Apoc. 4, 4. ܘܥܠ ܐܠܝܢ ܟܘܪܣܘܬܐ *et super hos thronos*, Rom. 13, 6. ܥܠ ܗܟܝܠ *propterea; ι)* ܥܡ, ut Ass. B. O. I. 30, 17. ܥܡ ܐܦܣܩܘܦܐ *cum episcopis*, ib. II. 252, 10. ܥܡ ܐܒܐ ܕܐܒܗܬܐ *cum patriarcha; κ)* ܩܕܡ, ut Luc. 5, 19. ܩܕܡ ܝܫܘܥ *coram Iesu*, Apoc. 5, 8. ܩܕܡ ܗܘ ܥܡܪܐ *ante agnum*, alia. Cum articulus Syris desit, ab interpretibus Graecorum librorum, qui omnia accurate reddere volunt, haec definiendi ratio persaepe usurpatur.

b) Aut ante nomen eadem particula, praesertim eodem praefixo instructum; nempe *α*) ܒ, ut Barh. 533, 6. ܒܚܠܒ *Halebi*, Ephr. I, 8. F. ܒܝܘܡܐ ܩܕܡܝܐ *die primo; β)* ܠ, ut Barh. 533, 5. ܠܚܠܒ *Halebum*, Io. 5, 4. ܠܒܪܟܬܐ *in piscinam;* deinde vero etiam aliis definitum praepositionibus, e. c. *α)* ܠ, ut Act. 9, 21. ܠܗܕܐ ܠ *εἰς τοῦτο*, *β)* ܥܡ, ut Rom. 6, 8. ܥܡ ܡܫܝܚܐ *cum Christo; γ)* ܡܢ, ut Act. 27, 30. ܡܢ ܐܠܦܐ *e navigio;* 1 Tim. 1, 6. ܡܢ ܕ *ἀφ' ὧν*, alia. Huic loquendi rationi in huiusmodi formulis vix aliam vim inesse, nisi Germanici aut Graeci articuli, quin etiam ne eam quidem, non attinet demonstrare.

---

2) Exemplum suffixi pleonastici in voce ܟܠ omissi legimus Barh. 253, 20. ܟܠ ܝܘܡܐ *quovis die.*

Annot. Interdum inter suffixum pleonasticum et nomen ipsum, ad quod pertinet, una vel plures voces interponuntur; ita apud Ephr. I, 121. A. ܐܬܪܗ ܒܪܟ ܐܝܬ ܗܘ ܐܠܗܐ *deinde eam Deus iussit, terram*, et in Barh. 443, 13. ܘܐܒܕܘ ܐܢܘܢ ܠܗܘ ܠܡܠܟܘܬܗܘܢ *et (Franci) exstinxerunt illud, regnum eorum* (Graecorum), Io. 8, 33.

In multis exemplis suffixum cum praepositione nomini suo praemissum notionem *ipse, ipsa, ipsum* indicat, vid. §. 127.

6) Dat. pronominis personalis pleonasticus saepe verbi form's, praecipue quidem Impp. et Futt., sed Praett. quoque apponitur. Amant eum prae ceteris verba *eundi*, itaque Gen. 27, 43. ܙܠ ܠܟ *abi*, Cant. 2, 10. ܩܘܡܝ ܠܟ *eas tibi*, v. 11. ܐܙܠ ܠܗ *abiit*, Luc. 8, 37. ܕܢܦܩ ܠܗ *ut abiret*, Luc. 2, 43. 45. ܗܦܟܘ ܠܗܘ *reversi sunt;* Ass. B. O. I, 413, 11. not. ܘܢܗܪܘܒ ܠܗ *et confugeret*, Es. 31, 8., Ephr. III, 5. D. ܐܦ ܐܢܐ ܠܟ *se etiam recidere;* Cant. 2, 10. ܩܘܡܝ ܠܟ *surge!* Ios. 7, 10., 2 Paral. 25, 16. ܘܐܬܪ ܢܒܝܐ ܡܢ ܥܠ ܠܗ *et recessit propheta ab eo*, Iob. 19, 29., Gen. 22, 5. ܐܬܒܘ ܗܪܟ ܒܗ *maneatis hoc loco.* Alia huius rei exempla haec sunt: Cant. 2, 17. ܕܡܐ ܠܟ *similis esto*, 8, 14., Iob. 7, 3. ܐܬܢܚܠ ܠܝ ܝܪܚܐ ܣܟܘܠ *ita haereditate accepi menses vanos*, Ezech. 37, 11. ܐܒܕ ܠܢ *defecimus.*

7) Suffixa etiam omittuntur, ubi e vocabulorum nexu iisque, quae praecesserunt, accuratius diiudicatis cogitando possunt suppleri; quae res evenit in Syriaca lingua praecipue Acc. verbis annectendo [3]), v. c. Ex. 2, 25. *et Deus vidit filios Israelis* ܘܝܕܥ ܐܠܗܝܡ *eosque non ignoravit* pro ܘܝܕܥ ܐܢܘܢ, Barh. 328, 10. 11. ܘܟܠ ܐܝܟܐ ܕܐܫܟܚܘ ܒܗ ܬܘܪܟܝܐ ܩܛܠܘ ܠܗ *Turcae vero, ubicunque invenerunt Francos, occiderunt (eos)*, Gen. 6, 19. ܠܡܛܪ *ad (ea) servanda*, Barh. 232, 5. ܘܐܬܒܨܪ ܠܗ *et (eos, sc. libros) intellexit.* Praecipue neutrum (*id, hoc*) omittitur, ut Gen. 9, 22. ܘܐܚܘܝ ܠܐܚܘܗܝ ܬܪܝܗܘܢ *et (hoc) indicavit fratribus suis duobus*, c. 24, 49. ܐܢ ܐܝܬ ܠܟܘܢ *me certiorem facitis (huius rei)*, Iob. 21, 19. ܘܢܕܥ *ut (id) sciat*, Ier. 4. 16. Barh. 372, 12. ܘܠܐ ܫܒܩ *neque (id) permisit*, Ephr. I, 117. C. ܗܟܢܐ ܬܣܒܪ *(id ita) intelligas.* Ubi idem obiecti suffixum duobus verbis competit, saepe semel tantum ponitur, seu priori, seu, quod saepius fit, posteriori contingens, ut Ephr. I, 120. B. ܗܘ ܕܒܪܗ ܘܬܩܢ ܠܗ *is, qui eum* (aërem) *fundavit et paravit*, Barh. 487, 1. ܪܡܘ ܘܫܕܘ ܠܗ *exaltarunt et posuerunt eum.*

---

3) *Dat.* omissum invenis Barh. 487, 2. ܕܢܦܠ ܠܗ ܠܡܠܟܘܬܐ *regnum (ei) competere.*

§. 124.

Aliae pronominum personalium proprietates.

1) *Pronomine* Syri utuntur interdum antequam substantivum, ad quod referendum illud est, posuerunt, idque vel pluribus interiectis demum commemoratur, vel, quod tamen rarius fit, e nexu verborum omnino supplendum est. Quod qui admittunt scriptores, lectorum suorum aeque ac suae ipsorum menti res exponendas obversari procul dubio arbitrantur. Eius generis sunt Es. 8, 21. ܒܥܒܪ ܒܗ ܘܡܦܫܢ *transibit eam eamque duram reddet* sc. *terram* (cll. v. 22.), Ps. 87, 1. ܐܘܣܕܘܗܝ ܒܗܪ ܩܕܫܐ *fundamenta eius* (sc. *Zionis* vid. v. 2.) *in monte eius sancto sunt*, Ps. 9, 13. ܕܡܐ ܠܡܒܥܐ *ad vindicandum sanguinem eorum* sc. *pauperum* (vid. alterum membrum, in quo quidem Sing. ܡܣܟܝܢܐ, neque Plur. legitur), Ps. 65, 10. ܬܩܢܬ ܡܙܘܢܗܘܢ *parasti cibum eorum* sc. *hominum*, Ps. 18, 15. ܒܙܥ ܐܢܘܢ *dispersit eos* et ܐܪܓܙ ܐܢܘܢ *conturbavit eos*, sc. *inimicos* (cll. v. 18.), Iob. 37, 4. ܘܠܐ ܢܥܩܒ ܐܢܘܢ *neque iis* (sc. quae tonitrua et fulgura sequuntur, cll. v. 6.) *se opponit*, Barh. 532, 11. 20. ܘܐܫܠܡܘ ܠܗ ܒܫܠܡܐ *eamque* (urbem) *in pace* (non pugnantes) *tradiderunt*, sc. *incolae* seu *principes urbis* cll. 533, 1. 2. In oraculo Nahumi contra Niniven edito pronomina in duobus prioribus capitibus usurpantur ad nomen *Ninives* pertinentia, ut 1, 8. ܒܝܬܗ [1]), v. 11. ܒܢܝܗ, v. 12. ܒܢܝܬܟ cet., quamquam 2, 9. tandem ܢܝܢܘܐ commemoratur.

Similia sunt exempla pronominis pro Substantivo, iam quidem commemorato, sed per longum intervallum separato positi, ut Es. 45, 13. ܐܢܐ ܐܥܪܪܬܝܗ *ego excitavi eum* sc. *Cyrum* cll. v. 11. et 44, 28., Ps. 68, 10. ܘܐܬ ܬܟܢܬ ܐܝܬܗ *et tu confirmasti eam*, v. 11. et 15 ܒܗ *in ea*, sc. *terra* cll. v. 8. [2]).

2) Item pronomina interdum non ad nomen, quod excipiunt, sed aliud, fortasse longo intervallo separatum respiciunt, plerumque tamen nexu verborum facile inveniendum, ut Ps. 44, 3. ܐܝܕܟ ܐܘܪܫܬ ܥܡܡܐ ܐܢܘܢ ܐܦ ܢܛܬܬ *manus tua perdidit populos, eos autem* (non populos, sed *patres* cll. v. 2.) *plantasti;* Ps. 105, 37.

---

1) Ita pro ܒܝܬܗ, quod Polygl. Lond. exhibent, eam ob caussam scribendum existimo, quia Suffixa ad Niniven pertinentia, quae in sequentibus adhibentur, fem. generis sunt.

2) Etiam pronomen demonstrativum nonnunquam ad ea refertur, quae sequuntur, ut Ps. 7, 4. ܐܢ ܥܒܕܬ ܗܠܝ *si hoc* (sc. quod in sequentibus commemoratur) *feci.*

أَصْحَ إِدْ *eduxit eos* (non Aegyptios v. 36., sed *Israëlitas*) cll. alterum huius commatis membrum et v. 23., Gen. 10, 12. أَصْلَا صَنِيلَا أَصِ *haec est urbs magna* sc. Resen aut Ninive ex aliorum sententia.

3) Loco pronominis nomen ipsum nonnunquam repetitur, ut Gen. 16, 16. *Abraham vero* 86 *annos natus erat*, لِاصْمَ أَصْدِيلَا ضِنِ بِكْرِ *cum Hagar Ismaelem Abrahamo* (pro *ei*) *pareret*, cp. 5, 1. *Deus hominem creans* أَنْكَصْ صُوكِحَ *secundum imaginem Dei* (pro *suam*) *eum fecit*, 12, 5. 1 Reg. 8, 1. Zach. 3, 9. حِاصْا ؟بِيحِلَ صُمْ بِهْلَا *lapis, quem posui ante Iesum* pro *ante te*, Ps. 50, 14. لَاصْلَا ؟أَصْ لَاكْصَا *sacrifica Deo* (pro *mihi*) *gratias.* Colloquentes cum potentioribus pronomina *ego* et *tu* evitant, hoc per صُكْبِ, صُكْنَا et صُكْنِ, أَصْلَمْ aliaque huius generis, illud vero per بِحَصْبِ et أَصْلَمْ indicantes, ut Gen. 44, 16. صُكْنَا نَاجَمْ كُصْبِ *quid dicamus domino meo?* ib. سَلْصَا كَكْصَبِ *facinus servorum tuorum* et سَنِي كَصْبَا كَصْبِ أَصْ *ecce! sumus servi domini mei* [3]), v. 19. كَكْصَبِوَبِ صُبِ بِمَا *dominus meus e servis suis quaesivit*, ib. v. 21 ss. 46, 34. 19, 27. أَدْنَا صُمْ صُبِ *ante dominum* pro *te*, ib. v. 30 ss. Dan. 10, 17. أَدْنَا بِصَبِ بِحَصْكَكْصَ ؟صُبِ أَنَا *quomodo posset servus domini huius mei colloqui cum hoc meo domino*, cp. 1, 12. 2, 4. 2 Sam. 14, 9. 11. Esdr. 5, 8. 17. Knoes. chr. Syr. 80, 12. ib. 75, 2. أَصْلَا بِمْ أَنَا إِنَا *ego ibo cum magnitudine tua* pro *tecum.* Itaque بِحَصْبِ nonnunquam in eadem sententia et 1 pers. alternis vicibus ponunt, ut Gen. 44, 32.; reges vero nomine suo insigni *rex* pro *ego* utuntur, ut Esth. 8, 7. 8. *et dixit rex Aschirosch: scribite* ؟صَكْنَا صَعْنَا *in nomine regis* pro *meo* et ؟صَكْنَا سَلْصَمَ حِدَمْلَا *annulo regis signate*, Dan. 4, 19. 29. (in hebr. v. 16. 25.). Eiusdem generis est *nominis divini* repetitio pro pronomine, e. c. Gen. 5, 1. 19, 24. Exod. 20, 7.

4) Scriptores Syriaci rarius quidem Hebraicis structuram inceptam deserunt, interdum tamen ex una pers. in alteram, praecipue ex 2 in 3. et vice versa deflectunt, ut Luc. 13, 34. *O Hierosolyma, Hierosolyma* مُوكَلَ نَصْنَا مَنِيصَلَ لَاصِكِ *occidens prophetas et lapidans ad te* (pr. *ad se*) *missos;* Gal. 4, 21. *dicite mihi vos* نَصْصَا لَاصِكِ ؟نَصْصَ ؟وَصِكِ *qui vultis* (pr. *volunt*) *esse sub lege;* Rom. 2, 1. صَنَصَ بِنَصَ أَوْ ضِنْنَا ؟؟أَ *o homo proximum tuum* (pr. *suum*) *iudicans;*

---

3) صُكْبِ in his loquendi formulis tanquam titulus usurpatur, ita ut plures quoque aliquem alloquentes ea forma utantur.

Ephr. III, 254. E. ܗܝ ܕܐܟܝܠܬ ܒܗ ܡܢ *qui reprehendisti* (pr. *reprehendit*) *carnem edentes*, Rom. 6, 2. ܐܝܟ ܐܢܚܢ ܕܡܝܬܢ ܠܚܛܝܬܐ *nos* (pr. *illi*) *enim, qui mortui sumus peccato.*

5) Iidem ab *enallage numeri* non omnino abhorrent, ut Hab. 2, 15. ܘܐܦ ܠܚܡܘ ܠܗ ܕܡܫܩܐ ܠܡܚܙܐ ܥܪܝܬܗ (*vae*) *inebrianti eum, ut consideret nuditatem eius* (pr. *eorum*), Barh. 39, 13. (nisi lectio mendosa est) ܘܡܢ ܕܒܥܕ ܫܡܪܝܐ ܩܛܠܘ ܠܐܢܕܪܘܡܟܘܣ ܟܗܢܐ *et postquam Samaritani interfecerant Andromachum sacrificulum, quem reliquerat* (*Alexander*) *apud eos* (pr. *eum*), ib. 166, 16. ܘܐܝܬ ܒܗܘܢ ܥܣܪܝܢ ܢܫܐ ܘܥܣܪܐ ܛܠܝܐ *et erant* (pr. *erat*) *inter eos* 20 *feminae et* 10 *pueri*, ib. 177, 15. ܐܡܪܝܢ ܕܐܝܬ ܒܐܢܝܢ ܓܠܝܐ ܐܠܦ ܢܦܫܐ *dicunt*, 3000 *animas* (homines) *in iis* (navibus) *fuisse*, ib. 10, 9. ܕܐܝܬ ܠܗ ܬܠܬ ܥܝܢܐ ܒܕܝܢ[4]) *tres oculi fuerunt* (pr. *fuit*), quibus in exemplis etiam *generis enallage* inest, ib. 387, 9. ܘܐܝܬ ܝܘܡ ܨܘܡܐ *et erant* (pr. *erat*) *dies ieiunii. Generis enallagen* habes etiam Ass. Bibl. Or. I. 363, 6. ܕܟܠ ܐܬܪܘܬܐ ܕܒܥܠܡܐ ܢܗܘܝܢ ܡܫܝܚܝܬܐ ܘܒܗܝܢ ܒܢܝܢ ܟܢܫܝܐ *ut omnes regiones fierent christianae et in iis templa exstruerentur.* Cfr. §. 118, 2. Annot. 2.

Annot. 1. *Pluralia tantum*, quae dicuntur, modo Sing. pronominis utuntur, ut Luc. 23, 45. ܘܐܬܩܪܥ ܦܬܚ ܗܝܟܠܐ ܡܨܥ ܒܡܨܥܗ *et scissum est velamen* (pr. *facies portae*) *templi per medium suum*, 2 Petr. 3, 5. ܕܫܡܝܐ ܗܘܝܢ ܡܢ ܩܕܡ *coelum erat ab aeterno*, modo Plur., ut Io. 1, 4. ܘܚܝܝܐ ܗܘܬ ܢܘܗܪ ܒܢܝ ܐܢܫܐ *et vita erat lux hominum*, ib. 4, 22. ܚܝܐ ܡܢ ܝܗܘܕܝܐ ܢܦܩ *vita ab Iudaeis proficiscitur.* Ita et duale ܡܨܪܝܡ *Aegyptus* pronomen Sing. admittit, ut Hebr. 11, 26. ܐܘܨܪܘܗܝ ܕܡܨܪܝܡ *thesauri eius, Aegypti*, ib. v. 27. ܫܒܩ ܐܝܬܗ *reliquit eam, Aegyptum.* Cf. etiam §. 118, 3. Annot. 1.

Annot. 2. *Collectiva* singularia *fem.*, ubi *hominum multitudinem* significant, etiam *Plur. masc.* pronominis admittunt, ut Barh. 121, 15. ܘܐܚܕ ܠܒܝܬܗ ܘܣܓܪ ܒܗܘ *abduxit familiam eius et inclusit eos*, ib. 565, 18. 19., ib. 580, 1. 2. ܕܚܙܐ ܥܕ ܐܝܟܡܐ ܕܐܬܕܠܠ ܗܘ ܐܪܒܣܡܘܣ ܘܠܐ ܫܒܩ ܡܢ ܒܝܫܬܗ ܘܡܢ ܬܪܢܝܘܬܗ *quam humiliatus sit Arabismus* (i. e. *Moslemi*), *neque tamen a malitia sua et tyrannide sua cessant aut desistunt*, ib. 591, 4—6. ܐܫܬܕܪ ܐܡܬܝ ܠܘܬ ܡܬܝ ܐܦ ܠܘܬ ܟܠ ܗܢܘܢ ܕܒܥܝ ܡܢ ܐܢܫܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܕܢܣܒ ܡܢ ܐܢܫܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܓܒܝܐ *missus est Matthaeus Emira . . . ad praefectum urbis, ut ab iis* (incolis urbis) *tributum sumeret.* Idem fit in nominibus propriis *regionum* et *urbium*, ut Barh. 150, 11—12. ܘܡܬܐ ܠܘܬ ܐܚܕ ܡܢ ܐܢܫܐ ܕܒܝܬ ܩܕܡ *et potitus est*

4) Ita pro ܕܒܕܝ, quod textus a Brunsio et Kirschio editus exhibet, legendum.

etiam Africa iisque (Africae incolis) *praefecit duos principes*, ib. 87, 20 ss. ܠܐ ܐܟܝܠ ܠܗ ... *neque eam* (Daram urbem) *subigere potuit ac petiit ab iis* (incolis urbis) 5 *talenta auri*, ib. 248, 6. ܗܘ ܕܠܐ ܡܨܐ ... *obsedit Tagritum et petiit ab iis* (incolis) *auxilia.* Vid. etiam §. 118, 1. Annot. 3.

Annot. 3. Distinguunt Syri inter ܡܪܢ et ܡܪܝ, priori forma unumquemque fere salutantes nomenque omnium, praecipue vero doctorum orthodoxorum, insignientes, posteriori autem instar *Plur. maiestatici* utentes. Quare de *rege* nonnisi ܡܪܝ dicunt, et Peschito N. T. versio Graecum ὁ κύριος ita vertit, ut Io. 21, 7. 12. Act. 1, 1. 1 Cor. 11, 26.; ex eadem dicendi ratione prodiit notissimum illud Μαρὰν ἀθά (ܡܪܢ ܐܬܐ) in Graeco textu ipso. 1 Cor. 16, 22. Philoxeniana versio, Graecarum formarum tenacior, ὁ κύριος ܡܪܢ reddere solet.

§. 125.

Pronomen relativum.

1) Relativum ? saepe nonnisi substantiva, adverbia et pronomina relativa induit significatione, qua in re Syri cum Hebraeis, Arabibus multisque aliis populis consentiunt [1]). Id igitur *a*) substantivis, rarius tamen, accidit, e. g. ܥܦܪܐ ܕܐܪܥܐ *pulverem terrae*, ܕܐܪܥܐ ܥܦܪܐ ...? *quem pulverem terrae* (Gen. 13, 16). Saepius vero *b*) *adverbiis* illa competit significatio, e. g. ܐܟܐ *ibi*, ܐܟܐ..? *ubi* (Gen. 13, 4. Exod. 20, 21.), ܗܠܟܐ *eo*, ܕܗܠܟܐ *quo* (Kirsch. Chr. 223, 4), praesertim particulis interrogativis, ut ܐܝܟܐ *ubi?* ; ܐܝܟܐ *ubi* relative dictum (Matth. 6, 19.), ܐܝܟܢܐ *quomodo?* ; ܐܝܟܢܐ *quemadmodum* (Io. 8, 28.), ܐܝܟܡܐ *quando?* ; ܐܝܟܡܐ *cum* (ibid.). Saepissime vero *c*) relativum cum *pronominibus*, praesertim *personalibus*, eo sensu coniungitur, quod ea ratione obliqui relativi ipsius casus indicari solent; itaque *Dat.* ܠܗ et ܠܗ *ei* (m. et f.), sed ܕܠܗ..?, ܕܠܗ..? *cui* (m. et f.), in Plur. ܕܠܗܘܢ et ܕܠܗܝܢ *iis* (m. et f.), sed ܕܠܗܘܢ..? et ܕܠܗܝܢ..? *quibus* (m. et f.); *Acc.* item; *Abl.* pluribus particulis, ut ܒܗ *in eo* et ܒܗ *in ea*, sed ܕܒܗ..? *in quo*, ܥܠܘܗܝ? *ad quem*, ܒܕܝܢ? *in quo*; *Gen.* cum suffixo nominis, ut Deut. 28, 49. ܕܫܡܥ..? *cuius linguam*, Dan. 2, 26. ܕܫܡܗ? *cuius nomen*, Ps. 144, 8. ܕܦܘܡܗܘܢ? *quorum os*, Ephr. Opp. III, 428. F. ܐܠܗܐ ? ܕܣܓܝ ܪܚܡܘܗܝ *Deus, cuius misericordia magna.*? quidem plerumque ab iis, ad quae pertinet, sepa-

1) *Gesenii* Lehrgeb. p. 743—744.

ratum invenitur, quod punctis interiectis indicavimus, quamquam exempla ab hac regula recedentia non pauca tibi occurrunt.

Annot. *Acc.* relativi etiam sola littera ? signatur, ita ut neque nota Acc. cum Suffixo neque pronomen postponatur, ut Gen. 2, 8. ܐܢܫܐ ?ܕܝܨܪ *hominem, quem finxerat*, c. 1, 31. ܟܠ ?ܕܥܒܕ *omnia, quae fecerat.* Quae res reliquis quoque relativi casibus obliquis raro accidit, ut Barh. Chron. 328, 13. ܒܝܘܡܐ ?ܗܘ ܕܐܬܦܬܚ ܐܘܪܗܝ ܒܗ *hoc enim die, quo expugnata est Edessa*, ubi ? pro ܒܗ..? ponitur, Ephr. Opp. I, 8. C. et D.

Relativum coniungi cum pronomm. 3 pers., quin etiam cum interrogativis eum in finem, ut aliae eius formae efficiantur, §. 45, 3. exponitur.

2) Syris licet non minus quam Hebraeis, vel 1 et 2 personis relativam iniicere significationem, ut *a*) in his 1 pers. exemplis Gen. 45, 4. *ego sum Iosephus, frater vester,* ?ܐܢܐ ܝܫܘܦ ܐܚܝܟܘܢ *quem* (pr. *quem me*) *vendidistis*, Num. 22, 30. *nonne sum asina tua* ?ܐܢܐ ܐܬܢܟ ܗܠܐ ܕܪܟܒܬ *qua* (pr. *qua me*) *vectus es* [2]), Ezech. 11, 12. ?ܐܢܐ ܠܐ ܥܒܕܬ ܒܡܨܘܬܝ *cuius praecepta non secuti estis*, Luc. 1, 19. *ego sum Gabriel,* ?ܐܢܐ ܓܒܪܝܝܠ *qui sto*, Ephr. Opp. III, 429. A. *et erigas me* ?ܕܢܦܠ *qui lapsus sum.* *b*) In 2 pers. Es. 41, 8. ?ܝܥܩܘܒ ܕܒܪܝܬܝܟ *Iacob, quem* (pr. *quem te*) *elegi*, ib. ?ܙܪܥ ܐܒܪܗܡ ܕܐܚܒܒܬܟ . . ?ܙܪܥ ܐܒܪܗܡ ܕܐܚܒܒܬܟ *semen Abrahami, quod* (pr. *quod te*) *roboravi*, ib. 49, 3. ?ܒܝ ܐܬܦܐܪ ܐܢܐ *in quo gloriabor*, Eccles. 10, 16. ?ܕܡܠܟܗ ܛܠܝܐ *cuius rex puer est* et v. 17. ?ܕܡܠܟܗ ܒܪ ܚܪܝܐ *cuius rex ingenuus est*, Barh. Chron. 533, 14. ?ܕܗܝܡܢܘܬܗ ܠܐ ܝܕܝܥܐ *cuius fides ignota est* [3]).

3) Ante relat. demonstr. in Sing. et Plur. m. et f. omittitur quidem, neque tamen tam crebro, quam in Hebraicis, cum Syri ܗܘ, ܗܝ, ܐܝܟܝ cet. praemittere soleant, ut Barh. Chron. 404, 1. 2. ?ܐܡܪܬ ܗܝ ܕܐܡܪ ܠܐ ܐܬܪ ܥܠܝܗ *non irascar de eo, quod dices.* Haec demonstrativi absentia, sicubi praepositio aut casus cuiusdam nota cum relativo coniungitur, respicienda, ne praepositionem ad relativum sed ad demonst. supplendum referas, ut Hab. 2, 15. ?ܘܝ ܠܡܫܩܐ ܠܚܒܪܗ *vae ei, qui potum exhibet socio suo;* Ephr. III, 254. E. ?ܘܝ ܠܡܢ ܕܡܓܚܠ ܒܣܪ ܐܢܫ *qui reprehendit eos, qui carnem edunt.* Interdum praeter

---

2) 1 Paral. 21, 17. ?ܐܢܐ ܗܘ ܕܚܛܝܬ *ego sum, qui peccavi* eadem ratione explicuerim, quamquam relativ. ? supplendum est.

3) Similem dicendi rationem vel apud Persas deprehendimus, e. g. *Sadi* Gulist. ed. Genti. p. 198.

تو آن نيستي كه پدر من ترا بده
دينار باز خريد *Annon tu es, quem pater meus decem denariis redemit?*

demonstr. etiam notio *loci* et *temporis*, forte etiam *caussae* omittitur, ut Es. 43, 4. ﻚﻴﻠﻋ ﺮﺼﻳ ﻦﻣ *ex quo tempore pretiosus es* [4]).

4) Pronomen relativum omittitur quidem, neque tamen, ut videtur, tam crebro quam apud Hebraeos. Haec vero ellipsis *a*) non solum, ubi relativum primitiva et vera significatione utitur, in Nom. et Acc. locum habet, e. g. Barh. 487, 1. *et in throno quatuor pulvinorum* ﺎﻨﻌﺑﺭﺃ ﻲﻨﻌﻗﻮﻣ ﻲﺘﻳﺰﻛ ﻰﻠﻋ, *qui indicat imperium quatuor orbis plagarum*, Hebr. 5, 2. ﺎﻨﻟ ﺮﺴﻘﻳ *et qui possit* pro ﺎﻨﻟ ﺮﺴﻘﻳ ? [5]), sed etiam *b*) tum, quum demonstrativa aut suffixa nominis aut adverbia relativo induenda erant significatu, praecipue si relativum repetendum fuisset, ut Ps. 32, 2. ﻪﺗﻮﻄﺨﻣ ﻪﻴﻠﻋ ﺐﺴﺤﻳ ﻻ *cuique peccata sua tecta sunt.*

De ellipsi litterae ? tanquam *coniunctionis* vide Cap. IV.

Inveniuntur et nonnulla exempla relativi et demonstrativi simul supplendi, ut Iob. 24, 19. *rapient* ﻪﻗﻮﻄ ﻞﻌﺷ ﻲﻟﻭ *ad inferos eos, qui peccarunt.*

Annot. Relativum post stat. constr. omissum apud Syros non invenimus; ubi vero in V. T. sermo Hebraicus talem structuram exhibebat, interpretes Syriaci pariter ac Chaldaici [6]) non solum relat., sed etiam ﻲﻛ, pro Gen. pronominis demonstr. habendum, ponere solent, ut Exod. 4, 13. ﺪﻳﺃ ﺎﻫﺰﻌﺑ ﻲﻛ ﺎﻫﺰﻌﺑ ﻞﺴﺗ *mittas per manum eius, quem mittere lubet.* Hoc vero demonstrativi supplementum in universum, quibus in locis textus Hebraicus illo pronom. caret, saepissime invenitur, cum Syri ellipsi utriusque pronominis demonstr. aut relat. parum delectentur.

5) Quem Hebraicus sermo serioris aetatis paucis in locis sibi sumsit relativi pleonasmum, Syri aeque ac Chaldaei [7]) multo magis quam huius pron. ellipsin amant, ut Io. 6, 63. ﺎﻨﻴﺤﻣ ﻲﻛ ﺢﻳﺭ *spiritus est vivificans* (pr. *id, quod vivificat*).

De particula ? redundanter posita vid. Cap. IV.

§. 126.

Pronomen demonstrativum et interrogativum.

1) *Demonstrativum* Syriacum relativi vicibus non fungitur, neque parti-

4) Auctor Latinae versionis in Bibl. Polygl. Londin. *caussam* suppleri voluit: *eo quod pretiosus sis* vertens.

5) *I. D. Michaelis* (Gramm. Syr. p. 213.) veretur tamen, ut vera sit lectio.

6) *Winer. Grammat. des bibl. und targum. Chald.* p. 93.

7) *Winer.* Grammat. p. 93.

culis aut numeralibus emphaseos caussa adiici potest. Ubi igitur in textu V. T. Hebraico aliquid huius generis reperitur, Syrus interpres discrepat, patriam loquendi rationem Hebraicae substituens.

Annot. 1. *Demonstrativum* relativo praemissum, ut emphasin quandam adipiscatur, interdum etiam suffixo verbi aut nominis iterum indicatur, ut *Adler.* brev. instit. 43, 6 ss. ܗܘ ܕܐܝܬ ܠܟܘܢ ܒܗܕܐ ܒܝܬܐ ܒܠܝܠܝܐ ܗܘ ܕܬܒܥܝܢ ܠܡܫܟܚ ܐܢܐ ܒܥܡܝ ܒܟܠ ܙܒܢ ܘܠܐ ܫܟܚܬ *id quod vos noctu in hac domo inveniendum quaeritis, id interdiu ego saepe in ea quaesivi neque inveni.*

Annot. 2. Pronomen personale ܗܘ aliquando pleonastice positum per expletiva adverbia *demum, tandem, tantum* verti potest, ut Luc. 7, 19. vid. §. 123, 1.

2) *Interrogativum*, ubi nomen in stat. constr. positum aut nota Gen. ? instructum excipit, Gen. casu exponitur, ut Gen. 24, 23. ܒܪܬ ܡܢ ܐܢܬ ܚܘܝ ܠܝ *cuius filia sis, indices mihi;* 1 Sam. 12, 3. ܡܢ ܐܝܕ ܠܡܢ ܣܒܬ *e cuius manu acceperim.*

§. 127.

Pronomina apud Syros peculiari forma destituta quomodo exprimantur?

1) *Pronomen reflexivum* vario modo exprimitur; etenim in hunc finem *a*) coniugationes passivae, hanc notionem saepe complectentes (§. 58 ff.), deinde vero *b*) pronomina personalia 3 pers. praecipue usurpantur, ut Gen. 22, 3. *et duxit duos servorum suorum* ܥܡܗ *secum* (pr. *cum eo*); 1 Sam. 1, 24. *et duxit eum* ܥܡܗ *secum* (pr. *cum ea*); Iud. 20, 40. *et Beniaminitae conversi sunt* ܠܐܚܘܪܝܗܘܢ *retrorsum*, Ephr. T. I, 121. E. *etiam animalia remedium in hoc fimo* ܠܗܘܢ ܡܫܟܚܝܢ *sibi* (pr. *iis*) *inveniunt.* *c*) Nonnullis substantivis pronomm. perss. vice fungentibus reflexivi indices efficiuntur, ut ܢܦܫܐ (*animus, persona*) e. c. Matth. 23, 12. ܕܟܠ ܡܢ ܕܡܪܝܡ ܢܦܫܗ *quisquis enim se ipsum exaltaverit;* ib. ܕܡܢ ܕܡܟܟ ܢܦܫܗ *et quisquis se ipsum humiliaverit;* Luc. 11, 17. ܒܝܬ ܡܠܟܘܬܐ (*regnum*) *contra se ipsum*, Io. 5, 43. ܒܫܡܗ ܕܐܒܝܗ ἐν τῷ ἰδίῳ ὀνόματι, deinde ܩܢܘܡܐ (*substantia, persona*), e. c. Luc. 11, 17. ܒܝܬ ܩܢܘܡܐ (*domus*) *contra se ipsam;* Io. 5, 26. ܒܩܢܘܡܗ *in se ipso*, cp. 6, 53., Rom. 1, 27. ἐν ἑαυτοῖς, 2 Cor. 12, 15. ܐܦ ܐܢܐ ܩܢܘܡܝ ܐܬܠ *et me ipsum quoque dabo;* rarius ܠܒܐ (*cor*) eodem consilio ponitur, e. g. Gen. 18, 12. ܘܫܚܩܬ ܣܪܐ ܒܠܒܗܐ *et risit Sara secum.*

Annot. Substantiva illa cum suffixis coniuncta etiam periphrasi pronominum inserviunt, praecipue ܢܦܫ, ut Ps. 7, 3. ... ܕܢܦܫܝ ܕܢܬܒܥ ne forte *ad me devorandum* (sc. *se accingat*); Ps. 3, 3. ܕܢܦܫܝ *mihi*, Es. 51, 23. ܕܢܦܫܟ *tibi*; Prov. 3, 5. ܒܣܟܠܬܟ ܢܦܫܟ *in tua ipsius sapientia*; ib. v. 7. ܒܥܝܢܝܟ ܢܦܫܟ *in oculis tuis*; Act. 21, 11. ܪܓܠܘܗܝ ܕܢܦܫܗ *pedes suos*. Ita etiam ܓܘܦܐ usurpatur, e. g. Rom. 9, 3. ܐܢܐ ܓܘܦܝ *ego ipse*; 1 Thess. 4, 9. ܐܢܘܢ ܓܘܦܗܘܢ ܡܢ *vos enim ipsi*, ܟܘܬܟ e. g. Exod. 9, 14. ܠܠܒܟ *ad te*, ܪܫ (*caput*), e. c. Dan. 4, 5. 9. (Hebr. v. 2. et 7.) ܪܫܝ ܚܙܘܬܝ *visiones meae*. Hoc modo etiam nonnulla alia nomina cum suffixis coniuncta illustrari possunt, sed primitiva eorum significatio non omnino evanescit, ut Ps. 7, 6. ܚܝܬܝ *vita mea*, et Es. 26, 9. ܢܦܫܝ cet. [1]).

2) Pronomen *is*, *ea*, *id* relativo excipiendum, quod raro apud Syros omitti, iam supra commemoratum est (§. 125. 4. Annot.), plerumque pronominibus ܗܘ, ܗܝ, deinde ܗܢܘ indicatur more Hebraeorum et Chaldaeorum; etiam ܐܢܘܢ, ܐܢܝܢ et ܐܢܝܢܝ eundem in finem usurpantur (§. 45, 3).

3) Pronomen *quisque* de *personis* et *substantive* positum *a*) nomine ܓܒܪܐ (*vir*) indicatur, ut Gen. 40, 5. *et somniarunt ambo* ܓܒܪ ܚܠܡܘܗܝ *uterque somnium suum*, 1 Sam. 30, 22. aut *b*) nomine ܐܢܫ (*homo*), ut Iud. 9, 55. ܐܙܠ ܐܢܫ ܠܐܬܪܗ *abiit quisque in locum suum;* Num. 24, 5. ܩܛܠ ܐܢܫ ܠܓܒܪܝܗ *interficiat quisque viros suos*, item *c*) nominibus illis bis positis, ut Exod. 36, 4. ܐܢܫ ܐܢܫ. Deinde pronomen *omnis*, *omne* de *personis* aut *rebus* adhibitum atque *adiectivi* munere fungens *a*) voce ܟܠ significatur, ut Matth. 3, 10. ܟܠ ܐܝܠܢܐ ܛܒ *omnis arbor* (§. 108, 3.); *b*) nominibus iteratis (§. 112, 2. c.), ut 2 Reg. 17, 29. ܥܡܐ ܥܡܐ *populus quisque;* 1 Paral. 9, 27. ܟܠ ܒܪ ܨܦܪ *singulo quoque tempore matutino;* *c*) rarius Plurali, ut Ios. 7, 14. 17. ܓܒܪܝܢ *viritim*, Amos. 4, 4. ܨܦܪܝܢ *quovis tempore matutino*, interdum Sing. *distributive* exponendo, ut Ier. 37, 21. ܒܝܘܡܐ *quotidie*, Ps. 73, 14. ܨܦܪܐ *quovis mane*, Ps. 101, 8. — *Quicunque* exprimitur Syriace ܟܠ ܐܢܫ seu ܟܠܢܫ, ܟܠ ܕܢܫ seu ܟܠܕܢܫ in fem. ܟܠ ܕܐܬ seu ܟܠܕܐܬ, quin etiam ܕܢܫ et ܕܐܬ bis positis, deinde ܟܠ ܕܟܐ seu ܟܠܕܟܐ, aliquoties etiam ܟܠ ܕܡܢ seu ܟܠܕܡܢ. *Quodcunque* vero insigniunt ܟܠ ܡܐ seu ܟܠܡܐ, ܟܠ ܡܕܡ seu ܟܠܡܕܡ [2]).

---

1) *Zabii* etiam ܢܫܡܐ (*spiritus*, *halitus*) eodem sensu usurpant, ut Cod. Nas. T. I, 28. fin. (ed. Norberg.): *liberavit* ܐܫܪܐ ܢܫܡܗ *halitum eius* pro *eum*.

2) Exempla satis multa exhibet *Schaafius* in lexico N. T. Syriaco s. v. ܟܠ.

4) *Aliquis* Syriace *a*) vocibus ܐܢܫ et ܚܕ indicatur, Matth. 24, 23. ܐ ܐܢܫ ܢܐܡܪ ܠܟܘܢ *si quis vobis dixerit*, Rom. 11, 14. ܘܒܗܝܢ ܡܢܗܘܢ *ut ex iis aliquos salvem* [3]), deinde *b*) interdum nomine ܡܕܡ, ut Lev. 4, 2. 5, 1. 2. 4. 15. 17. 7, 27. *c*) huic pronomini significando inservit ܒ, ut Exod. 24, 14. *d*) Interdum haec notio omnino omittitur, praecipue ante particulam ܒ, ut Rom. 3, 3. ܡܢ ܗܠ ܐ ܡܢܗܘܢ ܐ *εἰ ἠπίστησάν τινες*, ib. 11, 17. ܐܬܦܪܫܘ ܒ *τινὲς τῶν κλάδων*. — *Aliquid a*) substantivo ܡܕܡ (*res*), ut Gen. 18, 14. ܗܠ ܡܢ ܒ ܡܕܡ ܢܦܠܐ *num domino aliquid nimium est?* Deut. 23, 15. 24, 1. *b*) raro voce ܦܬܓܡܐ (*verbum, res*), ut Exod. 18, 26. ܦܬܓܡܐ ܩܫܝܐ *aliquid grave* et ܦܬܓܡܐ ܙܥܘܪܐ *aliquid parvum* [4]). *c*) vocula ܡܢ saepe hoc sensu obvia est, Lev. 5, 2. Matth. 20, 20. Luc. 7, 40. *d*) Hanc notionem licet omittere ante praepositionem ܒ, ut Lev. 5, 9. ܕܡ ܒ *aliquid sanguinis*, Dan. 2, 33. ܕܪܓܠܘܗܝ ܕܡܢܗܘܢ ܕܚܣܦܐ ܘܕܚܪܣܬܐ (*quod*) *pedes eius* (*attinet*), (*aliquid*) *eorum erat ferreum, et* (*aliquid*) *eorum testaceum.*

5) *Nemo, nullus* nonnisi negatione apposita ab eo, quod modo commemoravimus, verbo differt. Dicunt igitur Syri ܠܐ ܐܢܫ seu ܠܐ ܐܢܫ [5]), ܠܐ ܒ e. c. Num. 31, 49. ܠܐ ܒܚܝܠܢ Ier. 51, 43., ܐܢܫ ܠܝܬ [6]), interdum etiam ? ܠܝܬ, ut Ios. 5, 16. Gen. 41, 8., etiam sine ?, ut Exod. 8, 10. (in hebr. v. 6.) *ut scias,* ܕܠܝܬ ܐܝܬ ܠܢ ܡܪܝ ܕܝܢ *neminem esse Deo nostro parem*, aut ? ܠܐ ܒ, ut Lev. 26, 6. — *Nihil* significat ܠܐ ܡܕܡ seu ܠܐ ܡܕܡ [7]).

6) *Aliquot, nonnulli a*) ubi *absolute* ponunt, ܙܥܘܪܐ *pauci*, ut Gen. 27, 44. 29, 20., multo saepius vero ? ܐܝܢܘ *sunt qui* interpretantur, ut Matth. 13, 8. 21, 35. 22, 5. 25, 15. Act. 23, 6. *b*) Ubi autem notio illa in nostris linguis cum substantivo aliquo coniungitur, Syri aut solo *Plur.* substantivi utuntur, ut Dan. 8, 27. ܝܘܡܬܐ *dies aliquot*, itaque *aliquamdiu*, cp. 11, 6. ܫܢܝܢ *aliquot annos*, aut praepositione ܒ, e. c. Marc. 12, 5. ܘܒܥܐ ܗܘܐ ܒܗ ܘܩܛܠܘܗܝ ܘܫܓܝܐܝܢ ܐܚܪܢܐ

---

3) Exempla alia dabit Schaafius s. utraque v. in lexico N. T. Syriaco.

4) Hanc huius vocis significationem, cum *Schaafius* post *Castellum*, locis probantibus non commendatam attulisset, *I. D. Michaelis* (in edit. lexici Syriaci Castelliani p. 743 ss.) in dubium vocavit. Sed eum hac in re falsum esse, in aperto est; in N. T. omnino significatio *res*, *aliquid* desideratur, sed in V. T. hic illic reperitur et analogia omnium vocum eodem significatu utentium confirmatur.

5) Exempla permulta utriusque formae exhibet *Schaafius* s. v. ܐܢܫ.

6) Exempla vid. apud *Schaafium* l. l. s. v. ܐܢܫ.

7) Exempla vid. apud Schaafium l. l. s. v. ܡܕܡ.

ܠܚܕ̈ܐ τοὺς μὲν δέροντες, τοὺς δὲ ἀποκτείνοντες, Rom. 3, 3. 11, 17. Exod. 17, 5. ܒܣܒܝ ܡܢ ܒܢܝ ܐܣܪܝܠ *nonnullos seniorum Israelis.* In versione N. T. Graecum τινὲς hoc modo plerumque redditur.

7) Pronomina *ipse* et *idem* Syri *a*) per personalia repetita exprimunt interposita particula ܒ, ut Hebr. 10, 1. 11. ܕܒܝܚܐ ܗܢܘܢ ܒ ܗܢܘܢ *ai αὐταὶ θυσίαι*, Phil. 3, 1. ܒ ܗܘ ܒ ܗܘ *eadem*, *Mich.* chr. Syr. 75, 16. ܡܢ ܒ ܓܘܫܡܐ ܕܐܝܬ ܒ ܓܘܫܡܐ *ex eodem corpore*; *b*) per compositionem pronominum demonstrativorum, ut Matth. 5, 46. ܗܢܐ ܗܘ τὸ αὐτὸ, inprimis vero *c*) per suffixum pleonastice positum (§. 123, 3—5.), ut Matth. 8, 3. 13. ܒܗ ܒܫܥܬܐ *eadem hora*, Hebr. 2, 14. ܗܢܘܢ ܒܢܝ *iisdem*, Mich. chr. 64, 15. ܕܡ ܗܢܐ ܒܫܢܬܐ *eiusdem anni*, Matth. 26, 44. ܒܗܘ ܒܡܠܬܐ *eadem verba*, 3 Io. 12. ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܐܦ ܡܢ ܓܘܫܡܐ ܕܫܪܪܐ *ab omnibus et ab ipsa ecclesia et ab ipsa veritate*, Hebr. 9, 21. ܒܗܘ ܕܡܐ *eodem sanguine*, Eph. 6, 22. ܠܗܢܐ ܠܗܢܐ εἰς αὐτὸ τοῦτο [8]), *Kirsch.* chr. 214, 15. ܩܕܡ ܬܪܥܐ ܗܢܘܢ ܕܝܢ *ante portas ipsas.* Aliquando *d*) nomina ܦܓܪܐ et ܓܘܫܡܐ suffixo addito eodem sensu usurpantur, ut Matth. 4, 6. ܫܕܪ ܢܦܫܟ ܠܬܬܐ *abiice te ipsum deorsum*, Io. 5, 43. ܒܫܡܗ ܕܝܠܗ ἐν τῷ ἰδίῳ ὀνόματι, Prov. 3, 5; Io. 5, 26. ܒܓܘܫܡܗ *in se ipso*, Rom. 9, 3. ܐܢܐ ܓܘܫܡܝ *ego ipse*, ܐܢܬܘܢ ܓܘܫܡܟܘܢ *vos ipsi*, Ephr. I, 119. F. ܗܝ ܓܘܫܡܗ *ea ipsa* [9]).

8) *Alter ... alter* exprimitur *a*) pron. *demonstr.* aut, qui prae ceteris viget mos, numerali ܬܪܝܢ repetito, e. c. Es. 6, 3. ܗܢܐ ܠܗܢܐ ܩܪܐ ܘܐܡܪ *et clamabant alter ad alterum*, Exod. 17, 12. ܬܪܝܢ ܡܢ ܗܟܐ ܬܪܝܢ ܡܢ ܗܟܐ *alter ab hac, alter ab illa parte*, Dan. 5, 6. 7, 3. ܬܪܝܢ ܠܬܪܝܢ *altera ad alteram*, aut demonstr. et ܐܚܪܢܐ, e. c. Iob. 1, 16. ܥܕ ܗܘ ܡܠܐ ܐܬܐ ܐܚܪܢܐ *eo adhuc loquente venit alter*, aut numerali ܬܪܝܢ et voce ܐܚܪܢܐ, ut Exod. 18, 3. 4. 26, 3. 5. *b*) Voce ܓܒܪ, ubi de *viris* sermo est, ut Es. 3, 5. ܓܒܪ ܠܓܒܪ, aut ܓܒܪ et ܚܒܪ *socius*, e. c. Es. 3, 5. ܓܒܪ ܒܚܒܪ, Gen. 11, 3. Iud. 6, 29. 1 Sam. 10, 11. 20, 41., item in fem. ܐܬܬܐ et ܚܒܪܬܐ *socia*, ut Ier. 9, 20. Matth. 12, 13., aut ܓܒܪ et ܐܚܐ *frater*, e. c. Gen. 13, 11. ܓܒܪ ܡܢ ܐܚܝܗ *unus ab altero.* Licet vero de inhumanis agenti iisdem uti dicendi rationibus

---

8) Prope accedit huius notionis circumscriptio Ps. 102, 28. et Hebr. 1, 12. obvia ܐܢܬ ܗܘ ܘܫܢܝܟ ܠܐ ܢܣܦܘ σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ.

9) De formulis ܒܗ ܒܝܘܡܐ *eodem die* et ܒܗ ܒܫܥܬܐ *eadem hora* vid. p. 287.

e. g. Gen. 15, 10. *et posuit frustum* ܕܬܪܬܝܢ ܠܩܒܠ ܚܕ *e contrario alterius*, Ex. 26, 3., 1 Cor. 14, 7 *et si distinctionem non faciunt* ܕܠܐ ܝܗܒܝܢ ܦܘܪܫܢܐ ܒܝܢ ܩܠܐ ܗܢܐ ܠܐܚܪܢ *inter sonum hunc et alterum*, Eccles. 27, 2.[10]). — *Reciprocum* ita indicant, sed inprimis ܗܢ hunc in finem adhibetur.

Caput Tertium

Syntaxis Verborum.

---

§. 128.

De syntaxi verborum in universum.

De Verborum syntaxi ubi accuratius exponitur, duplex solvenda est quaestio et de temporum modorumque usu et de verbi cum variis casibus structura. In illam autem priorem quaestionem, quum indicativus, quibus in aliquot linguis utitur sociis, optativi et coniunctivi modorum vices in Syriaco sermone gerat solus, neque Syrorum tempora singula tantam, quantam Hebraica admittant significatus varietatem, non est, quod multis commentemur, ne rem simplicissimam et planam regularum et exemplorum mole obruamus. Praeteritum enim et Futurum fixae et definitae significationi adstricta ἀοριστῶς, quod vulgo dicunt, ponere usu non venit, neque usitatissima Hebraeorum *Futuri conversio in Praeteritum* Syriacae linguae indoli satis conspirat. Ad alteram vero, quam supra significavimus, quaestionem ab antiquis omnino neglectam grammaticis, eam ob caussam animadvertamus necesse est, quod Syri ac reliqui Semitae verborum structura cum hoc vel illo casu compositorum verborum defectum singulari et ingeniosa ratione supplere solent. Cuius rei expositionem absolutam, omnia singulaque complectentem hoc loco ne expectes, in lexicis sub quovis verbo praebendam, sed potius nonnisi praecipua eximiaque exempla cuidam regulae obsequentia certaeque analogiae adstricta.

---

10) Cf. etiam *Arnoldi, Lorsb. et I. M. Hartm. Museum für bibl. und orient. Liter.* Vol. 1. P. 1. p. 60.

§. 129.

Usus Praeteriti.

Praeter Praet. etiam Imperf. et Plusquamperf., ubi opus est, quamquam periphrastico modo, finguntur (§. 49, 1.); qua re usum illius temporis pauciori-bus definitionibus obnoxium esse apparet. Ab iis quidem, qui olim grammaticis scribendis operam navarunt, huius rei aut nullam aut certe parvam tributam invenimus diligentiam, nihilominus nonnulli, ut *Lud. de Dieu*, quod ex qui-busdam eorum dictis hic illic prolatis videre licet, Syriacam in hac re consuetu-dinem probe perspexere. Praet. vulgare denotat

1) Prorsus *perfectum*, *absolutum* et *exactum*, ut Gen. 2, 11. ܡܢ ܚܘܝ ܠܟ *quis indicavit tibi?* v. 13. ܠܡܐ ܥܒܕܬ ܗܟܝ *cur hoc fecisti?* In his exemplis ac simili-bus alia forma usurpari nequit. Itaque, cum Waw conversivum Syris fere ignotum sit (vide tamen §. 130, 5.),

2) Praet. vulgo temporis historici vice fungitur, e. c. Gen. 9, 1. ܘܒܪܟ ܐܠܗܐ ܠܢܘܚ *et benedixit Deus Noae*, ib. 4, 1. ܘܝܕܥ ܐܕܡ ܠܚܘܐ *et Adam cognovit Hevam*, ib. 29, 17. ܘܫܦܝܪܬ ܪܚܝܠ *et Rahel pulcra fuit.*

3) Praet. pro *Plusq.* ponitur, ut Gen. 2, 2. ܥܒܕܗ ܕܥܒܕ *opera sua, quae fecerat*, v. 5. ܡܛܪ ܠܐ ܗܘܐ ܥܕ ܠܐ ܐܡܛܪ ܝܗܘܐ ܐܠܗܝܡ *quia dominus — nondum pluviam deiecerat*, ib. 3, 1. *et serpens callidissimum erat animalium*, ܕܥܒܕ ܝܗܘܐ *quae fecerat dominus*, ib. 18, 33. ܒܡܠܐ ܕܫܠܡ *sermonibus finitis*, ib. 27, 30. ܢܦܩ ܢܦܩ ܝܥܩܘܒ *exierat Iacobus*, Es. 2, 21. In eundem finem *Fut.* parum adhibetur; saepe vero Plusquamp. periphra-sticum (§. 49, 1.).

4) *Praes.* eo indicatur, praecipue *a*) in verbis *qualitati* alicui designandae inservientibus, ut Deut. 1, 39. *et filii vestri*, ܕܠܐ ܝܕܥܝܢ ܗܘ ܛܒ ܘܒܝܫ *qui hodie bonum et malum ignorant*, Ps. 14, 4, Es. 9, 1., deinde *b*) ubi *conditio* et *status* signa-tur, ut Gen. 4, 6. ܠܡܐ ܚܪܗ ܠܟ ܘܠܡܐ ܢܦܠ ܦܢܝܟ *cur irasceris et cur moesta est facies tua?* Ps. 118 (Hebr. 119.), 28. ܢܦܫܝ ܕܒܥܬ ܡܪܝ *conturbata est anima mea*, v. 30. ܕܝܢܝܟ ܠܐ ܫܟܚܬ *iudiciis tuis delector*, it. v. 40. et *c*) in sententiis a certa temporis defi-nitione alienis, notionem *consuetudinis morisque* includentibus, ut Ps. 1, 1. *beatus ille, qui non ingreditur* (ܠܐ ܐܙܠ) *consilio impiorum, neque in via peccatorum* (ܘܒܐܘܪܚ) *stat et in sede irrisorum non sedit* (ܘܒܬܒ ܠܐ ܝܬܒ). In hac vero loquendi ratione etiam *Fut.* uti licet, ut Praet. et Fut. simul ponantur, ut Ps. 1, 2. 3. Alia *Prae-teriti* exempla pro Praes. usurpati haecce habeto: Ps. 14, 2. ܐܡܪ ܐܠܗܐ *Deus pro-*

spicit de coelo, 25, 2. ܠܟ ܒܛܝ *in te spero*, 23, 5. ܠܡܐܟܠ ܡܢܟ ܬܣܕܪ *sternis coram me mensam*, 44, 10. *filia regis* ܒܬ ܡܠܟܐ ܒܟܠܬܐ *stat in splendore*, Gen. 39, 9. 2 Sam. 12, 31.

5) *Praet.* pro *Fut.* in *sermonibus propheticis*, *asseverationibus*, vel in *exspectatione* interdum, sed multo rarius, quam in Hebraicis libris usurpatur (Praet. *propheticum*), ita ut viva loquentis imaginatione id, quod futurum est, tanquam praeteritum aut certe praesens fingatur; e. c. Es. 9, 1. *populi in tenebris ambulantes* ܚܙܘ ܢܗܝܪܐ ܪܒܐ *vident lucem magnam* pro *videbunt*; Gen. 17, 20 ss. 40, 14. Iob. 19, 27. ܐܢ ܚܙܝܢ ܥܝܢܝ ܠܐܠܗܐ ܢܚܙܘܢ ܢܗܝܪܐ *si vident oculi mei Deum, videbunt lucem.* Plerumque in versione V. T. Syriaca ab interprete talia Praett. cum Futt. commutantur, qua ex re Syris ad hunc morem Hebraicum nullam fuisse propensionem cernitur [1]). In N. T. quoque leguntur huius generis exempla, ut Io. 5, 24. ܠܐ ܐܬܐ ܠܕܝܢܐ ܐܠܐ ܥܒܪ ܡܢ ܡܘܬܐ ܠܚܝܐ *in iudicium non veniet, sed transibit a morte ad vitam.*

6) Praet. pro *Imper.* uti quamquam non omnino prohibitum, tamen in uno fere verbo ܗܒ vulgare est, idque in sermonibus tum affirmantibus tum negantibus, praecipue ubi cum Adiect. aut Partic. coniunctum legitur, ut Matth. 5, 25. ܗܘܐ ܣܒܪ ܠܟ διαλλάγηθι, Marc. 5, 34. ܗܘܝ ܫܠܡ ἴσθι ὑγιὴς, Matth. 6, 7. ܠܐ ܬܗܘܘ ܡܬܒܛܠܝܢ μὴ βαττολογήσητε, Marc. 13, 37. ܗܘܘ ܪܗܝܛܝܢ γρηγορεῖτε, Luc. 10, 37. ܙܠ ܗܟܢܐ ܐܦ ܐܢܬ ܥܒܕ ܐܦ ܗܟܢܐ *abi et facias idem*, ib. 11, 2. 13, 14. Rom. 12, 9—14. 16. 1 Cor. 11, 24. ib. 14, 20. Eph. 4, 32. Tit. 3, 1. 1 Io. 4, 1. Marc. 11, 22. (Philox.) ܐܝܬ ܠܗ ܗܝܡܢܘܬܐ ἔχετε πίστιν [2]). Ita Praet. verbi ܗܒ etiam pro Praes. Coniunct. usurpatur, vid. infra no. 8. c.

7) Praet. pro *Fut. exacto* poni, non singulare putarim, quia hoc tempus praeteriti notionem certo includit; ita in his sententiis hypotheticis Deut. 4, 30. ܐܢ ܢܫܟܚܘܟܘܢ ܟܠ ܗܠܝܢ ܒܣܘܦ ܝܘܡܝܐ *si male vobis fuerit et haec omnia vos tetigerint*, 1 Sam. 10, 2. ܟܕ ܬܙܠ ܐܦ *et cum discesseris*, 1 Reg. 13, 31. ܟܕ ܡܝܬ *cum mortuus fuero*, Marc. 12, 25. ܟܕ ܩܡܘ ܡܢ ܡܝܬܐ ܠܐ ܢܣܒܘܢ *cum enim resurrexerint, non accipient mulieres*, Es. 24, 13. ܟܕ ܫܠܡ ܒܨܝܪܐ *cum absoluta fuerit vindemia*, ib. 4, 2. ܕܐܫܬܐܪ *id quod relictum fuerit.*

---

1) Neque *Targumico* sermone illa consuetudo probata est, vid. *Winer.* Gramm. des bibl. et targ. Chald. p. 96.

2) Interdum verbo ܗܒ omisso solum Partic. aut Adiect. eodem consilio ponitur, ut Marc. 4, 39. ܫܟܬ ܐܬܟܡܬ (Pesch.) et ܫܟܘ ܐܬܟܡܬ (Philox.) πεφίμωσο. Ubi *blanditur* aliquis aut *optat* aliquid, Praet. *aliorum* quoque Verbb. pro Imp. legi, *I. D. Michaelis* (Gramm. Syr. p. 231.) quidem opinatur, exemplo vero allato Ps. 4, 2. id non probatur; nam ܒܡ ܩܪܝܬ ܫܡܥܬ vertendum est: *quando te invocavi, me exaudisti* interprete Syro Hebraicam sententiam nonnihil commutante.

8) Cum *Coniunctivo* nulla sit forma singularis, etiam Praet. Ind. aliquot illius modi tempora simul designat, praesertim vero ea, quae aliquam rem tanquam praeteritam denotant; itaque praeter Praet. vulgare *a) Imperf.* in sententiis hypotheticis, quamquam hoc sensu *Fut.* saepius adhibetur, ut Es. 1, 9. ܐܝܟ ܣܕܡ ܗܘܝܢ ܠܥܡܘܪܐ *Sodomae similes essemus*, Iud. 8, 19. ܐܢ ܚܝܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܐ ܩܛܠܬܟܘܢ *si vivos servassetis eos, non trucidarem vos*, Ephr. I, 120. C. ܡܢ ܗܘ ܕܢܦܨܘ ܠܗ ܠܟܠܐ ܕܚܡܪܐ ܕܒܪܝܬܗ ܐܠܐ ܕܚܕ ܬܚܘܡ ܐܝܬ ܠܗ ܡܢ ܢܫܒܘܩ ܠܗ *quem (aetherem), nisi limite necessario creatoris sui contineretur, quisnam cohiberet?* Barh. Chron. 492, 10. ... ܐܝܟ ܕܐܢܐ ܚܙܝܬ ܠܗ ܐܚܪܢܐ ܐܠܐ ܐܡܪ ... *si alteram huic similem viderem, — — dicerem.* Deinde Praet. *b)* designat *Plusquamperf.* Coni., ut Es. 1, 9. ܐܠܐ ܡܪܝܐ ܣܒܐܘܬ ܫܐܪ ܠܢ .. ܟܐܢ *et nisi Dominus nobis reliquisset;* Ps. 106, 23. ܕܠܘ ܡܘܫܐ ܒܪܝܪܗ ܩܕܡ ܦܬܪ ܥܠ ܦܓܪܗ ܕܠܐ ܐܬܩܛܠ ܠܗ *nisi Moses, electus eius, in ruptura stetisset ante illum iramque eius avertisset*, ib. 123, (124) 2—5. Iob. 10, 19. ܐܝܟ ܠܐ ܐܡܪ ܐܝܟ ܕܠܐ ܗܘܝܬ *et essem ac si non fuissem*, ib. v. 18. ܘܥܝܢ ܠܐ ܚܙܬܢܝ ܠܐ *periissem neque oculus me vidisset;* Iud. 8, 19. Num. 22, 33. 1 Sam. 25, 34. Ita etiam post particulas *optandi*, e. g. Num. 14, 2. ܠܘ ܡܝܬܢ ... *utinam mortui essemus!* Ios. 7, 7. ܠܘ ܩܥܝܢ ... *utinam mansissemus!* Denique potes huc referre *c)* usum verbi ܗܘܐ in *Praet.* cum Partic. pro *Praes.* Coniunctivi inprimis in adhortationibus ac sententiis consecutivis, e. g. 1 Cor. 4, 1. ܗܟܢܐ ܢܚܫܒ ܐܢܫ ܠܢ *tanti simus aestimati a vobis;* 1 Thess. 5, 12. *petimus a vobis* ܒܥܝܢܢ ܡܢ ܐܝܟ ܕܬܗܘܘܢ ܝܕܥܝܢ *ut eos agnoscatis;* ib. v. 13., 1 Tim. 2, 8. *volo igitur* ܒܥܐ ܐܢܐ ܕܢܗܘܘܢ ... *ut precentur;* Tit. 2, 9. 10. Hebr. 13, 5. ܠܐ ܢܗܘܐ ܠܒܟܘܢ ܪܘܓܙ ... *ne amet argentum animus vester!* 1 Tim. 2, 11. (*mulier*) ܬܠܦ ... *discat;* Gal. 6, 9. ܠܐ ܢܗܘܐ ܠܢ ... *ne sit nobis pertaesa* (*anima*). Hoc sensu verb. subst. saepe subintelligitur, ut Marc. 2, 21. ܠܐ ... ܢܣܒ *ne auferat;* ib. vs. 22. ܠܐ ... ܢܒܙܥ ... *ne vinum utres rumpat*, cll. Matth. 9, 17. Luc. 5, 36; Matth. 8, 4. ὅρα μηδενὶ εἴπῃς cll. Marc. 1, 43; Luc. 12, 13. *dic fratri meo* ... ܐܡܪ ... ܠܐܚܝ ... *ut dividat haereditatem.*

§. 130.

Usus Futuri.

Quod aliae linguae cognatae *Fut. figurato* indicare solent, Syri vulgari huius temporis forma designant (§. 56. Annot. 4), qua re quaedam significatus varietas ab hoc tempore non poterat omnino removeri. Etenim Fut. ponitur:

1) pro Fut. *absoluto* et *indicativo*, ut Gen. 9, 11. ܠܐ ܢܗܘܐ ܬܘ̈ܒ ܡܒܘܠܐ *neque amplius erit inundatio;* deinde

2) pro *Praes.* neque tamen tam crebro, quam in Hebraico sermone, e. g. 1 Sam. 1, 8. ܠܡܐ ܡܫܘܐ ܠܟ ܒܝܬ ܫܘܠܡܐ *solio honoris eos donat*, Ephr. I, 119. F. ܕܡܬܒܪܝܢ ܒܗ ܘܡܬܒܠܒܠܝܢ ܘܡܬܚܙܝܢ ܐܝܟ ܚܕ ܘܗܘ ܕܡܬܒܪܝܢ ܒܗ *quae* (elementa) *miscentur in eo* (igne) *et confunduntur et putantur unum idemque cum eo esse;* Gen. 4, 14. ܡܢ ܩܕܡܟ ܐܣܬܬܪ ܘܐܗܐ ܐܢܐ *mihique coram te tegendum est;* Es. 43, 17. ܕܠܐ ܢܩܘܡܘܢ ܟܚܕ ܢܬܟܒܘ *simul iacent neque resurgent.* Plerumque in hunc finem Part. usurpatur.

3) Vicibus *Praet.* rarissime fungitur, et quidem *a*) aut absolute positum, quod in poetis potissimum invenitur, ut Iud. 5, 8. ܒܚܪ ܐܠܗܐ ܚܕܬܬܐ *elegit Deus rem novam*, ib. ܬܪܥܐ ܘܪܡܚܐ ܠܐ ܐܬܚܙܝ *gladius et hasta non videbantur*, Es. 43, 17. ܟܒܘ ܘܕܥܟܘ ܐܝܟ ܦܬܝܠܐ *extincti sunt ut lucerna;* ib. v. 19. ܗܐ ܕܐܦ ܢܨܬ *iam germinavit, illud videtis*, Ephr. I, 116. E. ܕܐܝܟ ܕܢܬܚܙܝ ܠܟܘܢ ܐܠܗܐ ܕܫܩܝܪ *ita ut res creatas et idola Deos arbitrarentur;* ita vel sectione ineunte Hab. 2, 1. ܐܩܘܡ ܥܠ ܡܛܪܬܝ *in loco meo steti*, ib. ܘܐܙܕܝܬ ܘܐܙܠ *et prospexi vidique.* Deinde vero *b*) cum particulis praeteriti significationem continentibus, ut Ier. 1, 5. ܒܛܪ ܕܐܨܝܪܟ *antequam te finxeram*, ib. ܘܩܕܡ ܕܢܦܩܬ ܡܢ ܒܛܢ *et priusquam ex utero prodieras;* Barh. Chr. 282, 7. ܘܩܕܡ ܕܐܬܩܛܪ ܗܘܐ ܢܘܪܐ *et antequam incendium consummatum erat.*

4) Fut. Syriaco ea quoque indicantur, quae Romani *Praes.* Coniunct. designant; itaque *a*) *Optativus*, ut Ps. 7, 10. ܢܬܡ ܒܝܫܐ *compleatur malum;* Cant. 7, 9. ܐܣܩ ܒܬܡܪܐ ܘܢܐܚܕ ܒܥܢܒܘܗܝ ܘܢܗܘܝܢ ܕܝܟ ܐܝܟ ܓܦܢܐ ܘܦܪܝܣ *conscendam palmam et apprehendam ramos eius ac sint ubera tua, ut vitis botri;* 1 Reg. 17, 21. ܘܬܗܘܐ ܢܦܫ ܛܠܝܐ ܗܕܐ ܥܠ ܓܘܗ *revertatur anima pueri;* deinde *b*) Germanorum formulae loquendi verbo quodam auxiliari (*mögen, dürfen, können, sollen*) effectae, ut Ps. 7, 10. ܘܬܩܢ ܠܙܕܝܩܐ *stabilias iustos;* ib. 22, 9. ܢܫܙܒܝܗ ܘܢܦܨܝܗ *liberet eum atque eripiat eum;* Es. 19, 12. ܢܚܘܘܝܢ ܠܟ *ostendant tibi;* ib. 47, 13. Esdr. 10, 14. Gen. 2, 16. ܡܟܠ ܬܐܟܠ *edas, licet tibi edere;* c. 3, 2. ܢܐܟܠ *licet nobis edere;* c. 30, 31. ܡܐ ܐܬܠ ܠܟ *quid tibi darem?* Iud. 14, 16. ܐܡܪ ܐܡܪ ܠܟ *tibine dicerem?* Prov. 20, 9. ܡܢ ܢܐܡܪ *quis dicat?* Non minus *c*) *Imper.* hoc tempore signatur, quid? quod in praeceptis ad aliquid prohibendum datis, cum Imper. *prohibitive* usurpari nequeat (§. 132, 1.), vulgo eo utuntur, e. c. Gen. 46, 3. ܠܐ ܬܕܚܠ *ne timeas!* Exod. 20, 13—17. ܠܐ ܬܩܛܘܠ ܠܐ ܬܙܢܐ ... ܠܐ ܬܓܢܘܒ ܠܐ ܬܣܗܕ ܣܗܕܘܬܐ ܕܫܩܪ ܠܐ ܬܚܡܕ *ne interficias, ne moecheris, ne furaris, ne testeris .. testimonio falso, ne cupidini*

indulgeas domus vicini tui etc. Ruth 1, 20. ܠܐ ܬܩܪܝܢ *nolite me nominare.* Eodem modo etiam Imp., cui nihil negationis inest, saepe exprimitur, ut ܢܗܘܐ ܢܗܝܪܐ *fiat lux!* Exod. 21, 15. ܡܬܡܝܬ ܢܡܬ *interficiatur!* Ps. 117 (118), 2—4. 123 (124), 1. Ephr. II, 370. A. ܗܒ ܠܢ ܢܚܫܐ ܕܢܬܟܢܫ ܥܡܗ ܘܢܦܠܚ ܒܗ *Satanam vincite precibus, exeant ergo acies vestrae ad dimicandum cum eo.* d) Cum Coniunct. hoc tempore prae caeteris delectetur, post particulas Latinorum *ut, ita ut, ne,* consentaneas Fut. solet adhiberi. Ergo α) praecedente ?, ut Deut. 4, 40. ܘܢܗܘܐ ܠܟ ? *ut felices fiatis;* Dan. 2, 16. ܕܢ ܢܗܒ ܠܗ ? *ut tempus ipsi concederet;* Iud. 14, 15. Gen. 11, 7. ܢܫܡܥ ? *ne intelligant,* Es. 14, 21. Ps. 10, 18. 78, 44. 93, 1. 104, 5. β) praecedente o, ut Ezech. 20, 26. ܘܢܕܥ *ut cognoscant,* Exod. 8, 8. ܘܢܕܒܚ *ut sacrificentur,* ib. et 10, 17. ܘܢܫܒܩ .. ܘܢܥܒܪ *ut repellat a me;* 1 Sam. 7, 3. ܘܢܦܨܟܘܢ *ut eripiat vos;* Exod. 10, 12. Iob. 12, 7. Ier. 42, 3. 1 Reg. 21, 10. 22, 20. 2 Reg. 5, 10. 2 Paral. 30, 6. γ) Huius generis sunt etiam exempla, in quibus particula ? aut o omissa est, ut Gen. 27, 4. ܐܬܝ ܠܝ ܘܐܟܠ *afferas mihi, ut edam,* Iud. 6, 30. *educas filium,* ܘܢܡܘܬ *ut moriatur.* δ) ? ܠܡܐ praemisso, e. c. Gen. 27, 4. ܠܡܐ ܢܒܪܟ ܢܦܫܝ ? *ut anima mea tibi benedicat,* Exod. 9, 14. ? ܠܡܐ *ut cognoscas,* et simile Iud. 9, 28. ܠܡܐ ܢܚܢܢ ܢܦܠܚ ܠܗ *cur nos ei serviremus?* ε) aliis particulis cum ? compositis, ut Barh. chr. 530, 14. ܒܥܘܬ ? ܕܢܫܬܝܘܗ *consilio* (pr. *quasi*) *ut eam* (arcem) *destruerent;* ζ) post particulas *hypotheticas,* ut 1 Reg. 8, 33—34. .. ܕܢ ܢܫܒܘ ܥܠ ܦܢܝܟ ܘܢܘܕܘ ܠܫܡܟ .. ܘܢܨܠܘ *si peccaverint coram te, convertantur autem ad te nomenque tuum confiteantur et orent ad te ac deprecentur, ... exaudias tu!*

5) Quamquam *praeterita* Subiunctivi tempora Praet. Ind. soleant signari, tamen etiam Fut. interdum eodem consilio usurpatur, ut *a)* pro *Imperf.* Coni. praecipue in sententiis hypotheticis, ut Ps. 23, 4. ... ܠܐ ܐܦܚܕ ܓܡ *etsi ambularem .. non timerem,* Iob. 5, 8. ܐܒܥܐ ܐܝܟ ܠܐ ܐܬ ܠܐܠܗܐ ܘܠܘܬ ܡܠܝ ܐܫܝܡ *verumtamen ego Deum adirem Deoque meam rem traderem;* Barh. Chron. 327, 1. ܠܐ ܢܥܠܘ ? *ne intrarent;* ib. 281, 20. ܠܐ ܝܟܠܘ ܠܡܫܒܪܗ *neque eam expugnare poterant;* ib. 397, 14. *et si non esset* ܕܠܐ ܐܝܬ ܠܝ ܟܬܪܐ ܕܢܣܒ *me accepturum esse (sciebam) coronam victoriae;* deinde *b)* pro *Plusquamp.* coni., sed perraro, ut 1 Reg. 8, 33. ܕܐܢ ܢܬܒܙܘ ܥܡܟ ܥܡܟ *si populus tuus .. in bello profligatus esset.* Ubi haec Futuri significatio requiritur, nonnunquam verbum auxiliare ܗܘܐ in Praet. adiectum invenimus huius significationis quasi indicem, ut *a)* de *Imperf.* Coni. e. c.

Marc. 3, 20. ܘܠܐ ܡܫܟܚܝܢ ܐܦ ܠܚܡܐ *ita ut non possent*, Ephr. I, 40. B. *neque ei deerant aves* ܕܢܦܩ ܠܗ *quas offerret*, ib. 44. B. *qui petierat ... ut eam poenam* ܕܢܐܙܠ *effugeret*, ib. 53. A. *non persuasum est*, ܠܐ ܐܬܦܢܝ ܠܗܘܢ ܒܥܒܕܝܗܘܢ *ut opera sua mala abnegarent*; Assem. Bibl. Or. I, 392, 5. *et edixit* ܘܐܡܪ ܕܢܒܢܘ ܟܠ ܐܘܡܢܝ ܩܪܝܬܐ *ut omnes urbis artifices officinas suas procul construerent*, ib. 393, 2. ܕܢܬܬܩܢ ܩܪܝܬܐ *ut urbis securitas stabiliretur*. *b*) de Plusquamp., ut Ephr. I, 40. B. ܡܐ ܓܝܪ ܒܗ ܚܛܝܬܐ ܐܝܬ ܠܗ ܕܐܦ ܫܒܠܐ ܛܒܐ ܐܩܪܒ *quid enim in eo damni fuisset, si spicas optimas obtulisset.* Hunc loquendi morem, si lubet, cum Hebraeorum *Waw conversivo* conferre potes, praecipue cum eius exempla etiam in *Indicativo* non omnino desint, ut Assem. Bibl. Or. I. 386, 22. ܩܪܒܐ .. ܕܟܒܫ ܠܗ ܒܗܠܝܢ ܐܪܥܐ ܗܠܝܢ ܐܝܟ ܕܐܬܚܙܝ ܠܗ ܐܢ *bella .. his regionibus per longum tempus potita sunt* [3]).

6) *Futurum exactum* simplici Fut. forma indicatur, ut Ruth 3, 18. ܥܕ ܕܬܚܙܝ *donec videris*, ܥܕ ܕܫܠܡ ܡܫܟܐ *donec absoluta fuerit messis;* 1 Par. 17, 11. ܥܕ ܕܬܫܠܡܘܢ ܝܘܡܝܟ *si consummati fuerint dies vitae tuae;* Gen. 24, 19. ܥܕ ܕܢܫܬܘܢ *donec satis biberint;* ib. v. 33. ܥܕ ܕܐܡܪ *donec dixero;* Es. 6, 11. ܥܕ ܕܬܬܚܪܒܢ ܡܕܝܢܬܐ *donec vastatae fuerint urbes.* Fut. quidem multo saepius, quam Praet. hoc sensu legimus.

§. 131.

Imperfectum et Plusquamperfectum.

1) *Imperf.* et *Plusquamperf.* quomodo circumscribantur, significatum est (§. 49. 1.); *eius* vero exempla vide Marc. 1, 7. ܗܘܐ ܡܟܪܙ *praedicabat*, c. 3, 2. ܗܘܘ ܨܝܕܝܢ *observabant*, Luc. 9, 14. ܗܘܘ ܐܝܬܝܢ *erant*, Act. 20, 21. ܗܘܐ ܡܣܗܕ *testificabar*, Matth. 27, 55., et *huius* Matth. 14, 3. ܗܘܐ ܐܚܕ *ceperat*; Marc. 3, 8. ܗܘܘ ܫܡܥܘ *audiverant*, Io. 10, 22. ܗܘܐ ܗܘܐ *fuerat* (m) et c. 3, 25. ܗܘܬ ܗܘܬ id. (f.), Matth. 25, 20. c. 26, 48. 75. c. 27, 55. 57. Inveniuntur vero, quod iam *I. D. Michaelis* [4]) recte observavit, non pauca exempla verbi ܗܘܐ ad Praet. aliorum

---

3) Hanc rem in explicatione *Waw conversivi*, quam *Gesenius* proposuit, defendenda aliquid valere, in aprico est. Si enim Partic. aut Praeteriti cum verbo ܗܘܐ coniunctio, qua hucusque sola usi sunt grammatici, nonnisi remotiorem analogiam refert, verbi subst. compositio cum Fut. pariter atque *Arabum* Imperf. paraphrasticum كَانَ يَقْتُلُ omnino propinquiorem, eandemque firmiorem continet.

4) Gramm. Syr. p. 94.

verborum appositi, praesertim in apocalypsi Ioannea Syriace versa et in Philoxeniana N. T. versione, ubi nullus erat Plusquamp. locus, sed Praet. potius vulgari atque Imperfecto; vid. etiam §. 146.

2) *Coniunctivus* horum temporum similiter atque Indic. signatur et in hypotheticis praecipue locum habet sententiis. Itaque a) *Imperf.* Coni. habes Io. 5, 46. ܐܠܘ ܗܘܝܬ ܡܗܝܡܢܝܢ ܐܦ ܒܝ ܗܘܝܬ ܡܗܝܡܢܝܢ *si Mosi crederetis, mihi quoque crederetis*, ib. 8, 19. 39. 42. 18, 30. ܐܠܐ ܕܗܘܐ ܒܝܫܐ ܠܐ ܗܘܝܢ ܡܫܠܡܝܢ ܠܟ *nisi esset mala patrans, eum tibi non traderemus;* ib. v. 36. 21, 25. Saepe hoc consilio Fut. adhibetur, praecipue in sententiis ab aliis pendentibus. Deinde *b*) *Plusquamperf.* Coni. in his deprehendis locis et quidem vulgo ita, ut Partic. cum Praet. verbi subst. usurpetur, e. c. Ps. 123 (124), 3. ܚܝܐ ܗܘ ܒܠܥܢ ܗܘ ܠܢ *vivos nos deglutivissent*, et v. 4. ܠܡܝ ܗܘ ܒܠܥܢ ܗܘ ܠܢ *nos submersissent;* Gen. 31, 42. *et nisi Deus . . mihi adstitisset* ܐܠܐ ܐܠܗܐ ܗܘܐ ܠܝ ܩܐܡ *nunc vacuum me dimisisses;* 2 Reg. 3, 14. Matth. 25, 27. Gal. 4, 15. Hebr. 10, 2. 11, 15. 1 Io. 2, 19. Solum Praet. non raro eidem inservire fini, supra demonstratum (§. 129, 8. b.).

Annot. Fut. apoc., quod verbum ܗܘܐ solum admittit, etiam pro *Coniunctivo* usurpatur (§. 56. Annot. 4).

§. 132.

Usus Imperativi.

1) Saepe Part. vel Adiect. cum Praet. verbi ܗܘܐ pro *Imperat.* poni (§. 129, 6.), non minus Fut. huius modi vicibus fungi, immo etiam in *prohibitionibus* necessario fungi (§. 130, 4. c.), exemplis sat multis est demonstratum. Coniungunt vero etiam Syri hic illic duos Imperr., quorum prior hypothesin, id vero, quod inde sequitur, posterior indicat; ita e. g. Gen. 42, 18. ܗܕܐ ܥܒܕܘ ܘܚܝܘ *hoc facite et vivite* pro *si vultis vivere;* Es. 8, 9. ܬܬܚܙܩܘ ܘܬܬܪܥܘ *confortamini, tamen frangemini;* 36, 16. Ps. 37, 27. ܣܘܪ ܡܢ ܒܝܫܐ ܘܥܒܕ ܛܒܐ *si a malo recedens bonum facis, aeterna quiete gaudebis;* Prov. 20, 13. ܦܬܚ ܥܝܢܝܟ ܘܬܫܒܥ ܠܚܡܐ *aperias oculos tuos* (i. e. *vigil esto*), *si pane velis satiari.* c. 4, 4. 7, 2. 9, 6. Invenis vero saepius Imp. cum Fut. hoc sensu coniunctum, ut Num. 24, 21. Es. 8, 10. Prov. 3, 3. 4. 8. Es. 55, 2. Nah. 3, 14—15.

2) Nonnunquam *Imp.*, qui Fut. excipit, huius temporis significationem

sibi vindicat, ut Gen. 45, 18. *dabo vobis Aegypti terrae optimum* ܛܒ̈ܐ ܕܡܨܪܝܢ ܬܬܠܘܢ ܘܬܐܟܠܘܢ *et edetis pinguedinem terrae*, et sine copula Es. 54, 14. *iustitia stabilieris, longe aberis ab oppressione.* Raro etiam Imper. Futuro praemittitur eodem sensu, ut Es. 6, 9. ܫܡܥ ܘܠܐ ܬܒܝܢ ܚܙܐ ܘܠܐ ܬܕܥ *etsi audietis, tamen non intelligetis; etsi videbitis, tamen non cognoscetis.*

3) Imperativo non solum *mandatum* sed, quod in omnibus fere linguis licet, etiam *exhortatio*, *admonitio* et *permissio* significatur, ut Io. 11, 15. ܢܙܠ ܢܬܐ ἄγωμεν πρὸς αὐτὸν; Marc. 1, 38. Amant Syri hoc sensu Imp. verbi ܐܬܐ Futuro sine copula apponere, et quidem in Sing. de *duobus*, ut Gen. 31, 44. ܗܐ ܕܝܬܐ ܢܟܪܬ ܠܢ *et nunc foedus ineamus*; Prov. 7, 18. Cant. 7, 11. Gen. 19, 32. ܢܫܩܐ ܠܐܒܢ ܚܡܪܐ *patri nostro vinum demus bibendum*, aut in Plur., ubi de *pluribus* sermo est, e. c. Io. 11, 7. ܢܐܙܠ ἄγωμεν, Gen. 37, 20. 27. Ps. 83, 5.

§. 133.

Usus Infinitivi absoluti.

Diversa *forma* quamquam Infinitivum absolutum et constructum Syri non distinguunt; praeposito tamen ⠀ Infinit. verum, sive si magis placuerit, *constructum* satis secernunt a *Gerundio* sive Inf. absolute posito. Hunc vero absolutum nonnisi *adverbialiter* usurpant, pariter ac Hebraei, neque quod forte opineris, in versionibus tantum vestigia Hebraici textus nimis presse sequentibus, sed etiam ubi nulli exemplo adstricti prorsus libere scribunt. Neque tamen in eo Syros cum Hebraeis conspirantes invenio, quod in quovis verborum nexu Inf. pro adverbio adhibere possint; immovero Syri, quod iam antiquiores grammatici recte observarunt, hoc Inf. absoluto nonnisi ad emphasin exprimendam utuntur. *Inf.* cum *verbo finito* coniunctus significat

1) Notionis, quae verbo inest, *intensionem*, ut Gen. 22, 17. et Hebr. 6, 14. ܒܪܟ ܐܒܪܟܟ ܘܣܓܝ ܐܣܓܐ *quam maxime tibi benedicam teque valde augebo*, ib. 16, 10. cll. c. 17, 2. 6., ubi ܣܓܝ ܐܣܓ eodem sensu dicitur; c. 31, 30. ܗܫܐ ܐܙܠ ܐܢ ܟܡܗ ܬܬܐ ܠܒܝܬ ܐܒܐ *nunc igitur abeas, si vehementi flagras desiderio;* c. 43, 3. 1 Sam. 20, 6. 28. 23, 22. Gal. 3, 1. ܐܝܟ ܕܐ ܙܘܪ *accurate depictus erat*, c. 5, 12. Ps. 118, 18. Iud. 15, 2. Io. 9, 9. ܕܡܐ ܠܗ *perquam similis est*, Act. 5, 28. Ephr. I, 291. B. ܐܝܟ ܕܐ ܡܫܬܟܚ ܐܢܫ ܒܥܠ ܕܒܪ ܐܝܟ ܕܐ ܡܫܬܟܚ

ܐܦ ܗܘ ܠܐ *ille vero tantum aberat, ut resipisceret, quo facto stultitia eius prius commissa ab ipso cederet, ut caedem quoque adderet.*

2) Inf. cum Verb. finito *asseverationem* et rem aliquam *certam* esse ac *fixam* denotat, ut Gen. 3, 4. ܡܘܬ ܠܐ ܬܡܘܬܘܢ *omnino non moriemini*, c. 37, 33. ܛܪܦ ܛܪܝܦ ܝܣܦ *certo laceratus est Ioseph*, Io. 20, 5. ܠܐ ܠܐ ܥܠ *nequaquam introiit*, Rom. 9, 6. ܠܐ ܠܐ ܗܘܬ ܕܒܪ ܐܠܗܐ *nequaquam cecidit verbum Dei.*

3) Idem aliquam rem *non omnino transactam esse* sed agendo aut patiendo *continuari*, ut Es. 30, 19. ܠܐ ܠܥܠܡ ܒܟܐ *non semper flebitis;* Exod. 34, 7. ܠܐ ܠܥܠܡ ܡܫܪܐ *neque tamen semper absolvit.* Persaepe vero in hunc finem Particc. usurpantur (§. 135, 6.). Denique

4) non raro alias quoque sermonis proprietates easque valde varias Infinitivus pleonasticus indicat, ut Gen. 37, 8. ܗܠ ܡܠܟ ܬܡܠܟ ܥܠܢ *tune forte nobis imperare velis?* c. 43, 7. ܗܢ ܝܕܥ ܝܕܥܝܢ *num scire poteramus?* Iud. 7, 19. ܘܩܪܒ ܗܘ ܢܛܪ *et vix custodes suscitarant;* Ier. 22, 10. ܠܐ ܠܡܝܬܐ ܒܟܘ ܒܟܐ ܘܒܟܘ *flete potius pro abituro;* Iob. 13, 17. ܫܡܥܘ ܫܡܥ ܡܠܝ *audiatis tantum verba mea;* Philem. v. 9. ܠܐ ܐܠܐ ܒܥܝ ܘܐܒܥܐ *potius petam.* Interdum nonnisi sermonem reddit vividiorem, ut Gen. 43, 20. ܢܚܬ ܢܚܬ *descendimus*, 2 Reg. 6, 5. ܫܐܠ ܫܐܠ *mutuo datum erat*, Luc. 1, 22. ܐܬܢ ܐܬܢ *nutu innuebat*, Act. 7, 45. Versio N. T., quae *Peschito* nuncupatur, hoc loquendi modo saepius pro simplici verbo graeco utitur, Philoxeniana autem versio textum originalem diligentissime redditura, eo abhorret.

Annot. 1. Coniugatt. *derivatis* neque Inf. Peal apponi putamus, neque alius coniugationis Inf., etiamsi eadem, ac verbum finitum, uteretur significatione. Nonnunquam quo consilio Inf. adhiberi demonstravimus, etiam nomen substant. eadem ac verbum finitum, stirpe oriundum ponitur, ut Gen. 2, 17. ܡܘܬ ܬܡܘܬ *certo morieris;* Barh. Chr. 487, 11. Es. 19, 22. ܢܓܦ ܡܢܓܦ ܝܗܘܐ *inflictionem infliget dominus Aegyptiis;* Mich. 2, 4. Quod praecipue tum Infinitivo praeferas, cum verbi notio additamentum illud non nudum, sed epitheto aliquo ornatum poscit, e. c. Barh. Chr. 487, 9. ܫܒܥ ܫܡܚܐ ܣܓܝܐ ܒܪܝܐ *perfusi sunt omnes gaudio valde magno;* ib. 491, 17. ܡܚܐ ܡܚܐ ܠܗܘܢ *eos penitus profligarunt*, Es. 22, 18. ܢܕܚܟ ܢܕܚܟ ܡܪ ܐܢܬ *propulsabit te violenter ut impulsu pilae* [5]).

---

5) Etiam *Adiectiva* interdum Inf. absoluto *intensionem* sibi vindicant, ut Ier. 48, 9. ܢܨܒ ܢܨܒ ܠܗ *quia funditus evertetur;* Iud. 11, 25. ܗܠ ܛܒ ܛܒ ܐܢܬ *an tu multo melior es?*

Annot. 2. Inf. absolutus Verbo finito, quod intendit aut accuratius definit, a Syris vulgo praemittitur; ubi vero cum Imp. coniunctus est, postponi solet, ut Es. 6, 9. ܫܡܥܘ ܫܡܘܥ .. ܚܙܘ ܚܙܝܐ *audiatis et videte quantum velitis;* Iob. 13, 17. Similis est etiam Dan. 11, 13. ܐܬܐ ܐܬܝ pr. *veniet in adventu suo.* Negationem ܠܐ, sicubi ea opus est, non ante Inf., sed ante Verb. finitum ponunt, ut Exod. 5, 23. ܠܐ ܫܙܒ ܫܙܒܬ *nondum liberasti;* 1 Reg. 3, 26. Es. 30, 19. Ier. 13, 12. Io. 20, 5; vel Rom. 9, 6. ܠܐ ܕܒܪ ܕܒܪ huic regulae conspirat, quo in loco verbum auxiliare negationem arripuit. Interdum tamen regula negligitur, ut Gen. 3, 4. ܠܐ ܡܘܬ ܬܡܘܬܘܢ *nequaquam moriemini;* Num. 23, 25. ܠܐ ܠܥܘܠ ܠܥܘܠܘܗܝ *tu ei prorsus non maledicis.* De particulis praepositivis illam regulam non valere, non est, quod moneam, ut Iud. 11, 25. ܗܠ ܡܚܐ ܡܚܐ ܠܗ ؟ *num ullam movit litem?*

Annot. 3. Inf. pro verbo finito usurpare Syris non licebat, qua re interpres V. T., ubicunque Hebraicus sermo eum exhibebat, verbum finitum ipsum posuit unicuique loco congruens [6]).

§. 134.

Usus Infinitivi constructi.

1) Inf. in Syriaca lingua perraro nominis vices gerit; propter magnam enim nominum abstractorum copiam (§. 87. et 88.), ubi Inf. cum subiecto aut obiecto aut cum utroque coniunctus poterat scribi, aut nomen substantivum aut verbum finitum ei praetulerunt. Qua re Syrus V. T. interpres etiam in hac re ab Hebraico textu recedit, ut Inf., quem tali nexu verborum inveniebat vertendum, omnino evitaret. Infinitivos tamen suffixo auctos Syri non aspernantur et suff. illud saepe Acc. casu intelligatur necesse est (§. 113, 3. 122, 1. 4.), ut Iob. 13, 3. ܬܟܝܬܝ *redargutio mea,* Exod. 29, 36. ܬܟܦܪ ܥܠ ܡܙܒܚ *ut sanctus reddatur.*

2) Inf. vero, qui regitur ab aliquo verbo, *consilium, voluntatem, potestatem, facultatem* aut *mandatum* indicante, vulgo particula ܠ ornatur, ut Luc. 15, 15. ܫܕܪܗ ܠܡܪܥܐ .. ܫܕܪ ܒܗ ܗܢܐ *hic eum misit .. ad pascendum sues;* Matth. 4, 17. ܫܪܐ ܠܡܟܪܙܘ ܗܘ ܝܫܘܥ *incepit Iesus praedicare;* c. 6, 24. ܠܐ ܡܫܟܚ ܠܥܒܕ ܠܬܪܝܢ ܡܪܝܢ *nemo potest duobus dominis servire;* c. 14, 5. ܘܨܒܐ ܠܩܛܠܘ ܘܗܘ *et volebat eum occidere;* c. 2, 13. ܗܐ ܡܠܐܟ ܡܪܝܐ ܐܬܪ ܝܘܣܦ ὅτι μέλλει γὰρ Ἡρῴδης ζητεῖν τὸ

6) Idem in Chaldaeis V. T. versionibus factum esse *Winerus* demonstravit (*Gramm. des bibl. und targ. Chald.* p. 99.).

παιδίον, Ruth. 1, 12. ܠܡܶܐܡܰܪ ܟܰܕ ܥܰܬܝܼܩ ܐܰܢܳܐ ܡܶܢ ܕܶܐܶܬܰܒ ܠܓܰܒܪܳܐ *nimis senui, quam ut nuberem viro;* Barh. chr. 328, 11. ܠܝܼܬ ܡܶܠܬܳܐ ܕܢܶܚܘܶܐ ܠܡܶܡܰܠܠܳܗ *nostrum non est enarrare;* Es. 7, 15. 16. Idem fit, si Inf. a *nomine* regitur, e. c. Gen. 29, 7. ܠܳܐ ܥܕܺܝܢ ܠܡܶܟܢܰܫ *non est tempus colligendi.*

Annot. Particula ܠ cum Inf. interdum alio sensu sumitur, ut Gen. 2, 3. ܕܰܒܪܳܐ ܐܶܠܳܗܺܝܡ ܠܡܶܥܒܰܕ *quae creavit Deus, cum faceret;* 1 Sam. 20, 20. ܐܰܪܡܺܐ ܐܰܢܳܐ ܠܡܶܪܡܰܝ ܠܶܗ *ut iaculer quasi scopum ferire vellem.* Post verbum ܥܬܺܝܕ, ubi Inf. et ܠ legitur, periphrasin Futuri nonnunquam efficiunt, ut Gen. 15, 12. ܗܘܳܐ ܥܬܺܝܕ ܠܡܶܥܪܰܒ ܫܰܡܫܳܐ *sol erat occasurus;* Eccles. 3, 14. ܠܳܐ ܡܫܰܟܚ ܠܶܗ ܠܡܶܫܩܰܠ ܡܶܢܶܗ ܘܠܡܶܬܠ ܠܶܗ *ei rei non potest aliquid addi aut ab ea auferri*, quo in loco, ut Gen. 4, 13., verba *passive* sumenda sunt. Huic vero Fut. periphrasi inservit *Part. Peil* verbi ܐܙܰܠ sequente Inf. cum praefixo ܠ, ut Matth. 2, 13. ܗܪܘܕܝܣ ܥܬܺܝܕ ܠܡܰܒܥܝܳ ܠܶܗ . . ܐܙܰܠ *Herodes eum quaeret;* c. 11, 14. ܗܘ ܕܥܬܺܝܕ ܠܡܶܐܬܳܐ *qui venturus est;* c. 20, 22. Luc. 10, 1. 21, 26. 22, 23; persaepe vero Fut. ipsum praecedente ? post illud ܐܙܰܠ usurpatur Matth. 16, 21. 27. 17, 12. 22. 20, 17. 22; Marc. 8, 31; 10, 32; 13, 7. Luc. 9, 22. 31. 44; 17, 25; 19, 4. Loquuntur ergo Syri fere ut Graeci, verbo μέλλω eiusque Partic. μέλλων cum sequente Inf. periphrasin Fut. temporis efficientes.

3) Initium sententiarum Infinitivo cum praepositione constituere Hebraeis valde probatur, Syris vero non item [7]). Apud hos Inf. cum aliis particulis nonnisi ܠ addito coniungitur, ut Gen. 11, 8. ܫܰܒܩܘ ܡܶܢ ܠܡܶܒܢܳܐ ܥܺܝܪܳܐ *cessarunt urbem aedificare;* Hebr. 4, 1. ܢܰܚܫܶܐ ܡܶܢ ܠܡܶܥܒܰܪ *qui remaneat ab ingrediendo* (non ingrediatur); Ruth. 1, 12. ܡܶܐܡܰܪ ܟܰܕ ܥܰܬܝܼܩ ܐܰܢܳܐ ܡܶܢ ܕܶܐܶܬܰܒ ܠܓܰܒܪܳܐ *nimis senui, quam ut rursus nuberem viro,* ubi ܡܶܢ comparativum constituit; Ass. Bibl. Or. I. 36, 17. *et per totam noctem* ܠܳܐ ܫܰܟܚ ܡܶܢ ܠܡܶܨܠܳܐ ܒܟܽܠ ܠܶܠܝܳܐ *non cessavit precari;* Gen. 4, 13. ܣܰܓܺܝ ܥܰܘܳܠ ܡܶܢ ܕܶܢܶܬܢܰܣܶܐ *nimium est peccatum, quam ut possit redonari* [8]).

Annot. Quibus in loquendi formulis aliae linguae Inf. usurpant et Syriaca, quantum video quominus eo utatur, certe non impeditur, Syri saepe pro Inf. aliam verborum sructuram adhibent. Nam

---

7) Neque Chaldaeos ad hunc morem propensos esse, docet *Winer. Gramm. des bibl. und targ. Chal.* p. 98.

8) Es. 7, 8: ܐܶܦܪܰܝܶܡ ܡܶܢ ܥܰܡܡܳܐ ܕܠܳܐ ܢܶܗܘܶܐ non videtur interpretandum: *labetur Ephraim ita, ut non amplius populus sit*, qui textui originali inest sensus, sed ܡܶܢ *collective* sumserim pro: *e populis*, aut de *populo Israelitico* intellexerim: *non amplius ad populum a Deo dilectum pertinebit.*

a) hoc consilio inprimis Fut. cum praefixo ؟ adhibetur, ut Matth. 2, 22. ؟ليزا ؟ليز *timuit abire*, c. 16, 3. ؟ڤصڤ ؟ليڤ ڤڤڤ *nostis diiudicare*; ib. v. 24. ڤڤز ؟ليزا ؟ڤڤ ؟ڤڤ *quisquis me vult sequi*; 17, 10. Marc. 1, 45; 6, 7; Luc. 13, 11; 14, 28; 1 Cor. 2, 14. et verbo regente praemisso Ass. Bibl. Or. I. 50, 1. ؟ڤڤڤڤڤ ڤڤ ڤڤ ڤڤڤڤڤڤ *Episcopum eum creare decrevi*, aut Fut. solum, ita ut particula subintelligatur, e. g. Matth. 14, 28. ڤڤڤ ڤڤ ؟ڤڤ ڤڤڤ *praecipias mihi, ut veniam ad te*; Luc. 18, 13. ڤ ڤڤ ڤڤ ڤڤ ڤ *et ne oculos quidem suos ad coelum attollere voluit*; ib. v. 41. Marc. 7, 27. ڤڤڤ ڤڤڤڤ ڤڤڤڤ ڤڤڤڤ ڤڤڤڤ ἄφες πρῶτον χορτασθῆναι τὰ τέκνα; Io. 4, 7. 10; 6, 65; 13, 10; 21, 3. Rom. 8, 39. et in *passivo* Hebr. 12, 19. ؟ڤڤڤ ڤڤڤڤ ڤڤڤ ؟ڤ *ne amplius cum illis sermo fieret* [9]).

b) Non minus Partic. Infinitivi loco usurpatur, et quidem *α*) *absolute*, praecipue — per *Graecismum I. D. Michaelis* [10]), nescio an recte, existimavit, — post verba *incipiendi* et *continuandi*, *permittendi* et *iubendi*, denique etiam *potestatis*, ut Matth. 12, 1. ڤڤڤ ڤڤڤ ڤڤڤ ڤڤڤ *coeperunt vellicare spicas et comedere*; Luc. 5, 21, c. 15, 14. Matth. 13, 30. ڤڤڤڤ ڤڤڤ ڤڤڤ *sinite utrumque crescere*; Luc. 18, 16. Io. 11, 44. ڤڤڤ ڤڤڤڤ ڤ *et sinite eum prodire* c. 18, 8. Luc. 10, 40. ڤڤ ڤڤڤ ڤڤڤ ڤڤ *iube eam me adiuvare*; c. 12, 13. ڤڤڤڤ ڤڤڤ ڤڤڤ ڤڤڤ *iube fratrem meum haereditatem mecum partiri*; Marc. 2, 2. ڤڤ ؟ڤ ڤڤڤ ڤڤڤ ڤڤ *ut illos non capere posset*; c. 7, 15. 18. Io. 5, 19. c. 8, 43. Act. 10, 47. c. 20, 32. 1 Io. 3, 15; Assem. Bibl. Or. I, 412. not. l. 2., ڤ ڤڤڤ ڤڤڤ ڤڤڤ *non poterant ponere*. Item in *passiva* voce, ut 1 Io. 2, 8. *et lux vera* ڤڤڤ ڤڤڤ *coepit videri*; Luc. 11, 53. ڤڤڤ ڤڤڤ ڤڤڤ ڤڤڤ *coeperunt indignari*. Rarius post alia verba Part. hoc nexu legitur, ut Marc. 6, 37. ڤڤڤ ڤڤڤ ڤڤڤ ڤڤڤ καὶ δῶμεν αὐτοῖς φαγεῖν coll. quae praecedunt verbis ڤڤڤ ڤڤڤ ڤڤڤ ڤڤڤ. Inveniuntur vero *β*) etiam exempla Participii particula ؟ instructi, ut Hebr. 9, 23. ڤڤڤ ڤڤڤ .. ڤڤڤ ؟ڤڤ ڤڤ ڤڤڤ *necesse enim erat, ut haec ... illis purgarentur*, Act. 21, 32. ڤڤڤڤ ڤڤڤ ؟ڤڤڤ ڤڤ ڤڤڤ *cessabant Paulum percutere*.

c) Utrumque verbum et regens et rectum numero, persona et genere iisdem ἀσυνδέτως aut copula interiecta ponuntur, ut Luc. 20, 11. 12. ؟ڤڤ ڤڤڤ καὶ προσέθετο πέμψαι, coll. Iud. 13, 21. ڤڤڤڤ ... ڤڤڤ ڤ *neque amplius ... apparuit*; Marc. 13, 23. ؟ڤڤ ڤڤڤ *praeoccupavi dicere* i. e. *praedixi*.

---

9) In his vero exemplis particulam *ut* supplendam esse, demonstrat versionis *Philoxenianae* consuetudo, multis in locis, ubi antiqua versio ؟ non exhibebat, hanc particulam addendi, e. c. Matth. 14, 28. Marc. 7, 27. Vide etiam §. 130, 4. d. *γ*.

10) Gramm. Syr. p. 236.

§. 135.

Usus Participiorum.

1) *Partt. activa* si nomen regunt, *a*) saepe eodem utuntur casu aut eadem particula ac verbum ipsum, a quo originem trahunt, ut Barh. chr. 328, 3. ܩܒܠ ܠܡܢܟܦܗ *coepit eum increpare;* ib. 333, 3. ܕܡܚܘ ܠܗܘܢ *eos vulnerabant;* ib. 397, 1. ܘܡܒܕܐ ܠܟܠ ܐܢܫܐ *et omnes homines perdens;* ib. l. 12. ܡܢ ܐܝܟܐ ܕܢܕܥ *unde hoc sciret?* Ephr. I, 8. B. ܕܠܐ ܡܫܬܘܬܦ ܒܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ *pro spiritu sancto id habentes;* ib. 118, C. Ps. 84, 5. ܕܣܒܪܝܢ ܒܝܬܟ *domum tuam habitantes,* 1 Reg. 9, 23. ܕܡܫܬܕܠܝܢ ܒܥܒܕܐ *opus urgentes;* Ps. 5, 12. ܕܣܒܪܝܢ ܒܟ *in te sperantes;* Prov. 2, 19. ܕܥܠ ܠܘܬܗ *ad eam ingressuri.* *b*) Gen. casus eodem consilio, neque tamen tam saepe, ponitur, ut Prov. 1, 12. ܕܢܚܬܝܢ ܠܒܝܪܐ *in foveam descendentes;* Gen. 23, 10. ܕܥܠܝܢ ܠܬܪܥܐ *portam intrantes;* 1 Reg. 2, 7. ܐܟܠ ܦܬܘܪ *comedentes ad mensam tuam;* Gen. 19, 14. Interdum *stat. constr.* atque particula simul adhibentur, ut Barh. 223, 3. ܟܦܪ ܒܐܠܗܐ *Deum abnegantes.* Plura huius rei exempla vid. §. 113. Annot. 1.

2) Simili ratione *Particc. passiva* struuntur, nempe *a*) cum eodem casu aut particula, atque *activum*, ut Ps. 2, 12. ܒܟܝ ܕܚܣܝܢ ܒܗ *in eo confidentes,* Ezech. 9, 2. 11. ܠܒܫ ܒܒܘܨ *bysso indutus;* 1 Sam. 2, 18; 17, 5; Lev. 2, 4. ܡܫܝܚ ܒܫܡܢܐ *oleo imbuti,* Exod. 25, 20. ܦܪܫܝܗܘܢ ܡܦܪܫܢ *aleas suas extendentes,* Ephr. I, 116. F. ܘܡܣܒܪ ܠܗ *eamque operiens;* ܒܪܟ ܠܡܪܝ *benedictus Domino;* interdum vero utuntur *b*) etiam Genitivo, ut Iob. 14, 1. ܝܠܝܕ ܐܢܬܬܐ *natus de muliere,* Gen. 24, 31. ܒܪܝܟ ܡܢ ܐܠܗܐ *a Deo prosperatus,* c. 26, 29.

3) Participia cuiusque coniug. et activa et passiva *omnium temporum* significationem induunt; nam *a*) saepissime *Praes.* designant, ut Zach. 11, 9. ܕܡܝܬ *moriens,* ܕܛܒܐ *periens,* ܫܪܝܪܐ *residua;* *b*) *Praet.*, ut ܕܢܣܒ ܒܢܬ *qui filias eius duxerant;* Num. 24, 4. ܢܦܠ ܘܓܠܝ ܥܝܢܝܗ *prostratus et oculis apertis;* Iud. 3, 25. ܢܦܠ .. ܘܡܝܬ *prostratum ac mortuum,* 1 Sam. 5, 3. *c*) Fut., ut Gen. 20, 3. ܡܝܬ *moriturus,* id. Ier. 28, 16. ubi et ܐܫܬܪ *dissoluturus sum* invenitur; Exod. 11, 5. ܕܝܬܒ *qui sedebit;* Ps. 22, 32. ܥܡܐ ܕܢܬܒܪܐ *populus nasciturus.* Qua re *Partt. passiva* saepe Partt. Fut. pass. Romanorum respondent, e. c. Ps. 76, 8. ܕܢܬܕܚܠ *metuendus.*

4) *Partt.* persaepe ***verbi finiti*** vicibus funguntur, praecipue vero *a*) ***Praesentis***, ut Eccles. 1, 4. אֵלֵךְ וּבָא דוֹר *una generatio praeterit, altera venit;* ib. v. 7. הַנְּחָלִים הֹלְכִים שָׁמָּה *omnes fluvii sese effundunt in mare;* v. 8. 2, 14. 3, 20. 4, 5. 6, 6. Ps. 3, 2. 4, 7.; quo in nexu subiectum saepe pronomine personali efficitur, ut Exod. 2, 14. הֲלְהָרְגֵנִי אַתָּה אֹמֵר *tibine me interficere in animo est?* Ios. 1, 2. אָנֹכִי נֹתֵן *do ego;* Iud. 17, 9. c. 7, 10. Hac vero coniunctione veram Praesentis flexionem oriri, supra est demonstratum (§. 57. 2.). Deinde *b*) Part. loco Praeteriti et Imperf. non raro ponitur, ut Gen. 2 .10. וּמִשָּׁם הוּא נִפְרָד *et inde dividebatur;* c. 41, 17. אֲנִי נִצָּב *stabam;* c. 42, 23. הֵם מֵבִינִים (*ignorabant*) *Iosephum id intellexisse;* Deut. 2, 12. Hoc sensu saepissime verbum הִנֵּה cum Part. coniungi, §. 49, 1. et §. 131, 1. satis docent; ita e. g. Gen. 2, 10. Deut. 4, 3. Dan. 2, 31. Non solum vero Ind., sed etiam Coniunct. solo Participio potest indicari, ut Gen. 33, 13. וְאִם יַכְּפְתֵם יוֹם אֶחָד וָמֵתוּ כָּל הַצֹּאן *et si eos propellerem, moreretur omnis grex.* *c*) Pro ***Fut.*** quoque Part. usurpatur, ut Gen. 17, 19. אִשְׁתְּךָ יֹלֶדֶת לְךָ בֵּן *uxor tua pariet filium;* c. 19, 13. מַשְׁחִיתִים אֲנַחְנוּ *perdemus;* c. 15, 14. 20, 3.; 2 Reg. 4, 16. Praecipue vero haec significatio inest sermonibus propheticis, consilium et finem indicantibus, qui saepe a particula הִנֵּה *ecce* incipiunt, ut Gen. 6, 17. וְאָנֹכִי הִנְנִי מֵבִיא אֶת הַמַּבּוּל מָיִם *et ego, ecce adducam inundationem;* 48, 4. Exod. 9, 18. 1. Reg. 11, 31. 14, 10. 2 Reg. 7, 2. [11]).

5) Cum vero Participia, ut modo commemoravimus, nonnisi vicarii sint verbi finiti, ubi primario suo utuntur significatu, iis aliquam huius rei notam, nempe particulam בְּ pr. *dum* vel relativum ?, praemittere usu receptum est. Ergo *a*) cum בְּ, ut Io. 1, 36. אֶת יֵשׁוּעַ בְּ מִתְהַלֵּךְ *Iesum ambulantem* (pr. *dum ambulans erat*) *intuitus est*, cll. Matth. 14, 25. Io. 6, 6. 9, 3. בְּ הֻוָּלַד עִוֵּר *ut coecus nasceretur;* ib. v. 19. Matth. 3, 6. *et baptizabantur* בְּ מִתְוַדִּים חַטֹּאתָם *peccata sua confitentes;* Act. 22, 5. *ut eos adducerem* בְּ אֲסוּרִים *vinctos.* Si tali Part. nomen substantivum additur, vocum structura oritur Ablativis Romanorum absolutis simillima, ut Matth. 15, 20. בְּ לֹא נִקְּיֹת יָדַיִם *manibus non*

---

11) Ne vero Part., ubicunque particula הִנֵּה praemissa legitur, pro Fut. positum existimes; etenim inveniuntur non solum Partt. *Praesentis* vicem gerentia cum הִנֵּה, ut Exod. 34, 10. Iud. 13, 3. sed etiam *Praeteriti*, praecipue apud historiae scriptores, e. c. Exod. 2, 6. Iud. 4, 22. 1 Sam. 5, 4. 9, 14. 17, 23. Ita etiam Hebraeorum הִנֵּה cum Part. in locis modo allatis multisque aliis, ut Exod. 3, 2. Ios. 5, 13. Iud. 3, 25. 9, 31. 19, 27. Ruth. 3, 8. 1 Sam. 9, 24. 1 Reg. 19, 5., Praet describit.

lotis; Marc. 7, 2. 5. Io. 11, 44. *exiit mortuus ille* ܒܝ ܐܬܝ ܡܝܬܐ ܕܐܬܟ̈ܦ ܒܟܦ̈ܝܢ ܘܪܓ̈ܠܝܢ *manus pedesque fasciis vinctus.* Cfr. etiam §. 119. Annot. 3. Deinde *b*) per ,, ut Marc. 2, 14. ܘܚܙܐ ܠܠܘܝ .. ܝܬܒ ܒܟܘܫܐ *et vidit Levin sedentem* (pr. *qui sedens erat*); ib. 11, 2. *invenietis* ܬܫܟܚܘܢ ܥܝܪܐ ܕܐܬܝܪ *asellum alligatum*, ib. v. 4, Matth. 14, 26. 26, 64; ib. 3, 7, *et cum videret multos* ܕܐܬܝܢ *venientes*; 15, 32.

Annot. 1. Quamquam Syri Participiis frequenter adhibitis delectantur, tamen Graecos huic formae praecipue faventes in libris Syriace vertendis non ubique secuti sunt, sed, qua loquendi ratione etiam Inf. nonnunquam evitant (§. 134, 3. Annot. c.) pro Part. Graeco verbum finitum alteri verbo et modo, et tempore et persona conspirans et plerumque *ἀσυνδέτως* ponunt, ut Matth, 2, 8. ܙܠܘ ܒܥܘ ܘܫܐܠܘ *πορευθέντες ἐξετάσατε*, ib. ܐܬܐ ܘܫܓܕ ܠܗ *ἐλθὼν προσκυνήσω αὐτῷ*, ib. v. 9. ܐܬܐ ܥܕ ܕܐܬܐ ܥܡܕ *ἕως ἐλθὼν ἔστη*, v. 11. ܘܢܦܠܘ ܘܣܓܕܘ ܠܗ *καὶ πεσόντες προσεκύνησαν αὐτῷ*, aut copula interiecta, e. c. Matth. 2, 13. ܐܬܚܙܝ ܠܝܘܣܦ .. ܡܠܐܟ ܡܪܝܐ *ἄγγελος φαίνεται .. λέγων.*

Annot. 2. Pro verbo ܐܝܬ etiam ܐܝܬܝ *est* et ܠܝܬ *non est* cum suffixis plur. ponuntur praecipue eo consilio, ut rem aliquam esse aut non esse demonstretur [12]); eadem vero interdum Participiis iunguntur, ita e. c. Apoc. 4, 11. ܐܝܬܝܢ ܐܢܬ *dignus es*; Matth. 10, 26. Ephr. III, 288. B. ܠܝܬ ܕܡܫܚܪ ܡܢ ܩܒܪܐ ܠܝܬ ܕܡܫܙܒ ܡܢ ܩܒܪܐ *a morte nemo liberat et sepulcro nemo eripit*; etiam postposito ܐܝܬ, ut Io. 9, 24. ܗܢܐ ܐܝܬ ܕܗܘܐ ܥܘܪ *qui coecus fuerat.*

6) Ad continuationem actionis aut status cuiusdam designandam Syri Particc. uti solent, e. c. Gen. 8, 3. ܗܘܐ ܡܬܟ .. ܡܝ ܡܬܟ *et recedebat aqua abeundo et recedendo* pro *sensim sensimque recedebat*; ib. v. 5. ܡܝ ܐܙܠ ܗܘܐ ܡܬܟ *et aqua semper magis diminuebatur*; Iud. 4, 24. ܐܬܬܩܦ ܥܠ ܝܕܐ (*et manus Israelis*) *semper proficiebat et invalebat*; 1 Sam. 2, 26. ܘܛܒ ܗܘܐ ܥܡ ܝܗܘܐ *et puer in dies crescebat*; c. 6, 12. *una semita ingrediebantur* ܒܐܘܚܕ ܐܘܪܚܐ *et semper mugientes pergebant*; 2 Sam. 3, 1. c. 15, 30. ܣܠܩ ܘܒܟܐ ܗܘܐ ܡܣܬ *ascendebat et lacrymas semper fundens incedebat.* Verba *eundi*, inprimis vero ܐܙܠ hoc sensu usurpari, exempla monstrant. Hebraei eadem verborum structura non raro utuntur, gaudent vero iidem, qua Syri carent, ad hanc significationem efficiendam duorum Inff. absolutorum aut unius Inf. et Participii subsequentis coniunctione cum verbo finito [13]). Ubicunque ergo in V. T. Syrus interpres hanc rationem

12) Exempla vid. apud *Schaafium* in Lex. Syr. sub utraque voce.

13) *Gesenii Lehrgeb. der hebr. Spr.* p. 779.

loquendi invenit, unum Infinitivorum omisit omnino, ut Gen. 8, 7. 12, 9. 26, 13., aut utrumque negligens aliam structuram elegit; ita e. g. 1 Reg. 20, 37. Es. 19, 22. 29, 14. 31, 5. Ier. 7, 13. 11, 7. 25, 3. 26, 5. 32, 33. 44, 4. Ioel. 2, 26., quin etiam, ubi unus tantum textui originali inest Inf., hunc morem nonnunquam sequitur, ut 2 Sam. 16, 5.

§. 136.

Variorum modorum atque temporum significatio.

1) *Indicativi Praesens* signatur *a*) *Praeterito* in sententiis temporis notionem negligentibus (§. 129, 4.), interdum *b*) *Fut.* (§. 130, 2.), saepissime vero *c*) *Part.* (§. 135, 3. a.). Eiusdem modi *Imperf.* indicatur *a*) *Praet.* (§. 129, 2.), perraro *b*) *Fut.* (§. 130, 3.), saepissime vero *c*) *Part.* cum Pron. personali (§. 49, 1. 131, 1 et 135, 3. b.). *Praet.* prorsus *absolutum* nonnisi Praet. signatur; Plusquamperf. vero aut *a*) *Praet.* denotatur (§. 129, 3.), eoque plerumque cum Praet. verbi ܗܘܐ coniuncto (§. 49, 1. et 131, 1.), aut *b*) *Partic.* (§. 135, 3. b.), aut. *c*) raro *Fut.* (§. 130, 3.). *Futuri* denique indicem invenies *a*) *Fut.* ipsum (§. 130, 1.), deinde *b*) *Praet.*, sed perraro tantum (§. 129, 5.) et *c*) *Partic.* (§. 135, 3. c.). *Fut. exactum* denique *a*) *Praeteriti* (§. 129, 7.) saepius tamen *b*) *Futuri* formis (§. 130, 6.) significatur.

2) *Coniunctivi* vero tempora fere eadem ratione signantur; etenim *Praesens* persaepe *a*) *Fut.* (§. 130, 4. d.), *b*) *Particip.* cum Pronomine, quin etiam, tamen raro *c*) *Praet.* (§. 129, 8. c.); *Imperf.* vero et *Plusquamperf.* plerumque *a*) *Praet.* vulgari (§. 129, 8.); *b*) *Partic.* cum pronomine (§ 131, 2.), et *c*) interdum etiam *Fut.* eoque nudo aut cum Praet. verbi ܗܘܐ (§. 130, 5.) indicantur.

3) *Imper.* non solum vulgari eius forma, sed etiam *a*) *Fut.* (§. 130, 4. c.) eoque saepissime indicant, rarissime vero *b*) *Praeterito* (§. 129, 6.).

4) *Optativus* quidem *Futuro* (§. 130, 4.) solet significari, ut Ephr. III, 42. ܠܝܬ ܐܢܐ ܐܬܒܗܬ ܒܗ *utinam ibi non erubescerem!* tum vero etiam *a*) *interrogationibus optato votoque* notando inservientibus, ut Num. 11, 29. ܡܝ ܢܬܝܗܒ ܟܠ ܥܡܐ ܕܡܪܝܐ ܢܒܝܐ *o si universus domini populus prophetae essent!* Iud. 9, 29. ܡܝ ܢܬܝܗܒ ܗܢܐ ܥܡܐ ܒܝܕܝ ܘܐܫܠܝܚ ܠܗ *utinam daretur hic populus in manus meas!* (pr. *quis reddet hunc populum?*), 2 Sam. 15, 4. Iob. 29, 2. Ps. 4, 7. 55, 7. Barh. Chr. 327, 5. sf. *ab eo*

momento ... أَوْ أَبِيَا لَا يَدَيْهِ لَا يَحِسُّ *quod os non claudatur* ... *aut quae manus non tremat!* Adhibetur interdum simul verbum, praecipue عَبَدَ *facere*, ut Iob. 11, 5. وَلَكِنْ مَنْ يُعْطِي أَنَّ اللهَ يَتَكَلَّمُ *sed utinam Deus ad responsum impelleretur!* c. 23, 3. مَنْ يُعْطِي أَنْ أَجِدَهُ وَأَصِلَ إِلَى كُرْسِيِّهِ *utinam accedere possem!*, aut مَنْ يُعْطِي *dare*, ut Cant. 8, 1. مَنْ يُعْطِي أَنْ تَكُونَ أَخِي *o si esses frater meus!*, utrumque tamen, ut videtur, ex imitatione Hebraicae formulae מִי יִתֵּן.

b) particulis لَيْتَ et لَوْ *utinam* praecipue sequente Fut., ut Deut. 5, 29 (26.). لَيْتَ هَكَذَا كَانَ قَلْبُهُمْ *utinam talis iis esset animus!* Gen. 17, 18. لَيْتَ ... يَعِيشَ *utinam ... viveret!* Gal. 5, 12., aut sequente *Praet.*, ut 1 Cor. 4, 8. لَيْتَ مُلْكَكُمْ *utinam regnum essetis adepti*, Apoc. 3, 15. لَوْ كُنْتَ بَارِدًا *utinam frigeres!*, aut Partic., ut 2 Cor. 11, 1. لَيْتَ تَحْتَمِلُونَنِي *utinam me feratis!* Etiam particc. *hypotheticis*, ut Gen. 30, 27. لَيْتَ وَجَدْتُ نِعْمَةً فِي عَيْنَيْكَ *utinam tibi non displicerem!* Ps. 81, 14. لَوْ شَعْبِي سَمِعَ لِي *utinam populus meus mihi obtemperaret!*

c) Eundem in finem verba *optandi* sequenti *particula* ؟ adhibentur, ut Exod. 16, 3. لَيْتَ مُتْنَا ... *cupimus, ut mortui essemus;* 2 Sam. 23, 15. مَنْ يَسْقِينِي *vellem, potaret me aliquis aqua!*

Annot. Ubi verbum subst. optativo modo fuisset ponendum, non raro omittitur, ut Barh. Chr. 397, 5. تَسْبِيحٌ لِرَأْفَتِهِ *laus sit benevolentiae eius;* ib. 534, 12. تَسْبِيحٌ لِاسْمِهِ *laus sit eius nomini.*

§. 137.

Verbi cum nomine, subiecti vicibus fungente, coniunctio.

Quamquam et numero et genere verbum cum subiecto conveniat necesse est, tamen non desunt exempla ab hac regula recedentia [13]). Etenim invenitur

I) *Subiecti et praedicati diversitas in numero obvia.*

1) Non solum *singularia*, sive masc. sive fem. generis, *vere collectiva*, sed etiam nomina *collective posita*, haec tamen apud Syros multo rarius atque apud Hebraeos, propter suam significationem cum Plur. verbi coniunguntur

12) Laudabili diligentia permulta huius generis collegit *Agrellius* in comment. *de varietate generis et numeri in LL. OO.* (Lund. 1815. 4.); cfr. praecipue §. XVI—XX.).

ut ܒܕܠܐ *exercitus*, e. c. Barh. chr. 109, 18. ܒܕܠܐ ܐܬܥܪܒ . . ܒܟܗ *alter exercitus ingressus est*, ib. 121, 2. 3. Assem. Bibl. Or. I, 372. 13. *exercitui* ܠܗܘܢ ܐܢܘܢ ? *ut eos* (pueros) *educaret;* ܟܠ *universitas*, e. c. Act. 26, 13. ܥܡ ܟܠ ܟܠ ?ܒܟܘܬ ܡܢ *et super omnes, qui mecum erant;* Assem. Bibl. Or. I, 357. 6. ܘܠܟܠ ?ܕܐܬܝܢ *et omnibus, qui consentiebant*; ib. 358, 3. 4. ?ܠܟܠ ܕܐܬܘ *omnibus qui secuti sunt*, et plura cum voce ܟܠ composita, ut ܟܠܡܢ, e. c. Barh. 514, 9. ?ܠܟܠ ܚܕ . . ܟܠܡܢ *unicuique* (mandavit), *ut habitaret*; Ass. B. O. I, 39. 3—5; deinde ܟܠܗܝ, e. c. Ass. l. l. 357, 7. ?ܟܠ ܗܘ ܟܠ *omnes venientes*, ib. l. 19. et ܟܠܗܝ, ut Barh. chr. 277, 6. ?ܟܠ ܗܘ ܕܟܠܗܝ *ut unusquisque admiraretur;* ita etiam ܟܢܘܫܬܐ *coetus, turba* Marc. 2, 13. Act. 14, 10 (11.). c. 15, 12. et synonymum ܟܢܘܫܬܐ, ut Barh. chr. 550, 1. 2. ?ܘܐܬܦܙܪ ܟܢܘܫܬܗ *et dissipata est turba eorum;* non minus ܣܓܝܐ *multitudo*, e. c. Barh. chr. 168, 4. ?ܐܬܟܢܫ ܣܓܝܐ *congregata est multitudo*, ib. 422, 10. 534, 13. Ass. I, 386. 16. ib. III. P. 1. 389, 6. B.; praecipue ܥܡܐ *populus*, ut Barh. chr. 183, 18. 217, 17. 327, 2. 489, 8. 495, 18. 500, 11. 502, 16. 538, 10. et denique ܫܪܝܐ *reliquum*, ut Barh. chr. 55, 10. 76, 1. 83, 11. 342, 19. Ass. I, 411. 10. B. not. Huc referas etiam aliquot nomina loci et propria et appellativa pro *incolis* posita, ut ܒܝܬܐ *domus, familia* in Barh. chr. 435, 4. ܒܝܬܐ ܕܡܢ ܒܝܬ ܐܢܫ ܥܬܝܩ ܗܘܐ ܘܟܕ ܫܠܛ ܡܠܟ *quae familia antiqua erat et iam dudum regnaverat;* deinde Ass. l. l. lin. 4—6 ܕܝܪܐ . . ܒܗ ܕܚܙܐ *monasterium . . cum videret*; alia loca §. 108, 4. Annot. allata sunt [13]). *Nomen unitatis* collective positum habes e. c. Ier. 28, 4. ?ܐܠܟ ܐܢܫ ܒܝܬ ܐܝܕܐ *captivi Iudae venientes*, ubi simul propter *constructionem ad sensum* genus masc. adhibetur; alia huius generis vide infra. Vide etiam §. 118, 1. Annot. 3. et §. 124, 5. Annot. 2.

Annot. 1. Collectiva autem nomina non minus saepe Sing. verbi utuntur; ita ܒܕܠܐ Barh. chr. 138, 12. 551, 13. Ass. l. l. II, 113. 26—27; ܥܡ Ass. l. l. I. 49, 13. ib. 349, 32. ib. 350, 17. Barh. chr. 288, 12. 538, 13. 558, 2; simili ratione etiam multa cum ܥܡ compo-

---

13) His collectivis non adnumeraverim, quod *I. D. Michaelis* (Gr. Syr. p. 276.) patrem suum secutus (Syriasm. p. 158.) fecit, nomina Pluralem nonnisi punctis Ribui ab Sing. differentia, ut ܐܢܫ, aliaque; haec enim, ubi Plur. coniuncta leguntur, more nominum Pluralium structa esse opineris. Neque consuetudinem, vocem ܥܢܐ *ovis*, etiam ubi Pluralis signo instructa est ac significatione Plur. numeri (grex ovium) utitur, cum Verbo in Sing., ut Io. 10, 3. ss., coniungendi, quia omnino singularis est, huic sententiae obstare, facile est visu.

sita e. c. ܐܢܫ ܠܐ sive ܟܠܢܫ ut Ass. l. l. I. 411, 11. B. not.; Barh. chr. 147, 7. 190, 14. 263, 13. 373, 1. 387, 8. 9., ܟܠܡܢ *unusquisque* Barh. chr. 138, 1. 262, 5—6. 309, 14. 332, 10. et ܟܠ ܡܢ Ass. l. l. I. 357, 14. Barh. chr. 314, 2. 538, 2; deinde ܒܢܝ Gen. 35, 11. Act. 14, 4. 16, 22. 21, 31; ܟܢܝܐ Num. 21, 7. Act. 5, 26. Barh. chr. 164, 9—10. 301, 9—10. In *femininis* eadem non minus saepe deprehenditur consuetudo, ut ܐܢܫܬܐ *humanitas*, quae vox creberrime pro *populo*, *hominibus*, *incolis*, *asseclis*, *cognatis* ponitur, Ass. B. O. I. 47, 14. Barh. chr. 474, 20. 490, 19; ܡܕܝܢܬܐ *urbs* pro *incolis* Act. 13, 44. 21, 30. Barh. chr. 347, 20; ܥܕܬܐ *ecclesia* 1 Cor. 14, 23. Ita etiam alia nomina *collective* posita, ut Ass. B. O. II. 262, 2. ܫܪܝܢ ܠܐ ܡܫܬܟܚܘ *reliquiae non inveniebantur*, ib. lin. 12—13. [14]); ib. I. 406, 12. ܣܓܝ ܗܘ ܐܬܪ *plurimae visae sunt locustae*, ib. 407, 3; Barh. 115, 10—11. ܘܐܒܕܘ ܒܥܝܪܐ ܘܥܘܦܐ ܘܒܗܡܬܐ *et perierunt iumenta, bestiae et aves*; Ass. l. l. I. 490, 31. A. ib. 491, 37. A. ܣܓܝ ܗܘ ܥܡܐ *ascendit turba captivorum*; Barh. chr. 157, 18.

Annot. 2. Non raro utraque collectivorum structura et cum Sing. et cum Plur. verbi eodem vocum nexu simul usurpatur, ut ܥܕܬܐ *grex* Matth. 8, 32. et Luc. 8, 33., ubi praeter Sing. fem. etiam Plur. idemque *masc.* legitur, quamquam ܥܕܬܐ fem. sit (§. 83. Annot. 1.); dein ܓܝܫܐ *exercitus* praecipue in Barh. chr., ut p. 183, 1—3. 212, 1. 224, 17. 238, 13. 256, 2. 474, 4. 5.; Ass. B. O. II. 113. 26. ss. B; ܟܠ *universitas* Barh. chr. 196, 5. 6. [15]); voces cum ܟܠ coniunctae e. c. ܟܠ ܡܢ Barh. chr. 101, 14. et ܟܠ ܐܢܫ ib. 388, 3—4; ܥܡܐ *populus* Act. 21, 36. Barh. chr. 86, 18. 224, 17—18. 371, 8. 408, 8—9. 452, 3. [16]); ita denique Barh. chr. 279, 19—20. legimus ܐܬܐ ܥܠܝܗܘܢ ܛܘܦܢܐ ܘܐܒܕ ܠܟܠܗܘܢ *et venit super eos inundatio et suffocavit omnes* [17]). Talem a Sing. ad Plur. (ܥܕܬܐ ܕܝܢ aut ܥܡܐ ܕܝܢ vid. §. 108, 3. 112, 1. et 123, 4.), et Sing. verbi, ut Barh. chr. 71, 6. 312, 5. 404, 14. 532, 17. et Plur. eius admittit, ut Barh. chr. 194, 18. 227, 8. 312, 7. 327, 2. 374, 15. 405, 14.

14) Cfr. lin. 26, ubi Plur. ܫܪܝܢ eodem sensu legitur.

15) *Agrellus* quidem (Comment. de variet. gen. et num. p. 117. not. u) hoc in loco mendosam esse scriptionem suspicatur, nitens Kirschii auctoritate, qui in Annotationibus ad versionem latinam chronici Barhebraei p. 213, 4. text. Syriaci (Not. 221. p. XXXII.) librariorum oscitantia non raro Waw Plur. falso additum esse ait. Sed cum in aliis vocibus similis reperiatur scribendi ratio, hic mihi locus nihil offensionis habere videtur.

16) Hoc vocabulum, ubi cum ܟܠ coniungitur

17) Nescio, an suspicioni *Agrelli* (l. l. p. 119. not. w.), mendosam forte esse lectionem pro ܣܢܝ, assensus sit praebendus; alibi quidem haec vox cum Sing. construitur, ut apud eundem Barh. p. 153, 14. 228, 15. 339, 11.

transitum invenis etiam Es. 49, 15. ܐ̣ܝ ܬ̣ܟ̣ܝ ܝ̣ܥ̣ܕ̣ܢ̣ .. ܗ̣ܠ ܢ̣ܫ̣ܬ̣ܟ̣ܚ ܐ̣ܡ̣ܗ̣ *num mulier obliviscitur infantis sui? .. etiamsi istae oblivisceruntur;* Ps. 14, 1. ܐ̣ܫ̣ܚ̣ܬ̣ܘ .. ܐ̣ܡ̣ܪ̣ ܢ̣ܒ̣ܠ *dicit iniquus .. corrupti sunt.*

2) Syrorum *pluralia tantum*, quorum notio est *singularis*, vel formae ratione habita cum Plur., id quod creberrime fit, vel propter *sensum* cum Sing., quod tamen rarius evenit, construi solent. Utriusque structurae exempla praebent ܐ̣ܦ̣ܐ *facies a)* cum Plur. Ass. B. O. I. 369, 32. ib. 370, 1. ܒ̣ܓ̣ܘ̣ܢ̣ ܐ̣ܦ̣ܐ ܓ̣ܠ̣ܝ̣ *vultu meo denudato;* ib. II. 266, 18. ܐ̣ܦ̣ܐ ܫ̣ܒ̣ܝ̣ܪ̣ *facies hilaris;* 2 Cor. 3, 18. Barh. chr. 201, 1. *b)* cum Sing. eoque masc. [18]), ut Marc. 15, 38. ܘ̣ܦ̣ܪ̣ܟ̣ܬ̣ܐ ܐ̣ܫ̣ܬ̣ܥ̣ܐ ܗ̣ܘ̣ *et velum ruptum est* [19]) et Num. 4, 5. Deinde ܚ̣ܝ̣ܐ *vita a)* cum Plur. m. Matth. 19, 16. ܐ̣ܢ̣ ܐ̣ܝ̣ܟ̣ ܚ̣ܝ̣ܐ ? *ut mihi sit vita,* Io. 3, 15. 16. 4, 22. 5, 40. Barh. chr. 219, 12. 332, 9. 7, 2. 4. 18. 19. et 8, 1. 6. 8. 10. ܟ̣ܠ̣ ܚ̣ܝ̣ܐ ܕ̣ܝ̣ܢ̣ *totius vitae*, ib. 594, 12. ܗ̣ܢ̣ ܚ̣ܝ̣ܐ *haec vita*, aut *b)* cum Sing. m. Io. 1, 4. ܒ̣ܗ̣ ܗ̣ܘ̣ ܚ̣ܝ̣ܐ *in eo vita erat* et ib. 5, 26; in quibus locis tamen mox ad Plur. revertitur interpres. Porro ܡ̣ܝ̣ *aqua a)* cum Plur. m. Io. 2, 9. ܡ̣ܝ̣ܐ ܗ̣ܘ̣ ? ܡ̣ܝ̣ ܕ̣ܒ̣ ܡ̣ܝ̣ *aqua in vinum conversa*, c. 5, 7. Barh. chr. 194, 3. 367, 14—15. Gen. 9, 15. aut *b)* cum Sing. m., ut Num. 33, 14. ܠ̣ܝ̣ܬ̣ ܡ̣ܝ̣ ܗ̣ܘ̣ ܒ̣ܗ̣ *neque ibi erat aqua;* et denique ܫ̣ܡ̣ܝ̣ *coelum a)* cum Plur. m., ut *Knoes.* chr. Syr. 93, 6. ܫ̣ܡ̣ܝ̣ ܗ̣ܘ̣ *erit coelum;* in N. T. Syriaco haec structura valet non modo ubi textus originalis Plur. utitur, ut Marc. 1, 10. ܫ̣ܡ̣ܝ̣ ܐ̣ܬ̣ܦ̣ܬ̣ܚ̣ *scissi sunt coeli*, Act. 7, 56.

---

18) De *genere* huius vocis sententias sibi contrarias a viris doctis invenimus prolatas: *Schaafius* enim (Lex. Syr. concordant. p. 33.) ei *masc.*, I. D. Michaelis vero (Gramm. Syr. p. 159.), cuius *Agrellus* (Comment. de varietat. generis et numeri p. 62.) favere videtur opinioni, *significationem* respiciens *femin.* ei tribuit genus. Nobis haec posterior opinio sola videtur recta non modo propter *duplex* faciei latus, quae Michaelis est sententia, ita ut §. 83, 1. pro norma hic adhibenda sumeretur, sed praecipue ob vulgarem usum, eumque omnino sibi constantem, quo haec vox Plur. adiectivi, pronominis aut verbi, sicubi cum eo coniungitur, semper femin. generis recipit. Cum enim haec structura grammaticae magis sit consentanea, quam coniunctio cum Sing., in genere nominis definiendo inprimis, ne dicam sola respicienda videtur. ܐ̣ܦ̣ܐ vero cum Sing. coniunctum exhibet *constructionem ad sensum*, quam a communibus de genere regulis non raro discedentem reperimus (vid. n. II et III.).

19) In locis parallelis Matth. 27, 51. et Luc. 23, 45. Biblia Polygl. hoc verbum *Ribui* notant, quasi esset forma Plur. Veritatem huius lectionis *I. D. Michaelis* (l. l. p. 273.), nescio an iure, in dubium vocavit; nam quod Lucas ܒ̣ܡ̣ܨ̣ܥ̣ܬ̣ܗ̣ ܕ̣ܡ̣ܣ̣ܟ̣ *per medium suum* addiderit, huic punctationi non repugnare sed potius transitum a Plur. ad Sing. facere opinor.

2 Petr. 3, 10. 12. sed etiam ubi Sing. exhibet, ut Luc. 4, 25. ܫܡܝܐ ܐܬܟܪ *cum coelum esset clausum;* Io. 1, 52. Act. 10, 11. Iac. 5, 18. Apoc. 6, 14. 21, 1. *b*) cum Sing. et m. et fem., Syris hanc vocem ܫܡܝܐ utrique generi tribuentibus (§. 83, 3.); N. T. Syriacum hac structura non modo utitur, ubi Graeco textui Sing. inest, ut Luc. 3, 21. Hebr. 9, 24. Apoc. 19, 11. 21, 1., aut cum fem., ut Matth. 16, 2. 3. ܫܡܝܐ ܣܡܩ *rubet coelum*, sed etiam ubi Plur. graecus legitur, e. c. Matth. 3, 16., aut cum fem., e. c. 2 Petr. 3, 5. ܫܡܝܐ ܗܘܬ ܠܥܠܡ *coelum erat.* Sing. fem. adhibitum legimus etiam Barh. chr. 228, 10. ܫܡܝܐ ܐܬܪܟܝܬ ܗܝ *coelum ea* (stella) *discissum est* et *Knoes.* chr. Syr. 92, 14. ܫܡܝܐ ܢܗܘܐ *erit coelum* [20]). Conf. etiam §. 118, 3. Annot. 1. et §. 124, 5. Annot. 1.

Annot. 1. Quando Hebraicae dicendi rationi, quae *Plur. maiestat.* vocatur, Syri in nomine et pronomine indulgeant, iam significatum est (§. 111, 3. et 124. Annot. 3.). Neque in verbo multa huius rei vestigia deprehenduntur. Etenim nonnisi consuetudo principum et Dei hoc loco commemoretur necesse est, de se ipsis 1 Plur. personam usurpandi, e. c. Gen. 1, 26. *Deus ait* ܢܥܒܕ ܐܢܫܐ *faciamus homines!* ib. 11, 7. ܗܒ ܢܬܠ ܘܢܦܠܓ *agite! descendamus et dividamus!* Esdr. 7, 24. ܠܟܘܢ ܡܗܘܕܥܝܢ *notum facimus vobis*, 1 Macc. 10, 19. ܫܡܥܢ . . ܘ ܢܦܫ ܐܝܬ ܠܢ ܘܡܗܝܢ . . *audivimus . . teque nobis idoneum esse;* ib. v. 20. ܗܫܐ ܐܩܝܡ ܠܟ *ergo te constituimus*; c. 11, 31—35. 15, 9. Conf. etiam litteras ab Homeritarum principe ad Monderum regem datas in Ass. B. O. I. 365—372. ab *I. D. Michaele* in chr. Syr. p. 24—31. repetitas, in quibus Sing. et Plur. simul adhibentur [21]).

Annot. 2. Ubi Plurali nominis *distributiva* significatio tribuenda erat (sc. *unus ex iis* aut *quisque eorum*), id Sing. verbi numero solo indicare non solent Syri, sed distributivae orationi vocem quandam eius rei indicem iniiciunt, ut Barh. 101, 14—15. ܒܟܠ ܚܕ ܡܢܗܘܢ ܐܝܟ ܕܫܐܠ ܗܘ ܒܥܢܝܢ ܠܗ *postquam responderant eorum unusquisque, prout mens ipsius assecuta erat;* ib. 434, 12. ܐܠܐ ܟܠ ܚܕ ܡܢܗܘܢ *horum vero quisque in regionem suam abiit;* Gen. 10, 5. ܡܢ ܐܠܝܢ ܐܬܦܪܫܘ . . ܥܡܡܐ ܠܫܢܬܗ ܠܐܪܟܝ ܠܐܡܗܬܗ *ex iis distributi sunt . . populi . quisque secundum linguam suam, iuxta familias suas;* 40, 5. ܚܠܡ ܚܠܡ ܠܚܕ ܘܠܚܕ ܡܢ ܐܠܝܢ *et somniarunt somnium ambo, uterque somnium suum;*

---

20) ܫܡܥܢ *pretium*, quod huic nominum classi recte adnumeravit *Schaafius* (Lexic. Syr. concord. p. 117.), cum Plur. quidem, e. c. Barh. chr. 273, 16. 17., neque vero cum Sing. constructum invenimus.

21) In Barh. chr. editione Lipsiensi 533, 13. legimus ܡܠܟ ܡܠܟܐ ܐܡܪ ܒܕܒܪ ܗܕܐ *inde contendit rex regum*, ubi Plur., nisi lectio mendosa est, simili modo explicandus videtur.

Ion. 1, 5. صَرَخُوا كُلُّ وَاحِدٍ *et clamabant quisque ad Deum suum;* Iud. 9, 55; 1 Reg. 22, 36 [22]).

3) Verbum Sing. cum nominis Plur. etiam ibi coniungitur,

a) ubi verbum *praecedit* et quasi *impersonaliter* ponitur, praecipue لَيْسَ et لَا, ut 1 Sam. 1, 2. لَمْ يَكُنْ لَهَا بَنُونَ *ei filii non erant;* Matth. 19, 22. (Philox.) كَانَتْ لَهُ أَمْوَالٌ كَثِيرَةٌ *ei enim multa erant bona,* ib. 21, 28. (Pesch.) كَانَ لِإِنْسَانٍ وَاحِدٍ ابْنَانِ *homini cuidam erant filii duo;* Io. 5, 2. Iob. 39, 15. Barh. chr. 387, 9 — 10. كَانَتْ أَيَّامُ الصَّوْمِ *erant dies ieiunii;* ib. 492, 6. كَانَ لِهَؤُلَاءِ بَنُونَ *erant autem eidem filii* Alia exempla ex Vet. et N. T. versione sunt Ezech. 41, 25. صُوِّرَ . . كَرُوبِيمَ *facti erant Cherubim;* Matth. 3, 16. انْفَتَحَتْ لَهُ السَّمَاءُ *coeli ei aperti sunt;* Luc. 2, 13. ظَهَرَ مَعَهُ جُنْدٌ كَثِيرٌ مِنَ السَّمَاءِ *apparuerunt exercitus multi;* Hebr. 7, 13. قِيلَتْ هَذِهِ *haec dicta sunt* [23]). Eandem numeri diversitatem multa alia loca exhibere videntur, et quidem *α*) *masc.* gen., ut Kirsch. chr. 4, 5. لَمَّا دَخَلَ اللُّصُوصُ *cum ingrederentur fures,* praecipue in *Barh.* chronico, ut p. 116, 18. خَرَجَ . . سِكَارِيُّهُ *exierunt . . sicarii eius;* ib. 124, 11. وَعَمِلَ الْعَرَبُ *et fecerunt Arabes;* 126, 9. وَمِنْهُ قُتِلَ نَحْوُ اثْنَيْ عَشَرَ أَلْفًا *et ab eo* 12000 *occisi sunt;* 133, 12. مَاتَ مِنْهُ أَرْبَعَةُ آلَافٍ *mortui sunt* 4000, coll. 135, 7; 166, 16. أُعْطِيَ لَهُ أَلْفَيْنِ *data sunt ei* 2000; 177, 14. وَدَخَلَ عَلَيْهَا اللُّصُوصُ *et irruerunt rursus praedatores;* 339, 9. قَالَ لَهُ الْعُظَمَاءُ *dixerunt ei magnates;* 357, 18. يُعْطَى . . خَمْسُونَ أَلْفَ دِينَارٍ *darentur . . 50000 denarii;* ib. l. 19. 359, 13. 450, 11. أَخَذَ الْإِبَارُ *ceperunt Iberi;* 559, 6. هَلَكَ الْخَيْلُ *perierunt equi,* 600, 8. بَقِيَ الرِّجَالُ *manserunt homines.* Sed haec omnia cum a defectiva 3. Plur. m. scribendi ratione (§. 53. Annot. 4.) eodem iure repeti possint, sola nonnullam relinquunt dubitationem [24]). Certiora putaverim Ass. B. O. I. 39, 7 — 8. وَصَارَتْ مَدِينَةٌ عَامِرَةٌ ... وَأَتَتْ *et pervenerunt famae frequentes;* et *β*) exempla *fem.* generis, aliam explicandi rationem non admittentia, ut Barh. 144, 6. 7. (si modo lectio sana est) وَدَخَلَتْ عَلَيْهِ الْهَارِبَاتُ *irruerunt fugitivi.*]

---

22) *Synecdochice* pro parte Pluralia nominis, sed perraro, adhibentur, ut Gen. 19, 29. *cum everteret urbes,* فِي الَّتِي سَكَنَ فِيهَا لُوطٌ *in quarum una* (pr. *in quibus*) *Loth habitabat.*

23) Biblia vero Polygl. in hoc exemplo verbi formam *Ribui* instructam exhibent.

24) Ita etiam *I. D. Michaelis* (Gramm. Syr. p. 229.) et *Agrellus* (l. l. p. 12 — 13.) hac de re statuerunt.

Perraro idem fit *b*) Verbo sequente, ut Io. 5, 2. (Philox.) ܒܝܬܐ ܐܫܬܐ ܕܚܡܫ ܐܝܟ̈ܣ̈ *cui quinque porticus erant*; Barh. chr. 361, 6. *de* 1000000 *denariis* ܕܢܬܝܗܒ̈ ܠܗܘܢ *ut iis darentur*; ibi. 581, 8. ܝܘܡ̈ܐ ܗܘ̈ *dies erant* (*festi*). Videntur quidem etiam alia huc pertinere exempla in Barh. chron. obvia, ut p. 16, 8. ܩ̈ܕ̈ܡ̈ܝܐ ܐܝ̈ܬ̈ *seniores rexerunt*, cll. 18, 9. ubi ܐ̈ܬ̈ legitur; 57, 13. ܐ̈ܬ̈ . . ܦ̈ܝ̈ܠ̈ܣ̈ܘ̈ܦ̈ܐ *philosophi . . fecerunt*; 95, 4. (*Romani*) ܫ̈ܕ̈ *miserunt*, cll. 99, 3; 98, 6. (*Romani*) ܗ̈ܪ̈ *fugerunt*; 112, 10. ܣ̈ܓ̈ܝ̈ܐ ܐ̈ܬ̈ܩ̈ܛ̈ *multi occisi sunt*; 125, 14—15. ܥ̈ܪ̈ܒ̈ܝ̈ . . ܡ̈ܠ̈ܟ̈ ܐ̈ܩ̈ܝ̈ܡ̈ *Arabes . . regem constituerunt*; 130, 10. ܘ̈ܐ̈ܫ̈ܟ̈ *et invenerunt* (*Romani*); 140, 2. ܕ̈ܥ̈ܒ̈ *quae fecerant* (*medici*); 190, 9. ܕ̈ܚ̈ ܕ̈ܠ̈ *quum timerent* (*incolae*); 193, 6. ܘ̈ܐ̈ܚ̈ *et ceperunt* (Romani); 298, 17. ܘ̈ܦ̈ܪ̈ܢ̈ܩ̈ܝ̈ ܐ̈ܬ̈ܬ̈ *et Franci occupati sunt*; 337, 5. et 375, 2. ܘ̈ܐ̈ܡ̈ܪ̈ ܠ̈ܗ̈ *et dicant iis*; 490, 16. ܐ̈ܝ̈ܬ̈ ܐ̈ܡ̈ܪ̈ *nonnulli dicunt*; 513, 3. ܩ̈ܝ̈ *manserunt* (filii Chani); 532, 19. ܛ̈ܛ̈ܪ̈ ܐ̈ . . ܚ̈ܪ̈ܒ̈ *Tatari . . devastarunt*; 563, 14. ܡ̈ܢ̈ ܕ̈ܠ̈ ܫ̈ܪ̈ *ut* (*pauci*) *ex iis evaderent*; 593, 12. ܐ̈ܬ̈ . . ܗ̈ *ii . . reversi sunt*, sed propter defectivae scriptionis usum in 3 pers. Plur. (§. 53. Annot. 4.) non satis certa sunt.

Hanc vero praedicati diversitatem saepius cum *Plur. humano*, quem dicunt, ad personas referendo, quam cum *Plur. inhumano*, qui animalia et res designat, in usu esse, exempla modo allata docent.

4) Cum Syri ignorent Dual. numerum in verbis pariter atque in adiectivis et pronominibus, quatuor voces hunc numerum admittentes cum Plur. praedicati coniungunt, et quidem verbo sequente, ut Matth. 24, 40. ܫ̈ܬ̈ ܬ̈ܪ̈ *duo erunt*, et v. 41. ܬ̈ܪ̈ ܫ̈ܬ̈ *duae erunt*, cll. Luc. 17, 35—36; aut verbo praecedente, ut Matth 19, 5. ܫ̈ܬ̈ ܬ̈ܪ̈ *erunt ambo*; Barh. chr. 472, 16. ܬ̈ܪ̈ ܐ̈ܬ̈ *fuerunt ambae*. Nonnunquam etiam Sing. praedicati cum Duali nominis coniunctus invenitur, ita praecipue ܡ̈ܨ̈ܪ̈ *Aegyptus* propter suam significationem, ut Barh. chr. 35, 7. ܡ̈ܨ̈ܪ̈ ܐ̈ܡ̈ *rebellavit Aegyptus*; ib. 396, 12. 433, 20. 470, 6. [25]). Aliud exemplum praebet ܬ̈ܪ̈ in Barh. chr. 121, 11. ܐ̈ ܬ̈ܪ̈ ܐ̈ܡ̈ ܫ̈ *duo exercitus profecti sunt*.

Annot. Inveniuntur haud pauca loca, in quibus duplex deprehenditur structura simul adhibita, et vulgaribus grammaticae regulis adstricta et altera significatui magis

25) Barh. 537, 1. etiam suffixum 3 pers. Sing. fem. ad ܡ̈ܨ̈ܪ̈ pertinet.

favens, ut Barh. 588, 7. ܐܪܒܝܐ ܟܠܗܘܢ ܕܒܝܬܗܢ ܐܙܠܘ *Arbelenses vero omnes ascenderunt*, ubi ܒܝܬ pro *incolis* usurpatur (§. 108, 4. Annot.), Ass. B. O. I. 411, 4. ss. B. not. ܗܘ ܗܢܐ ܕܒܪ ܡܢܝܢ . . ܕܚܙܐ ܐܝܬ ܒܗ . . ܥܒܕ ܫܘܚܠܦܐ ܪܒܐ ܘܫܡܝܥܐ *hoc ergo magnum ac celebre coenobium . . cum videret eum* (sc. *haereticum esse*), *facto schismate descivit*, ubi ܒܝܬܐ *coenobium* et *coenobitas* simul significat; Ezech. 41, 25. ܟܪܘܒܝܐ . . ܕܥܒܕ ܒܟܬܠܐ . . ܟܕܡܐ ܕܥܒܕ ܒܟܬܠܐ *et facti erant super iis . . . Cherubim . . quemadmodum facti erant in parietibus.*

II. Subiecti et praedicati diversitas in genere obvia.

1) Nomina *fem.* generis et Sing. et Plur. nonnunquam verbo *masc.* generis utuntur, eoque praecedente aut sequente; scilicet *a*) ea, quae alius, quam quod terminatio indicat, generis sunt, ut Barh. chr. 454, 18. ܕܝܪܐ ܩܕܝܫܐ *monasterium sanctum* pro ܩܕܝܫܬܐ [25]) et Plur. nonnullorum nominum fem., quae in hoc numero terminationem masculinorum recipiunt (§. 91. Annot. 2.); exempla vide §. 110, 1. Idem admittunt *b*) aliquot nomina propter tropicam, quam interdum induunt significationem; exempla exhibuimus §. 110. 2; quin etiam *c*) nonnulla alia non solum terminatione, sed etiam usu tritissimo feminina, ut Barh. 612, 14. ܐܬܝܗܒ ܠܗ ܥܕܢܐ *data est occasio;* ib. 606, 19—20. ܗܘܬ ܠܗ ܕܚܠܬܐ *erat ei timor;* ib. 42, 17, ܒܬܘܠܬܐ ܩܕܝܫܬܐ *in historia sacra.* Nescio vero, an verum viderit *Agrellus* [26]) hanc anomaliam ad *neutralem* vocum usum referens [27]).

2) Nomina *masc.* generis interdum cum verbo *femin.* coniunguntur; nempe *a*) ea, quae alius generis sunt, quam quod terminatio significat; exempla vid. §. 110, 1. Idem faciunt *b*) nonnulla nomina impropriae signi-

---

25) Vulgo hanc vocem *fem.* esse generis, *Agrellus* (Comment. de variet. gen. p. 87.) probat.

26) Comment. de variet. gen. cet. p. 89. cll. p. 51. ss.

27) Scriptoris aut librariorum incuriae tribuerim Ass. B. O. I. 370, 7—8. (vid. p. 308.); ex eodem fonte oborta sunt sine dubio aliquot Barhebraei loca ex Lipsiensi chronici editione, in quibus *adiectivorum* masc. genus perperam pro fem. legitur, nempe p. 327, 15. ܣܓܝܐ ܡܢ ܐܡܗܬܐ ܕܒܬܘܠ *multae matrum collegerunt* et 596, 18. ܣܓܝܐ ܕܢܫܐ ܡܢ ܒܥܠ . . ܕܒܪܚܘ ܬܡܢ *multae castae mulierum . . effugerunt*, ubi ܣܓܝܐ *expectaveris;* 350, 14. ܟܠܚܕ ܡܢܗܝܢ *unaquaeque earum* pro ܟܠܚܕ.

ficationis, ut ܒܝܬܐ *tentorium* pro *familia*, e. c. Barh. chr. 194, 6. ܐܝܟܢܐ ... ܒܝܬܗ ܕܡܪܝ *familiae ... Islamo assensum praebuerunt transeuntes;* ܢܦܫܐ *animae* pro *hominibus*, ut Barh. chr. 159, 10. ܡܝܬ ܒܗܕܐ ܐܢܫ ܢܦܫܐ *mortui sunt circiter* 200 *homines*, coll. 236, 8. 548, 20. et 566, 19; ib. 190, 15. ܫܓܝ ܟܕܡܐ ܢܦܫܐ 10000 *homines perierunt;* adde 240, 10. 579, 9—12. 585, 14—15. 588, 9. 613, 18. [28]); dein ܓܝܫܐ *exercitus* et ܫܘܠܛܢܐ *militia*, e. c. Barh. 581, 12. ܐܬܟܢܫ ܓܝܫܐ ܗܠܝܢ *congregati sunt hi exercitus*, ib. 607, 20. ܓܝܫܐ ܕܐܬܟܢܫܘ *exercitus congregati*, adde ib. 603, 15; denique ܪܒܘܬܐ *myriades*, ut Barh. 55, 9—10. ܘܐܬܩܛܠ ܒܩܪܒܐ ܠܓܒܪܐ ܡܢܗܘܢ ܪܒܘܬܐ ܫܬ ܘܐܫܬܒܝ ܡܢܗܘܢ ܪܒܘܬܐ ܐܚܕ *6 myriades virorum occisae sunt in bello*, 110 *myriades fame perierunt et* 10 *myriades in captivitatem venditae;* adde ib. 53, 13. 73, 19. 334, 6. 395, 19. 588, 6. vid. etiam §. 110, 2. et *c*) pauca denique, quae nulli certae regulae adstringi possunt, e. c. Barh. chr. 527, 16. ܒܡܛܝ ܗܘܬ ܥܪܒܐ *cum fieret vespera;* ib. 152, 14. ܗܘܬ ܒܝܢ ܥܪܒܐ ܩܪܝܐ *fuit inter Arabes dissidium.*

3) Non solum Substantiva gen. *communis* nonnunquam in eadem sententia cum verbi masc. et fem. simul coniunguntur, ut Lev. 2, 1. ܢܦܫ ܟܝ ܢܩܪܒ ܩܘܪܒܢܗ ... ܢܗܘܐ ܕܝܢ ܩܘܪܒܢܗ *si quis sacrificatur .. eius sacrificium sit sincerum;* c. 5, 1; Marc. 5, 13. ܘܝܨܐ ܪܘܚܐ ܗܢܝܢ ܕܛܢܝܐ ܘܥܠ *exierunt spiritus hi impuri et introiverunt*, sed etiam alia, quorum genus certum est, ut Zach. 12, 14. ܣܦܕ ܡܫܦܚܬܐ ... ܘܢܫܝܗܝܢ ܒܠܚܘܕ *plangent familiae .. et mulieres earum seorsim;* Barh. chr. 260, 11. ܥܣܪ ܡܪܓܢܝܬܐ ܕܐܬܬܝܒܘ ܒܫܩܠ ܐܪܒܥ ܡܐܐ ܕܙܘܙܐ *10 margaritae, quae 10 siclos pependerunt, 400 denariis venditae sunt;* Ass. B. O. I. 363, 6. ܕܟܠ ܐܬܪܐ ܕܐܬܬܒܪ ܒܗ ܥܒܕ ܟܢܝܫܬܐ ܘܒܬܝ ܟܢܘܫܝܐ ܢܗܘܘ ܒܒܓܕܕ *ut omnes regiones fierent christianae et in iis templa exstruerentur;* Barh. chr. 256, 13. ܟܕ ܫܡܥ ܗܠ ܡܠܬܐ ܣܟܠܬܐ ܢܦܩܘ ܢܫܐ ܒܓܕܕܝܐ *cum audivissent hanc stultam rem, mulieres Bagdadenses exierunt;* ib. 268, 10. ܢܦܠܘ ܘܐܬܚܢܩܘ *ceciderunt (ambae) et suffocatae sunt;* Matth. 8, 32. ... ܘܐܙܠ ܟܠ ܥܕܪܐ ܒܐܪܥܐ *grex ille se direxit, et decidit.*

---

28) Alibi vero proprium retinetur genus, saepe in eodem enuntiato; vid. Barh. chr. 260, 14. 269, 5. 329, 14. 341, 10—11. 348, 15—16. 500, 1—2. 547, 5. 577, 19.

III. Subiecti et verbi diversitas in genere et numero.

1) *Collectiva gen. fem.* saepe cum verbi Plur. masc. coniunguntur, ita ut forma neglecta ad *sensum* solum respiciatur; ut ܐܢܫܘܬܐ *humanitas* pro *populo, hominibus, familia, cognatis, asseclis* e. c. Barh. chr. 148, 16. ܠܘܬ ܟܠܗܘܢ ܐܢܫܘܬܗܘܢ ܕܝܠܗܘܢ ܠܐ ܢܬܛܪܕܘܢ *ite ad familiares vestros, ne solliciti reddantur;* ib. 561, 6—7. 565, 18—19. cll. ib. 121, 15.; deinde ܐܪܥܐ *terra, regio* pro *populo*, e. c. Gen. 41, 57. ܟܠ ܐܪܥܐ ܐܬܬ *omnis terra venit;* 2 Sam. 15, 23. ܟܠ ܐܪܥܐ ܒܟܝܬ *tota terra flebat;* ita etiam in nominibus propriis regionum, si quae pro *incolis* ponuntur, ut Barh. chr. 150, 12. ܐܦ ܠܐܦܪܝܩܝ ܫܠܛ *potitus est etiam Africa et praefecit iis;* ܥܕܬܐ *grex*, e. c. Matth. 8, 32. et Luc. 8, 33. ܟܠ ܥܕܬܐ ܗܝ ܐܙܠܬ ܠܗ ܠܡܪܡܐ ܘܐܬܪܡܝ *totus grex ille direxit se in rupem et deciderunt;* ܬܐܝܐ *Arabismus* pro *Mohammedanis* (vid. p. 289.), e. g. Barh. chr. 580, 1—2. ܐܝܟ ܕܡܐ ܠܬܐܝܐ ܕܐܝܬ ܠܗܘܢ ܫܘܠܛܢܐ ܘܥܠܒܐ *vide quam humiliati sint Moslemi neque tamen a malitia sua et tyrannide sua cessant aut desistunt;* ܩܪܝܐ *urbs* pro *incolis*, e. c. Ass. B. O. I. 53, 17. ܟܠ ܐܝܠܝܐ ܩܪܝܐ ܒܟܘ ܟܠܗܘܢ *congregati sunt omnes incolae plorantes* et Barh. chr. 591, 5. 6. ܩܪܝܐ ܕܢܣܒ ܡܢܗ ܡܟܣܐ *urbis, ut sumeret ab ea tributum;* ita etiam in nominibus urbium propriis, sicubi *incolas* indicant, e. g. Ass. B. O. I, 51. not. ܐܘܪܗܝ . . ܒܥܠ . . ܡܢ ܥܡ ܐܝܠܝܐ *Edessa opes suas deserens . . exiit . . ad necem suam*, Barh. chr. 87, 20. ܐܬܐ ܠܬܪ ܩܪܝܐ . . . ܘܒܥܐ ܡܢܗ *obsedit Daram urbem . . . et postulavit ab ea*, coll. 248, 6. Ita porro 1 Sam. 2, 33. ܟܠ ܣܦܪ ܒܝܬܟ ܕܢܡܘܬ ܒܓܒܪܘܬܐ *tota proles domus tuae virili aetate morietur;* Ier. 44, 12. ܫܐܪ ܝܗܘܕܝܐ ܕܣܝܡܘ ܐܦܝܗܘܢ *reliqui Iudaeorum, qui sibi proposuerunt*, coll. et Zeph. 2, 9.

Nonnunquam in vocibus huiusmodi struendis et vulgarem de genere et numero regulam et constructionem ad sensum simul adhiberi, nonnulla exemplorum modo allatorum monstrant; vide etiam Num. 14, 1. ܘܢܬܠ ܟܠ ܥܕܬܐ ܘܐܬܢ ܩܠܗ ܟܠ ܥܡܐ ܘܢܬܠ ܩܠܗ ܘܒܟܘ ܥܡܐ *et vociferata est tota congregatio et vocem suam extulit.*

2) Verbi Sing. cum Plur. nominis coniunctus nonnunquam generis quoque diversitatem admittit. Etenim *a*) Verbum in sing. masc. cum nominis

Plur. fem. construitur, idque α) ei praecedens, ut Ass. B. O. I. 392, 9. ܣܓܘܬ ܐܬܥܒܕ *positae sunt officinae;* Ephr. I, 53. B. ܥܠ ܒܥܠܬܗ *intrarunt animalia;* Barh. chr. 215, 7. ܟܠ ܡܠܝܗ ܕܝܠܗ ܐܬܦܣܩ *direptae sunt omnes res eius,* sed in his aliisque locis similibus forte scriptio *defectiva* est (§. 53. Annot. 4.) neque *enallage generis et numeri.* Certiora sunt Ephr. Syr. II, 145. A. ܐܝܬ ܒܗ ܟܬܒܐ ܘܟܬܒܝ ܒܗ ܐܬܪ̈ܫܡ *et scriptae erant in iis scripturae hieroglyphicae;* Barh. chr. 542, 14—15. ܗܐ ܟܬܒ ܒܗ ܡܠܐ *ecce scripta sunt in ea* (scheda) *verba;* ib. 15, 15. 20, 15—16. (vid. p. 308.); Ephr. I, 71. E et F. 72, B; Marc. 13, 28. ܟܕ ܥܢܒܗ ܢܬܪܟ *teneri fiunt rami eius.* Item β) nomine praemisso, ut Ier. 14, 5. ܐܝܠܬܐ ܕܒܪܐ ܝܠܕܬ ܘܫܒܩܬ *cervae in deserto pariunt et deserunt;* Barh. chr. 368, 11—12. ܒܥܝܪ̈ ... ܘܥܘܦ̈ ... ܐܒܕܘ *ferae et aves . . . perierunt;* Eccl. 2, 10. ܟܠ ܕܫܐܠܬ ܥܝܢܝ ܠܐ ܡܢܥܬ ܠܗܝܢ *quicquid oculi mei expetiverunt;* Ier. 13, 18. ܥܠ ܡܕܝܢܬ ܕܪܡܐ ܐܬܬܦܣܘ *civitates austri captae sunt;* Zach. 12, 14. ܟܠ ܫܪ̈ܝܕܐ ܕܫܪ̈ܝܢ *omnes familiae, quae supersunt;* Ephr. I, 57. F. ܕܐܝܬ ܒܗ ܡܢ ܕܢܘܚ ܐܬܝܠܕ ܠܐ *de familiis, quae a Noacho ortae sunt.* Cum vero haec quoque et alia similia scriptione defectiva (§. 53. Annot. 4.) illustrari possunt, haec addimus certiora: Barh. chr. 177, 15. *dicuntur* ܒܗ ܒܐܢܐ ܐܝܬ ܠܗ ܐܠܦ̈ ܓ̈ *3000 homines in iis* (navibus) *fuisse;* Ass. B. O. I. 21, 5—6. (vid. p. 308.); Barh. chr. 10, 9. ܐܝܬ ܠܗ ܒܥܝܢ ܐܠܦ̈ ܓ̈ *tres oculi fuerunt;* Act. 21, 20. ܟܡܐ ܐܠܦ̈ ܢܝܢ ܕܝܗܘܕ̈ *quot myriades sint Iudaeorum.* b) Verbum in sing. fem. cum nomine Plur. masc. vix coniungi potest; tamen Iob. 39, 14. ss. ܥܠ ܐܪܥܐ ܒܢܬܗ ܠܐ ܫܒܩܬ *relinquit super terra filias suas* legitur, ubi verba et suffixa ad ܒܢ̈ܝ, quo Hebr. בָּנִים redditur, referenda videntur.

IV. Subiectorum, quae plures voces complectuntur, cum praedicatis suis coniunctio.

1) Ex usitatissima et ordinaria subiectorum Nominat. et Genit. compositorum structura praedicati genus et numerus nomini *regenti* sive Nominat. respondent, ut Barh. chr. 228, 7. ܐܬܚܙܬ ܕܡܘܬ ܥܡܘܕܐ ܕܐܒܢܐ *visa est similitudo columnae;* ib. 613, 8. ܐܝܬ ܐܦ̈ ܒܗ ܓ̈ܢܣ ܕܡ̈ܘܢ ܣܓܝ̈ܐ *magna pars harum opum evanuerat;* ib. 348, 20. ܐܒܕܐ ... ܘܐܢܛܘܟܝܐ ܘܛܪܐܒܘܣ ܣܓܝ̈ܐ *magna pars Antiochiae et Tripolis destructa est;* ib. 613, 14. ܐܬܫܡܥ ܩܠ ܥܢܝ̈ܐ ܕܐܒܕ ܩܠ *clamor pauperum auditus est.*

Sed nonnunquam *constructione ad sensum* adhibita praedicatum *nominis recti* sive *Genitivi*, praesertim si primaria in eo versatur notio, et numerum et genus sequitur, ut Iob. 32, 7. ܫܢܝܐ ܢܚܘܡܘ ܕܝܘܡܝ *anni multi docebunt*; c. 38, 21. ܣܓܝ ܝܘܡܝܟ ܕܐܢ *numerus dierum tuarum num magnus est?* 1 Cor. 4, 15. ܐܠܦ ܐܝܬ ܠܟ ܒܣܝܡ *si myrias educatorum esset*, Ass. B. O. I. 397, 10. ܒܝܬ ܡܥܡܕܢܐ ܪܒܐ ܕܐܬܒܢܝ *aedificatum est baptisterium magnum*; Barh. 241, 10—11. ܗܝܟܠܗ ... ܒܠܚܘܕ ܕܒܢܝ ܩܘܣܛܢܛܝܢ ܐܬܝܩܪ *aula tantum filiorum Cyriaci servata est*; ib. 188, 7—8. ܓܘܝܬܐ ... ܒܚܕ ܩܒܪܐ ܣܓܝ *caterva mortuorum in uno sepulcro ... sepeliebatur*; ib. 589, 17. ܕܝܕܥ ܗܘܐ ܡܠܬܗ ܕܒܝܫ *quum innotuisset vis sermonis eius*; Ass. B. O. I. 414, 12. ܫܦܠ ܗܘ ܐܪܥܐ ܕܒܝܫ *corruit eo* (terrae motu) *magna pars Antiochiae*, conf. Barh. chr. 96, 8—9; ib. 612, 5—6. ܐܝܟ ܦܠܓ ... ܢܬܬ ܠܗ *ut dimidium thesauri ... daretur*; Ass. B. O. II. 274, 24. ܩܠܝܠ ܐܝܬ ܠܗ *parum nummorum collecti erant*; Barh. chr. 141, 10. ܕܒܪ ܒܝܫܐ ܡܢ ܐܡܝܢ *cum initium mali ab Amino esset*.

2) Praecipue respondet Praedicatum nomini a Substantivo ܟܠ *universitas* recto, ubi pro adiect. *omnis* aut *totus* ponitur, ut Matth. 8, 34. ܢܦܩܬ ܟܠ ܩܪܝܬܐ *egressa est universa civitas*; Act. 21, 30; 1 Cor. 14, 23. ܢܬܟܢܫ ܟܠ ܥܕܬܐ *congregetur tota ecclesia*; Barh. chr. 347, 20. Perraro invenis rationem structurae huic legi contrariam, ita ut praedicatum nominis regentis ܟܠ sequatur vestigia, ut Barh. chr. 611, 3. ܘܢܫܠܡܘ ܟܠ ܒܥܘܬܗ *et implerentur omnes eius rogationes*.

3) Si plura Subiecta copula *et* coniunguntur, verbi ad ea pertinentis Plur. solet adhiberi, ut Exod. 17, 10. ܡܘܫܐ ܐܗܪܘܢ ܘܚܘܪ ܣܠܩܘ *Moses et Aaron et Hur ascenderunt*, Gen. 8, 22. Ps. 85, 11. Sunt vero etiam exempla huic regulae non consentanea, praecipue verbo praeeunte, ut Gen. 7, 7. ܥܠ ܢܘܚ ܘܒܢܘܗܝ ܘܐܢܬܬܗ ܘܢܫܝ ܒܢܘܗܝ *et intravit Noah filiique eius, et uxor eius et uxores filiorum eius*; ib. v. 13; Iud. 13, 12. ܡܐ ܗܘܐ ܕܝܢܗ ܕܥܠܡܐ ܗܢܐ ܘܥܠ *quaenam erit ratio pueri eiusque facinora?* 2 Sam. 5, 6. Barh. chr. 166, 16—17. ܘܗܘܘ ܒܝܢܬܝܗܘܢ ܥܣܪܝܢ ܢܫܐ ܘܥܣܪܐ ܛܠܝܐ *et erant inter eos 20 feminae et 10 pueri*; ib. 359, 13. ܕܢܬܠ ܠܗ ܚܡܫ ܡܐܐ ܕܢܪܐ ܘܣܘܣܝܐ ܘܠܒܘܫܐ *ut ei 500 denarii aurei, equus et vestes darentur*; ib. 444, 11. 491, 19; rarius verbo sequente, ut Exod. 21, 4.

ﻟﻬﺎ ﻭﻟﺒﻨﻴﻬﺎ ﻫﺬﻩ ٱﻟﻤﺮﺃﺓ *femina illa eiusque filii domino sint*; Iud. 5, 8. ﻭﻻ ﺭﺅﻱ ﺳﻴﻒ ﻭﻻ ﺭﻣﺢ *gladius et hasta non videbantur.* Ubi vero hoc vel illud evenit, *a*) aut nominis illius, cui verbum propius accedit, respicitur et genus et numerus (*Zeugma*), ut Num. 12, 1. ﻭﺗﻜﻠﻢ ﻣﺮﻳﻢ ﻭﻫﺮﻭﻥ *et locuta est Miriam et Aaron*, Gen. 7, 7. 13. Exod. 21, 4. Iud. 13, 12. 1 Reg. 17, 15. ﻭﺃﻛﻠﺖ ﻫﻲ ﻭﻫﻮ ﻭﺑﻨﻮ ﺑﻴﺘﻪ *et comedit ipsa et ipse, ac filii domus ipsius;* Esth. 9, 29.; aut *b*) masc. praefertur (*Syllepsis*), ut Barh. 166, 16. 359, 13. Ita etiam cum Plur., ut Ps. 85, 11. ﺭﺣﻤﺔ ﻭﺣﻖ ﺗﻼﻗﻴﺎ *gratia et veritas occurrerunt nobis;* ib. ﺑﺮ ﻭﺳﻼﻡ ﺗﻼﺛﻤﺎ *iustitia et pax osculabuntur nos* [29]); Ier. 7, 20. ﺗﻨﻔﺲ ﻏﻀﺒﻲ ﻭﺳﺨﻄﻲ *ira mea et furor meus requiescent.*

4) Sin autem eo dicto, quo plura verbi alicuius Singulari adiuncta erant nomina subiectorum vicibus fungentia, nondum absolutus erat sermo, sed aliae dein cum iisdem subiectis connecterentur necesse erat verborum formae, illum Sing. excipit Pluralis, ut Gen. 21, 32. ﻭﻗﺎﻡ . . ﻓﺎﺑﻴﻤﻠﻚ ﻭﻓﻴﻜﻞ *surrexit Abimelech et Phichol . . et redierunt;* ib. 24, 61. 33, 7.

§. 138.

Personae verbi.

1) Personae verbi perraro tantum aliquam admittunt generis anomaliam. Quae vero huius rei inveniuntur exempla, ad 3 pers. pertinent fere omnia, ut Marc. 13, 28. ﻏﺼﻨﻪ ﺭﻃﺐ *rami eius emolliti*; Barh. chr. 295, 3. ﺳﻜﻨﺖ ﻫﻲ ﻭﺑﻨﺘﻪ *ea eiusque filia habitarunt;* ib. 324, 5—6. ﻛﺎﻧﺖ ﻣﺤﻠﺘﻪ *fuerunt castra;* 327, 16.; vide alia multa §. 137, no. II. Reliquarum personarum certum exemplum deest; nam quod legitur in Ass. B. O. I. 370, 7—8. (vid. p. 308.), falsa forte nititur lectione; quod vero Ier. 3, 13. exhibet ﺗﻌﺮﻓﻲ ﺧﻄﺎﻳﻚ *agnosce peccata tua* pro ﺗﻌﺮﻑ, a defectiva scribendi ratione (§. 53. Annot. 4. coll. §. 55. Annot. 2.) repetere eodem iure licet.

2) Persona *tertia* Sing, et masc. et fem. generis in passivis non minus quam in activis coniugationibus nonnunquam *impersonaliter* usurpatur; femininum

---

29) Ita etiam latina Bibl. Polygll. versio; est enim suffixum 1 pers. Plur. e membro parallelo supplendum, Syro Hebraica non ad verbum reddente.

tamen huic dicendi modo magis indulget. *a*) Masc. habes *α*) *activae* coniug. e. g. Ier. 7, 6. ܠܟܘܢ ܢܗܘܐ ܒܝܫ *malum vobis erit;* Eccles. 8, 12. ܠܐ ܝܕܥܢ ܕܐܝܟ ܕܠܐ ܢܗܘܘ ܫܦܝܪܝܢ *felices erunt Deum timentes;* Deut. 6, 24. ܠܢ ܢܗܘܐ ܛܒ *bonum nobis esset;* Hebr. 10, 34. ܘܐܫܬܪܝ ܠܟܘܢ *et doluit vobis;* 1 Sam. 22, 8. ܠܝܬ ܕܐܫܬܪܝ ܒܝ ܘܠܐ *neque est cui doleat;* Luc. 1, 9. ܐܬܚܕܬ ܠܗ *contigit ei;* Rom. 14, 4. ܐܝܬ ܠܗ ܒܐܝܕܘܗܝ *venit in manus eius* i. e. *potest;* Lament. 1, 4. ܡܪ ܠܗ ܒܗ *amarum est ei;* 1 Reg. 1, 2. ܢܚܡܐ ܠܡܪܢ *calefiat dominus noster.* *β*) *passivae* coniugationis exempla sunt Matth. 26, 8. ܐܬܟܣܝ ܠܗܘܢ *displicuit iis;* Luc. 11, 53. ܫܪܝ ܠܡܟܬܒ ... ܠܡܩܛܪܓ *coeperunt docti aegre ferre;* c. 10, 34. ܐܬܦܢܐ ܠܗ ܠܗܘ *vacavit ipsi super eo* i. e. *curam eius gessit*, ita etiam in Part. pass., ut Marc. 4, 38. ܠܐ ܡܫܬܠ ܠܟ *nonne tibi curae est?*

1) Praepositionum duarum coniunctarum (§. 103. Annot. 1.) significatio interdum non ex utraque sed una sola fingitur, ut Eccles. 10, 14. ؟ܡܐ ܕܐܬܝ ܠܐ ܝܕܥ ܐܢܫ *quid post ipsum futurum sit;* Dan. 5, 24. ܡܢ ܩܕܡܘܗܝ ܐܫܬܕܪ ܠܐ *ab ipso missa est.* Ubi vero praepositionem compositam expectaveris, interdum nonnisi ܠܐ legitur, ut Ezech. 23, 5. Hos. 4, 12.

Annot. Aliquot praepositiones peculiari utuntur consecutione; itaque e. c. *inter et inter* Syriace vertitur ܒ . . ܒܝܢ, ut Matth. 18, 15. ܒܝܢ ܝܬܟ ܘܒܝܢܗ *inter te et ipsum;* ib. 20, 17. 24, 3. Io. 11, 38. Gal. 2, 2.; aliquando etiam sine copula, ut Luc. 11, 51. ܒܝܢ ܗܝܟܠܐ ܘܒܝܢ ܡܕܒܚܐ *inter templum et altare;* ib. 18, 11. ܒܝܢ ܓܒܪ ܠܓܒܪ *seorsim* (pr. *inter se et se ipsum*); etiam ܒ . . ܒܝܢ, ut Matth. 18, 15. (Philox.) ܒܝܢ ܟܝ ܘܒܝܢ ܝܬܟ *inter te et ipsum.* Eodem sensu dicunt ܒ . . ܕ, ut Gen. 1, 14. ܕܒܝܢ ܢܘܗܪܐ ܠܚܫܘܟܐ *inter diem et noctem;* Ex. 18, 16. Deinde formula *inde a . . . usque ad* reddunt Syri ܡܢ . . ܥܕ, e. c. Gen. 6, 7; 14, 23. Interdum prior praepositio etiam omittitur, ut 2 Reg. 10, 21. ܠܗܠܐ ܠܗܠܐ *ab uno ad alterum latus.*

2) Praepositiones perraro tantum omittuntur, qua re Syrus V. T. interpres ellipses huius generis in Hebraico textu obvias in versione sua supplevit fere omnes 3). Exempla vero huius ellipseos exhibet *a)* ܣ Iob. 30, 14. ܐܝܟ ܕܡ̈ܝ ܣܓܝܐ ܢܦܠܘ *veluti per magnam rupturam venient;* *b)* ܒ Es. 44, 28. *dicens Hierosolymis: aedificeris* ܢܬܒܢܐ *et templum rursus exstruatur* 4);

3) Hos. 9, 9. 12, 10. Amos. 9, 11. ܐܝܟ ܝܘܡ̈ܝ ܩܕܡ̈ܝܐ *veluti diebus* et Es. 9, 3. ܐܝܟ ܝܘܡܐ *sicut die* aliaque dicta *temporis* spatium indicantia non ellipsi praepositionis ܟ, sed potius Acc. casu (§. 115, 1. b.) illustraverim; quod vero Iob. 30, 5. exstat ܐܝܟ ܓܢܒܐ ܢܪܕܦܘ ܒܗܘܢ *prorumpit contra eos ut fur* neque *ut contra furem* vertendum videtur.

4) Vocem ܒܢܐ *coronavit* hoc sensu saepius legi, docet *I. D. Michaelis* ad *Castelli* lex. Syriac. p. 413.

c) ⟨ Es. 48, 9. *propter nomen meum* ... ⟨ *et propter gloriam meam te conservabo;* ib. 49, 7. In omnibus vero his locis, si dictum Iobi exceperis, praepositio e membro praecedenti facillime suppleri poterat. Qui vero praepositionibus ⟨ et ⟨ in linguis cognatis accidit pleonasticus usus, in Syriaca non invenitur 5).

Annot. De usu singularum praepositionum hoc loco non attinet accurate disserere; observes tamen a) ⟨ *post* inprimis de *tempore* et ⟨ idem significans praecipue de personis usurpantur 6), tamen saepe etiam confunduntur. *b*) ⟨ *apud*, *penes* et ⟨ *cum* etiam de *intellectu* et *scientia* ponuntur, qua quis pollet, ut Iob. 15, 9. ⟨ ⟨ *quod penes nos non sit;* ib. 23, 14. ⟨ ⟨ *multa ei praesto sunt*, ⟨ vero et ⟨ idem significantia in eo differunt, quod hoc latius patet 7), haud raro tamen promiscue usurpantur. *c*) ⟨ *ex* saepe in formulis *inde a .. usque ad*, ut Ass. B. O. I. 411, 11. B. not. ⟨ ⟨ *a magno usque ad parvum;* Barh. 217, 15. ⟨ ⟨ *quinque ad decem.* Adverbiis ex substantivis fingendis inservit, ut Ps. 35, 8. ⟨ ⟨ *ex improviso*; post numeralia vocesque quantitatem designantes saepe usurpatur et interdum notio *unus*, *nonnulli* ante illud suppletur, e. c. Marc. 12, 5. Knoes. chr. 72, 14. ⟨ ⟨ *nonnullos legatorum suorum.* De loco usurpatum non solum *ex*, sed etiam *ad*, *versus* denotat, ut Knoes. 74, 1. ⟨ ⟨ *ad dextram.* Praemittitur etiam substantivis, quae conditionem et indolem a verbo in universum indicatam accurate describunt, ut 1 Reg. 15, 23. ⟨ ⟨ *aegrotavit pedibus* 8). Deinde *d*) ⟨ de officio et munere, quod est alicui, non raro usurpatur, ut Esdr. 10, 4. ⟨ ⟨ *tibi hoc munus incumbit;* Neh. 13, 13. ⟨ ⟨ *praefeci horreis* 9) et *e*) ⟨, ⟨ et ⟨ *sub*, *infra* in eo divergunt, quod ⟨ suffixa non admittit, ⟨ vero et ⟨ cum suffixis coniunguntur pluralibus, ⟨ absolute poni, ⟨ vero et ⟨ nomina antecedere possunt.

---

5) Nam Ps. 99, 6. ⟨ ⟨ *Moses et Aaron inter sacerdotes eius*, et ⟨ ⟨ *et Samuel inter invocantes nomen eius;* Iud. 11, 35. ⟨ ⟨ *es ex destructoribus meis* et in similibus locis praep. ⟨ et ⟨ non abundare, demonstratione non eget.

6) Amir. gramm. chald. p. 445.

7) Amir. l. l. p. 444 — 45.

8) Singularis est Ass. B. O. I, 36. *non destitit* ⟨ ⟨ *a precando*, ubi Inf. cum ⟨ et coniunctione ? ⟨ instructum invenis.

9) Ps. 102, 4. etiam ⟨ pro ⟨ ponitur: ⟨ ⟨ *evanuerunt veluti fumus dies mei*, sed vix aliud, si recte memini, huius rei invenies exemplum.

§. 149.

Coniunctiones.

Quamvis Syri, praecipue postquam Graecorum librorum studium apud eos invaluerat, Hebraeis multo propensiores fuerint ad dictionem concinnam ac periodis bene coniunctam, tamen propter coniunctionum penuriam omnibus Semitis communem ad intimum sermonis occidentalis connexum adspirare potius quam eum consequi potuerunt. Itaque periodi longiores primariis et secundariis sententiis ornatae in Graecorum quidem operum versione persaepe, in libris autem Syriace compositis, si Ephraemi et Iacobi Edesseni scripta exceperis, non crebro inveniuntur. Delectatur haec quoque lingua pariter ac Hebraea copula *et*, quam etiam adhibet, ubi politior nostrae aetatis sermo particulis rem accuratius definientibus uti iubet. Ea autem simplicitas paucis coniunctionibus suis idem indicet necesse est, quod ditiores linguae multis variisque, quibus fruuntur, melius et magis perspicue designant. Qua de caussa his coniunctionibus vulgo plures tribuuntur significationes.

1) Omittuntur prae ceteris coniunctiones sententiae alicui ad rationem, quae ei et sequenti intercedat, indicandam apud nostrates additae, e. c. *cum*, *si*, ut Gen. 19, 23. ܠܘܛ ܐܬܐ . . ܫܡܫܐ ܥܠܬ *sole oriente . . Loth venit;* c. 44, 4. ܐܡܪ ܠܗ ܝܘܣܦ . . ܠܐ ܪܚܩܝܢ ܗܘ ܐܢܫܐ ܗܠܝܢ ܟܕ *cum exiissent illi . . neque procul abessent, dixit Ioseph;* Ps. 148, 5. ܗܘ ܐܡܪ ܘܐܬܒܪܝܘ *si praecipit, creantur;* ib. 48, 6. Ex aliis ellipseos generibus haec respicias praecipua, *a*) Ellipsin copulae *et*, qua *constructio asyndeta* oritur, ut Gen. 31, 13. ܩܘܡ ܦܩ ܡܢ ܗܢܐ *age! egredere;* vid. etiam §. 134, 3. c.; 135, 5 Annot. 1. et §. 144, 1 — 3. Interdum si quis animo commoto loquitur, etiam *tres* pluresve voces copula destituuntur, ut Es. 37, 37. ܐܬܦܢܐ ܠܐ ܗܘܐ *retro se convertit, profectus est, consedit* [10]); *b*) coniunct. *aut, vel,* ut 2 Reg. 9, 32. ܬܠܬܐ ܣܪܝܣܐ ܠܘ ܬܪܝܢ *duo vel tres Eunuchi;* Es. 17, 6. *c*) partic. *si*, ut Ps. 139, 11. ܐܡܪ ܐܝܟ *si dicerem;* Gen. 42, 38. ܐܦ ܟܕ ܢܦܠ ܒܗ ܐܝܕ *et si accideret ei malum;* Es. 50, 2. ܡܕܡ ܐܬܝ ܠܝ ܐܝܬ ܠܝ ܡܢ ܩܪܐ ܠܝ ܠܡܐ *cur me veniente nemo adesset et mihi vocanti nemo respondebat?*

2) Aliquot coniunctiones in eadem sententia pluries ponuntur, ita ut significationes sibi respondeant, ut ܐ . . ܐ *et . . et*, ܐܦ . . ܐܦ idem (Gen. 24, 25. Ex. 12, 31.), ܐ . . ܐ *sive . . sive* (Ex. 19, 13. Rom. 1, 16.); ܐ . . ܐ *aut . . aut*

---

10) Animo commotis etiam *polysyndeton* interdum placet, ut Gen. 43, 8. ܢܚܐ ܘܢܚܝܐ ܘܢܬܪ ܐܦ ܐܢܬ ܐܦ ܒܝܬܢ ܠܐ ܢܡܘܬ ܐܦ ܚܢܢ ܐܦ ܐܢܬ ܐܦ ܛܦܠܢ *surgamus et eamus et vitam retineamus neque moriamur neque nos, neque tu, neque familia nostra.*

(Matth. 6, 24.); nonnullae in sententiis coniunctivis aut disiunctivis adhibitae aliam eamque sibi respondentem postulant, ut ܐܝܟ . . ܐܦ *sicut . . ita* (Es. 55, 9.), ܐܦ . . ܐܦܠ *etiamsi . . veruntamen.*

3) Coniunctiones *ut* et *ne* significantes *Fut.* amant (§. 130, 4. d.); ubi vero alio sensu ponuntur, etiam cum *Praet.* coniungi possunt, e. c. Dan. 2, 23. *gratias ago,* ܕܝܕܝܬ . . ܕܚܟܡܬܐ *quod sapientiam mihi dedisti;* Gen. 34, 27. ܡܛܡܐ ܗܘ ܐܚܬܢ *quia Dinam contaminarant.*

De singulis coniunctionibus, quae memoratu digna visa sunt, hisce observationibus alphabetico ordine dispositis indicare lubet.

1. ܐ duplicis est potestatis et disiunctivae: *aut, sive,* et comparativae: *quam,* ut Matth. 11, 24. ܐ ܟܕ . . ܐܪܥܐ ܕܣܕܘܡ ܢܣܒ ܠܟ *terrae Sodom magis (tolerabile) erit, quam tibi,* ib. v. 22.; 1 Petr. 3, 17. (Philox.) ܐ ܕ ܛܒ ܥܒܕܝܢ ܕ . . ܐ ܕ ܒܝܫ ܥܒܕܝܢ ܕ ܛܒ ܐ ܕ ܒܝܫ *melius est enim ut tanquam bona patrantes (patiamini) . . quam tanquam malefacientes* [11]).

2. Particulas ܐܦ, ܐ interdum recipiunt etiam ea, de quibus ipsis sermo est, ita ut nonnisi cum omnibus rebus eiusdem generis comparentur, ut Iob. 24, 14. ܩܡ ܢܩܛܠ ܐܦ ܟܓܢܒܐ *noctu furis more se gerit;* Es. 1, 7. ܐܪܥܟܘܢ ܫܡܝܡܐ ܐܦ ܟܡܐ ܕܫܕܝܢ ܐܪܥ *devastata est, veluti terra a barbaris subversa (esse solet);* ib. 13, 6. ܐ ܐ . . ܐܦ ܫܕܝܬܐ *veluti depopulatio veniet* pro *depopulatio veniet;* Hos. 5, 10.

3. ܐ *si* cum Coniunctivo et ܐ *si* cum Indicat. coniungitur. Hoc etiam saepe tanquam particula interrogativa usurpatur, quin etiam in V. T. versione nonnunquam ab initio iurisiurandi ponitur, non solum post formulam imprecandi diras, ut 1 Sam. 3, 17. 2 Sam. 3, 35. 2 Reg. 6, 31; et ܐ ܠ (1 Reg. 2, 23.), ܐ (2 Sam. 19, 14.) aut ܐ ܠ ܐ (Ruth. 1, 17.) *nisi,* ubi primaria particulae significatio retineri potest; sed etiam sine formula illa, ut Gen. 14, 23. ܐ ܠ ܡܕܡ ܕܝܠܟ ܐ ܠ *de nulla re aliquid sumam;* Cant. 2, 7. ܠ ܐ ܠ ܬܥܘܪܘܢ ܠ ܐ ܠ *ne excitetis aut expergefaciatis;* ib. 3, 5. 8, 4. 1 Sam. 14, 45; ib. 20, 3. ܐ ܠ ܐ ܠ ܐ ܐ ܕ ܐ ܠ *vere passus interest,* ubi ܠ *non* eiusque contrarium *vere* interpretandum videtur [12]). ܐ ܠ

11) Criticus ad h. l. ܐ in margine ܐ *neque* interpretatus est, quod iam *Ios. Whitius* (Versio Syriaca Philoxen. e Codic. Ridleiano. T. I. p. 222. et Annott. p. 40.) de *comparativa* huius vocis significatione intellexit. Conf. etiam *Amirae* Gram. chald. p. 451.

12) Plerumque apud Syros verba iurantis ipsa et nonnisi praemisso ? afferuntur, id quod etiam in V. T. versione saepe evenit, ut Gen. 21, 23. Ios. 14, 9. Es. 14, 24. Ier. 22, 5; etiam copula *et* pro ? legitur, e. c. 1 Sam. 3, 14.

significat etiam *alioquin*, ut Iob. 2, 5. sed si recte memini, haec eius significatio raro invenitur.

4) ܐܦ *verumtamen, at* inter particulas adversativas primarium videtur tenere locum; qua re V. T. interpres Hebraeorum אוּלָם ita vertit, ut Iob. 5, 8; item ܐܦ ܠܐ saepe legitur, ut Iob. 13, 3. 4.

5) Maxima significatus varietate gaudet particula ܕ. Est enim non solum nota Genitivi (§. 113, 2.) et pronomen relativum (§. 45, 3. et §. 125.), sed inservit etiam adiectivorum periphrasi (§. 108, 2.), et ex numeralibus cardinalibus facit ordinalia (§. 100. Annot. 1.). Hoc in loco nonnisi de coniunctione ܕ sermo est, quae *ut* et *quod* significat, multisque particulis coniunctionis vim tribuit (§. 104, 1); ut ܐܝܟ ܕ *quemadmodum* (Barh. chr. 328, 15.), *ut* (Matth. 2, 13.), ܐܝܟܐ ܕ *quorsum* (Matth. 6, 19.), ܐܝܟܐ ܕ ܠܐ *ubicunque* (Barh. chr. 328, 10.), ܐܝܟܢܐ ܕ *quemadmodum* (Io. 8, 28.) aut *ita ut* (Barh. chr. 317, 10.), ܐܟܕ ܕ *cum* (Io. 8, 28.), ܐܦ ܕ *quamvis* (Barh. chr. 334, 16.), ܡܢ ܕ *postquam* (ib. 36, 13.), ܥܠ ܡܢ ܕ idem (ib. 281, 18.), ܐܦ ܥܠ ܡܢ ܕ *posteaquam* (Kirsch. chr. 222, 1.), ܡܢ ܕ ܥܠ ܕ *ex quo* (Barh. chr. 531, 13.), ܟܕ ܕ *tantum aberat, ut . . ut*, (Ephr. T. I, 291. B.), ܥܠ ܕ *propterea quod* (Barh. chr. 326, 17.), ܕ ܥܠ *ne* (Assem. B. O. II. 273, 26.), *quamdiu* (Ephr. III, 35. C.), ܕ ܠܐ *quoniam* (Ephr. II, 32. E.), ܩܕܡ ܕ *priusquam* (Barh. chr. 282, 7.). ܕ etiam a tali particula separatum invenitur, ut Barh. chr. 165, 15. ܡܢ ܕ ܠܐ ܩܕܡ ܕ ܐܬܝܗܒ ܠܗ *postquam ei omnia direpta erant.* Non desunt exempla coniunctionis ܕ omnino omissi, ut Io. 21, 3. ܐܙܠ ܐܢܐ ܐܝܬ ܠܝ ܕܢܚܬ *abeo (ut) pisces capiam*; 1 Cor. 14, 23. ܐܢ ܟܢܫ ܠܟܢܝܫܬܐ *si ergo congregaretur*, ubi ܕ ante verbum suppleas; quodammodo redundantis, praecipue post particulas conditionales ܐ *si*, ܠܐ ܐܠܐ *nisi*, ut Matth. 10, 13. ܐܢ ܐܬܝ ܕ ܒܝܬܐ ܗܘ ܐܬܐ ܕ pr. *et si contingat, ut digna sit domus;* Marc. 8, 3. Luc. 6, 7. Io. 8, 36. Act. 16, 15. Rom. 2, 26. 1 Tim. 3, 15. Hebr. 6, 8.; 3 Io. 10.; post ܐܦ ܕ *etsi*, e. c. Matth. 9, 21. ܐܦ ܕ ܒܟܠ ܠܒܫܗ ܐܢܐ ܐܬܟܪ *etsi vestem eius tantum attingerem*; Io. 8, 25; post ܐܠܐ ܕ *nisi*, ut Marc. 13, 20. ܐܠܐ ܕ ܡܪܝܐ ܩܨܪ ܠܝܘܡܝ *et nisi dominus diminuisset.* Huic autem pleonasmo saepe emphasin inesse, facile cernitur ei similem, quae relativo ܕ praedicatis praeposito efficitur (§. 125, 5.).

Persaepe ܕ post verba *dicendi, narrandi, iurandi, sciendi* aliaque huius generis ad orationem directam indicandam usurpatur, ut Matth. 2, 4. *interrogavit illos* ܐܝܟܐ ܕ ܡܫܝܚܐ ܢܬܝܠܕ *ubinam nasciturus esset Messias?* ib. 1, 23. *dictum est:* ܗܐ ܒܬܘܠܬܐ ܕ ܬܗܘܐ ܒܒܛܢܐ *ecce! virgo concipiet;* c. 2, 15. 3, 9. Io. 1, 23. 6, 61. 69. Etiam in indirecta legitur (§. 153, 1.).

6) Copula ο significat etiam *ut*, e. c. Ex. 3, 18. ܢܕܒܚ ܠܡܪܢ ܐܠܗܢ *ut domino sacrificemur*; vid. etiam §. 130, 4. d. β.; interdum ab initio apodoseos, a Syris plerumque non in-

dicatae, ponitur, ut Barh. 397, 6. *cum dies praedictus adveniret* ܣܓܝܐ ܐܬܐ *multi perfugerunt;* Ephr. I, 123. D. *postquam ergo Deus . . iusserat,* ܘܐܬܟܢܫ ܡܝܐ ܠܟܝܣܐ *se congregavit aqua in receptacula.* Nonnunquam duae sententiae comparationem continentes non particula ܐܝ, ܐܝܟ, sed sola copula ܘ coniunguntur, ut Iob. 5, 7. ܒܪܢܫܐ ܠܥܡܠܐ ܝܠܝܕ ܐܝܟ ܕܒܢܝ ܥܦܐ ܠܡܦܪܚ *homo labori natus est, veluti aves tollunt alas;* ib. 12, 11. et 34, 3. Prov. 26, 10 (9).

7) ܗ *numquid? nonne?* etiam tanquam negatio, pariter ac ܠ usurpatur. Aliae particulae interrogativae sunt ܐܦܐ, ܗܐ et ܐ *an? numquid?* sed etiam *ne, ne forte.*

8) ܥܕ *donec, usque ad* terminum ad quem non excludit, ut Ps. 110, 1. *sedeas a dextra mea* ܥܕ ܐܫܝܡ ܐܝܒܝܟ ܠܪܓܠܝܟ *donec hostes tuos ad pedes tuos posuero;* sententia auctoris non est, eum tunc a sede illa recessurum. Eiusdem generis sunt Gen. 28, 15. *neque te deseram, donec* (? ܥܕ), *quae tibi dixi, perfecero;* Deut. 7, 24. Ps. 112, 8. Ita etiam ܕ, ut 1 Tim. 4, 13. ܕ ܐܬܐ ܐܢܐ *donec venero.*

§. 150.

Interiectiones.

1) Interiectiones, quae minas designant, praepositione ܠ plerumque utuntur, ut Ioel. 1, 15. et Ezech. 30, 2. ܠܝܘܡܐ ܗܘ *eheu diem istum!* 1 Sam. 4, 8. ܠܢ ܘܝ *vae nobis!* Es. 1, 4. Ezech. 13, 18. Ier. 48, 1.; interdum ܒ, ut Ier. 50, 27. ܠܗܢܘܢ ܘܝ *vae illis* aut ܥܠ, ut ܠܗܕܐ ܕܪܐ ܥܠ ܗܘ *vae huic generationi!* 13); aut absolute ponuntur, ut ܗܘ 2 Reg. 3, 10.; ab lamentantibus usurpatae nomina sine praepositione admittunt, ut Iud. 11, 35. ܒܪܬܝ ܗܘ *heu filia mea;* 2 Reg. 6, 15; 1 Reg. 13, 30. ܐܚܝ ܘܝ *heu mi frater!* Apoc. 18, 10. 16. 19; Barh. chr. 333, 3—4. ܥܢܬܐ ܕܪܓܙܐ ܘܠܐ ܝܘܡܐ ܕܠܐ ܪܚܡܐ ܐ *o nubem irae, o diem sine misericordia!* quo in loco ܠ pro signo Acc. habeas.

2) De singulis interiectionibus haec praecipue tenenda sunt:

a) ܐܝ duplicis est significationis; est enim particula affirmandi: *certo, ita* (Matth. 5, 37.) et invocandi, e. c. ܐܝ ܐܪܥܐ ܕܡܐ ܬܬܐܒܠܝ ܒܪܬܐ *o terra, cur moesta es?* 14)

---

13) Amir. gramm. Chald. p. 449.

14) Ephraemi dictum ab Amira in Gramm. Chald. p. 436. laudatum.

b) ܐܠܘ *utinam* fere semper cum particula ܠܡ coniungitur, ut Gal. 3, 4. ܐܠܘ ܠܡ ܐܝܟܐ *utinam fruſtra* [15]).

c) ܗܐ *ecce!* iis, qui rem aliquam vivaciter tractant, vulgare est; qua re ab initio sententiarum saepe invenitur *tempus* aut *vicem* significantium, ut Num. 22, 28. ܡܟܕܐ ܗܐ ܬܠܬ ܙܒܢܝ *quod me percusseris iam tribus vicibus*; Assem. B. O. I. 369, 30. ܗܐ ܬܪܬܝ ܙܒܢܐ *en! altera vice* (*me videtis*); Luc. 7, 45. ܡܢ ܥܠܠ ܗܐ *ecce! ex quo intravit*; ib. 8, 29. Marc. 9, 21. Act. 10, 30. Col. 1, 4. Gen. 27, 36. 31, 38. Zach. 7, 3. ܗܐ ܫܢܝܢ ܟܡܐ ܥܒܕ *quod feci iam quot annos?* et Graecorum ἤδη in N. T. versione hac voce saepe redditur, ut Matth. 3, 10. 15, 32. 17, 12. [16]). Hac voce etiam aliae notiones, praeter tempus et vices, emicantes redduntur, ut Ass. B. O. I. 369, 29. *filias meas quinque virgines* ܐܝܬ ܠܝ ܗܐ *ecce! Christo ornavi.* Eadem denique post negationem ܠܐ utuntur tanquam interrogativo: *nonne?*, ut Matth. 5, 46. 47. pro οὐχί; ib. 13, 27. 56. Act. 2, 7. [17]). Philoxen. autem N. T. versio hac in re a Peschito discedens ܟܐ pro ܗܐ ܠܐ exhibet. [18]).

d) ܫܠ *absit* cum ܠ personae et verbo finito, quod ? praecedit, construitur, ut Iob. 34, 10. ܚܠܝܐ ? ܡܢ ܟܕ ܫܠ *absit ab eo, ut faciat;* Gen. 18, 25. 44, 17. Ios. 22, 29. 24, 16; 1 Sam. 26, 11. ܐܫܕܚ ? ܐܢܐ ܡܢ ܩܕܡ ܡܪܝ ܫܠ *absit a me coram domino, ut extendam;* 1 Reg. 21, 3; interdum cum coniunctione ܐ, ut 1 Sam. 24, 7. ܐܥܒܕ ܐ ܡܢ ܩܕܡ ܡܪܝ ܫܠ *absit a me coram domino, ut faciam;* aut cum Inf. e. c. Gen. 44, 7. ܠܥܒܕ ܟܐܠܝܢ ܫܠ *absit a servis tuis, ut faciant.* Saepe nonnisi cum ܠ personae, ut Iob. 27, 5. ܚܠܝ ܡܢ ܟܕ ܫܠ *absit a me!* 1 Sam. 2, 30. 20, 2. 9. 2 Sam. 20, 20.

e) ܛܒ *bene!* stat. constr. Plur. nominis ܛܒܐ *felicitas*, recipit suffixa Pluralia nominum more, et construitur plerumque cum ܠ personae, ut Ps. 1, 1. ܛܒ ܠܓܒܪܐ ܗܢܐ *bene actum est cum viro*, Matth. 11, 6. 24, 46; interdum vero absolute usurpatur, e. c. Deut. 33, 29. ܛܒ ܠܟ ܐܝܣܪܐܝܠ *o te felicem, Israël!* Ephr. T. III, p. 4. ss. saepissime.

---

15) Amira l. l.

16) Hunc morem particulam *en! ecce!* saepe usurpandi etiam Graecum N. T. sermonem retinuisse, notum est; vide e. c. Luc. 13, 16; quin etiam Alexandrina versio hac interiectione nonnunquam utitur, ubi textui originali non inerat, e. c. Deut. 8, 4. in Alex. legimus ἰδοὺ τεσσαράκοντα ἔτη pro hebraicis זֶה אַרְבָּעִים שָׁנָה.

17) In hoc ultimo loco etiam graecus N. T. textus hac dicendi ratione utitur: οὐκ ἰδοὺ πάντες οὗτοί εἰσιν οἱ λαλοῦντες Γαλιλαῖοι; apud Hebraeos exemplum eius generis exstat Hab. 2, 13.

18) *I. D. Michaelis* (Gramm. Syr. p. 239. et 298.) hunc morem a confusione vocum ܗܐ et ܗܘܐ forte derivandum opinatur, cum etiam ܗܘܐ pleonasticum in interrogationibus post negationem inveniatur; sed utraque, quae manifesto usu venit, loquendi ratio procul dubio diversae originis est.

7) ܠ in V. T. versione pro hebraico אֶת in rogationibus et sermone politiore usurpatur; ita Gen. 27, 21. Iob. 4, 7. 17, 3. 40, 2.

Caput Quintum

De nonnullis sermonis Syriaci idiotismis.

---

§. 151.

De Ellipsi.

Quanquam de variis ellipticis dicendi rationibus passim disputatum est, tamen accurata restat nonnullarum expositio.

1) Persaepe verbum subst. omnium perss. et temporum, subiecti praedicatique copula, omnino praetermittitur, ut Luc. 1, 27. ܫܡܗ . . ܘܫܡ ܒܬܘܠܬܐ ܡܪܝܡ *et nomen eius Ioseph et nomen virginis Maria fuit*; Hos. 8, 1; inprimis vero si praedicatum primarium locum tenet. Exempla vid. §. 146, 3.

2) Verbum ܐܡܪ, effati et orationis, quae a scriptore laudantur, signum non raro supplendum, ut Barh. chr. 513, 5—6 *Batuo optionem tradiderunt* (*dicentes*), *si esse vellet* (*Chanus*), *ipse esset*, ܐܢ ܒܥܐ ܗܘ ܢܗܘܐ ܠܟܘܢ ܐܢܐ ܟܠܢ ܢܫܬܥܒܕ ܠܗ ܐܝܠܝܢ ܘܐܢ ܠܐ *sin minus*, (*dixerunt*,) *ei, quem eliget, nos omnes subiecturi sumus;* ib. 419, 4. *et de Hierosolymis, quae vestrae adorationis locum dicitis,* (*respondemus:*) *etiam nostrae adorationis domus est.* Multa huius rei exempla collegit *Agrellus* in Otiol. Syriac. p. 22.

3) Interdum etiam alia verba suppleas necesse est, ut Ps. 6, 4. ܥܕ ܐܡܬܝ *usque quo* sc. auxilium arces; ib. 3, 9. ܠܥܡܟ ܒܪܟܬܟ *populo tuo* (*veniat* seu *sit*) *benedictio tua;* Es. 1, 28. ܘܫܒܪ ܥܒܪܝܢ ܘܚܛܝܐ ܟܚܕ *destructio scelestorum et impiorum simul* (*veniat*); Es. 66, 6. ܩܠ ܫܘܢܝܐ ܡܢ ܩܪܬܐ ܩܠ ܡܫܠܡ *vox perturbationis ex urbe* (*auditur* sive *sonat*). Praecipue vero in orationis apodosi omittuntur verba, quae in protasi quidem posita, tamen in apodosi repetenda erant, ut Matth. 1, 22. ܗܕܐ ܟܠܗ ܕܐܬܥܒܕ ܕܐܬܡܠܝ *haec vero omnia, quae facta sunt,*

(*facta sunt*), *ut impleretur;* Io. 20, 31. ܐܝܟ ܕܗܝܢ ܟܬܝܒ ܐܦ *Etiam haec scripta* (*scripta sunt*), *ut credatis;* Rom. 5, 20; Hebr. 7, 18. ib. 8, 3 [1]).

4) Accusativus a verbo activo rectus praecipue in notis dicendi formulis non raro praetermittitur; e. c. ܒܥܐ 1 Sam. 8, 12. *aravit*, proprie *duxit* sc. ܬܘܪܐ *iugum* (vid. integram formulam Luc. 17, 7.). — ܝܠܕ Gen. 16, 1. 17, 17. 30, 1. *peperit* sc. *filios*, et Afel ܐܝܠܕ ib. 10, 21. *genuit* sc. *filios.* — ܢܣܒ Esdr. 9, 2. 12. Neh. 13, 25. *sumsit* (*duxit*) sc. *uxorem* et Barh. chr. 110, 12. ܢܣܒ ܟܢܝܐ pro ܢܣܒ ܥܠܘܬܐ ܟܢܝܐ (vid. integram formulam ib. lin. 8.) *incolumitatem sibi pactus est.* — ܦܠܓ 1 Cor. 7, 17. *partitus est* sc. *donum.* — ܦܪܨ Ier. 16, 7. *fregit* sc. *panem* (vid. integram formulam Es. 58, 7.) — ܐܬܩܛ, Afel verbi ܩܛܦ, 1 Sam. 14, 42. *iecit* sc. ܩܠܝܣ *sortem* (vid. integram formulam Ps. 22, 19.). — ܫܕܪ Ps. 18, 17. *misit* sc. *auxilium* aut *legatum.* — Ad ܐܡܐ Io. 9, 7. 11. 15. *lavit* forte ܓܫܡ *corpus* supplendum, nisi Afel *reflexive* positum sumseris. — ܐܬܩܢ, Afel verbi ܩܢܐ, Luc. 9, 52. *paravit* sc. *hospitium* et Act. 10, 10. *paravit* sc. *cibum* [2]).

5) *Nominat.*, a quo pendet verbum, nonnisi perraro legimus omissum, ut Ier. 3, 5. ܐܠܥܠܡ ܢܛܘܪ ܟܢܥܬܟ ? *num in aeternum servabitur* (*ira tua*)*?* Antiquiores grammatici, quin etiam *Ch. B. Michaelis* 3), huc referunt multa exempla non aliqua subiecti ellipsi sed potius *impersonali* verborum usu (§. 138, 2.) insignia; ex eorum genere sunt ܥܓܒ ܠܝ *contristatus est* (Luc. 18, 23. 24.), ܒܥܝ ܠܝ *taedeuit me* (Hebr. 3, 10.), ܟܠܐ ܬܟܠܘܢ *segnescitis* (ib. 6, 12.), in quibus ܢܣܒ aut ܢܬܠ, ܝܟܠ aut ܝܗܒ ܠܐ ܡܫܟܚ *potest aliquis* (Rom. 14, 4. Hebr. 11, 19.), ubi ܚܝܠ *vis* et ܟܐܒ ܠܟܘܢ *doluit vobis* (ib. 10, 34.), ubi ܠܒܐ *cor* supplendum arbitrantur.

6) Nomen orationis subiecto expressum in praedicato, ubi cum Genitivo aliquo repetendum erat, praetermittitur Genitivo solo posito, ut Io. 1, 14. ܕܝܩܪܐ ? ܕܝܚܝܕ ܐܒ ? ܕܝܩܪ ܐܝܟ *gloriam tanquam* (*gloriam*) *unigeniti a patre;* Hebr.

---

1) Philoxeniana versio in locis allatis aliam dicendi rationem praetulit, ut Matth. 1, 22. ܕܬܬܡ ? ܗܢܐ ܗܘܬ ܕܟܬܝܒ ܐܡܪ et Io. 20, 31. ܕܬܗܝܡܢܘܢ ? ܗܢܐ ܟܬܝܒ ܐܦ.

2) Occurrunt nobis etiam exempla ellipseos substantivorum cum praepositione coniungendorum, ut Iob. 34, 23. ܣܡ *indidit* sc. ܒܠܒ *animo*, conf. integram formulam e. c. Es. 41, 22.

3) Syriasm. p. 161.

3, 3. Matth. 3, 4. هٰذا كحصوه اصا حنوه اذا *erat vestitus eius (vestitus) pili;* Luc. 5, 3. Io. 10, 21. c. 11, 4. Ps. 18, 34. اذا اسر كرجلي حصي *fecit pedes meos instar (pedum) cervi;* ib. 48, 7. 55, 7. Io. 5, 36. هذه هي شهادة يوحنا *testimonium maius (testimonio) Ioannis;* Es. 29, 4. 52, 14. Quae dicendi ratio etiam valet, si praedicatum priorem tenet locum, ut Hebr. 5, 14. وطعام الكمال هو *perfectorum vero (cibus) est cibus solidus* 4). *Comparationes* huic consuetudini praecipue indulgere, exemplа modo allata docent; conf. etiam Io. 19, 11. الذي اسلمني اليك خطيته اكبر هو *qui me tibi tradidit, eius peccatum tuo maius est;* Kirsch. chr. Syr. 206, 14. هو اصا لا شبه لعملهم *eorum agendi modus ipsius (modo) dissimilis fuit.* Idem valet de notione *temporis,* praecipue *anni,* quam saepe semel positam invenis, ubi bis scriptam expectaveris, ut Ass. B. O. I. 394, 6—7. السنة التي قبل مجمع نيقية *proximo anno ante concilii Nicaeni annum;* ib. lin. 11. السنة التي بعد *anno post annum (concilii congregati).*

In diebus mensium numerandis يوم *dies* omitti §. 117, 2. Annot. 1. dictum est.

De aliis ellipseos generibus pariter ac de *pleonasmo* vid. singulas orationis partes.

§. 152.

Zeugma, Hendiadys et Antiphonesis.

1) Inveniuntur exempla *unius* verbi cum duobus nominibus coniuncti, quod non utrique, sed alterutri tantum convenit (*Zeugma*), ut Gen. 47, 19. *cur moriamur* لماذا نموت انا وارضنا *et nos et agri nostri;* Iob. 4, 10. زئير الاسد وصوت الجرو واسنان . . *rugitus leonis et vox catuli leonis et dentes . . franguntur;* ib. 10, 12. حياة وسلاما صنعت معي *vitam (dedisti) et pacem mecum fecisti.* Idem fit in Nominativi coniunctione cum duobus Genitt., ut Gen. 2, 1. السماء والارض وكل جندها *coelum et terra et omnes eius copiae,* ubi جند, quod de coeli copiis vulgo dicitur, de terra quoque adhibetur (conf. Neh. 9, 6.); Ps. 65, 9.

2) Duae voces particula *et* coniunctae interdum pro Nomin. et Genit. ponuntur (*Hendiadys*), ut Gen. 1, 14. وتكون لآيات ولاوقات ولايام ولسنين *et fiant signa temporum,*

---

4) *Chr. B. Michaelis* (Syriasm. p. 162. coll. *I. D. Michael.* Grammat. Syr. p. 278.) huc refert etiam loca alius indolis, ut Marc. 11, 13. لانه لم يكن الزمان زمان التين *tempus enim nondum erat ficuum;* Act. 23, 6. Col. 3, 22. Hebr. 12, 9.

dierum et annorum; ib. 3, 16. ܚܒܠ̈ܝ ܝܠ̈ܕܘܬܟ *dolores graviditatis tuae*; Iob. 4, 16. ܩܠܐ ܕܡܡܠܠ *vocem obmurmurantem*; etiam aliqua voce interiecta, ut Es. 4, 5. ܥܢܢܐ ܘܥܫܢܐ *nubes fumi interdiu.*

3) Antiphoneseos exempla saepe inveniuntur, ut Gen. 1, 4. ܘܚܙܐ ܐܠܗܝܡ ܕܢܗܘܐ *vidit Deus, lucem esse bonam*; Ex. 2, 2; Matth. 16, 1. ܘܫܐܠܘ ܠܗ ܘܐܡܪܝܢ ܠܗ ܕܢܚܘܝ ܠܗܘܢ ܐܬ̈ܐ ܡܢ ܫܡܝܐ *et rogabant eum, ut ipsis signum de coelo ostenderet*; Barh. chron. 514, 9. ܐܠܐ ܒܕܟܘܣ ܕܒܝܬܗ ܫܪܐ ܠܗ ܕܢܬܝܒ ܒܐܬܪ ܕܝܠܗ *sed in loco proprio quemque habitare iussit*; Ephr. I, 122. B. ܐܪܒܥ ܝܡ̈ܐ ܡܬܚܟܡܝܢ ܐܝܬ̈ܝܗܘܢ *quatuor maria esse sapientes statuunt.*

Historici scriptores pro *mandati* alicuius expositione saepissime rei ex mandato peractae exhibent commemorationem, ut Barh. chr. 264, 9—10. ܐܡܪ ܠܗ ܕܢܐܙܠ ܥܡ ܗܘ ܡܐܐ ܥܒ̈ܕܐ ܒܐܣܟܐ ܕܢܗܘܘܢ ܪܟܒ̈ܝܢ *iussit Soltanus et cum eo* 100 *servos equo vehi voluit* pro *iussit . . ut cum eo* 100 *servi equo veherentur*; ib. 328, 3. ܐܡܪ ܠܗ ܕܢܠܒܫ ܠܒ̈ܘܫܐ *iussit eum vestibus indui*; ib. 359, 6. ܐܡܪ ܠܗ ܕܢܗܒ ܠܗ ܣܘܣܝܐ *ei equum dari iussit*, conf. etiam lin. 3; ib. 491, 18. ܐܡܪ ܠܥ̈ܒ̈ܕܘܗܝ ܕܢܟܢܫܘܢ ܠܗ *mandavit servis suis, ut congererent* [5]).

§. 153.

Oratio indirecta et Parenthesis.

1) Verba aliorum, ubi afferuntur, directa, quam dicunt, vulgo usurpatur oratio; at *indirectae* quoque invenis exempla, ut Iob. 35, 14. *etiamsi dicis* ܠܐ ܐܬܝܕܝܢ ܠܗ *te eum non laudaturum esse* pro ܠܐ ܐܫܬܒܚ ܠܗ *non laudabo eum* [6]); 1 Sam. 13, 13. ܘܐܡܪ ܕܩܝܡ ܐܩܝܡ ܠܟ *et dixerat, se firmaturum te perpetuo*; fortasse etiam Luc. 12, 13. *dic fratri meo* ܩܠ ܠܐܚܝ *ut dividat haereditatem* pro ܦܠܓ *divide*; Barh. chr. 262, 15 — 16. *unus servorum meorum dixit* ܚܕ ܡܢ ܥܒ̈ܕܝ ܐܡܪ ܕܐܢܐ ܡܠܟ ܪܘܡܝ *se regem Romanorum cepisse et hunc apud ipsum esse*; ib. 397, 11 — 12. *ex eo quaesivit* ܡܢܘ ܗܘ ܐܡܪ *unde hoc sciret?* ib. 533, 13—14. ܘܨܒܐ ܕܠܐ ܢܥܒܕ ܠܗܘܢ ܫܘܒܥܐ *(voluit) iuramentum iis praestare, se illos non laesurum esse*; Kirsch. chr. Syr. 210, 17. ܘܫܐܠ ܡܢ ܗܘ ܘܡܢ ܐܬܐ *et interrogavit, quisnam et unde sit?*

---

5) Hunc loquendi modum etiam ab Hebraeis interdum adhibitum esse existimo, e. c. Gen. 4, 8. וַיֹּאמֶר קַיִן אֶל־הֶבֶל אָחִיו וַיְהִי בִּהְיוֹתָם בַּשָּׂדֶה *et dixit Kain Abelo fratri suo cumque in agro essent* pro: *et dixit Kain Abelo fratri suo: eamus in agrum, ibique* (eum interfecit); ib. 42, 25. וַיְצַו יוֹסֵף וַיְמַלְאוּ *et mandavit Iosephus et impleverunt* pro *ut implerent.*

6) Qua re versio latina in Bibl. Polygl. Londin. Syriaca verba ita interpretatur.

2) Parenthesin non peculiari signo [7]), sed nonnullis particulis expletivis aut omnino non Syri indicare solent, ut Rom. 7, 1. ܐܘ ܠܐ ܝܕܥܝܢ ܐܢܬ . ܟܕܒܪ ܢܡܘܣܐ ܠܝ ܕܒܪ ܐܢܫ ܗܘ ܕܝܠܡ ܢܡܘܣܐ ܡܫܬܠܛ ? . ܐܘ ܠܐ *aut ignoratis fratres mei* (*scientibus enim legem loquor*), *legem dominari*; Barh. chron. 282, 12—4. *et rapuerunt fornacem argenteam* ܐܬܟܢܫ ܟܘܪܐ ܕܟܣܦܐ ܕܗܘ ܕܒܒܠ ܕܐܝܬ ܒܗ ܫܒܥ ܐܠܦ ܠܝܛ ܕܟܬܒܐ ܣܘܪܝܝܐ ? ܟܠ ܡܕܡ ܕܐܝܬ ܒܗ ܫܬ ܐܠܦ ܠܝܛ ܕܟܬܒܐ ܣܘܪܝܝܐ ܕܒܗ ܐܝܬ ܒܡܫܩܠ ܒܓܕܕ ܐܠܦ ܠܝܛ ܕܟܬܒܐ ܣܘܪܝܝܐ 40 *litrarum Syriacarum — quaevis enim litra* (Syriaca) 6 *litras ponderis Bagdadensis continet, — cum aliis vasibus et ornamentis multis*; Ios. 3, 15—16. *cum .. pedes sacerdotum ..* ܟܕ ܐܬܛܒܘ ܪܓܠܝ ܟܗܢܐ . . . ܒܣܦܐ ܕܝܪܕܢ ܡܠܐ ܗܘ ܥܕ ܦܬܚ ܦܘܡ ܡܝܐ ܩܡܘ ܡܝܐ ܕܡܢ ܠܥܠ *tincti essent in oris aquae* (*Iordanes vero plenus erat ad summam usque oram . . .*), *constitit aqua.*

§. 154.

Vocum collocatio a regula recedens.

Collocatio vocum simplicissima, quam in praecedentibus syntaxeos partibus in transitu tetigimus, larga non indiget expositione, qua re nonnisi de nonnullis eius rationibus vulgari regulae non omnino consentaneis dicere propositum est.

1) Syris licet communem vocum ordinem mutare (*Synchysis*), *a*) praecipue in verbo ܗܘܐ *fuit* et pronomine eius vicibus fungente, ut Ex. 7, 7. ܘܡܘܫܐ ܗܘܐ ܒܪ ܫܒܥܝܢ ܫܢܝܢ ܘܐܗܪܘܢ ܒܪ ܬܡܢܝܢ ܘܬܠܬ ܫܢܝܢ ܗܘ ܠܗܘܢ *Moyses autem* 80 *annorum et Aaron* 83 *annorum fuit*; Luc. 5, 3. ܘܚܕܐ ܡܢ ܐܢܝܢ ܗܘܬ ܕܫܡܥܘܢ *et una earum* (navium) *Simeonis erat Petri*; Io. 21, 23. ܘܝܫܘܥ ܠܐ ܐܡܪ ܠܗ ܕܠܐ ܢܡܘܬ ܗܘ *Iesus autem eum non moriturum esse, non dixerat*; Io. 8, 33. ܙܪܥܐ ܕܐܒܪܗܡ ܐܢܚܢܢ *semen sumus Abrahami*; ib. v. 34. ܟܠ ܕܥܒܕ ܚܛܗܐ ܥܒܕ ܗܘ *servus est peccati*, et v. 37. ܙܪܥܐ ܕܐܒܪܗܡ ܐܢܬ *semen estis Abrahami*; Hebr. 7, 28. ܢܡܘܣܐ ܡܩܝܡ ܟܗܢܐ ܕܒܥܠ ܬܘܫܒܚܐ ܐܢܫܐ ܕܟܝܢ *lex homines infirmos constituit sacerdotes*; Deut. 31, 2. ܒܢ ܡܐܐ ܐܢܐ ܗܘܝܬ ܝܘܡ ܢ ܫܢܝܢ *120 annos natus sum.* *b*) Particulae quoque vulgari verborum ordine neglecto alium, quam solent, occupant locum, ut Marc. 1, 45. ܕܠܐ ܒܓܠܝ ܗܘܐ ܝܫܘܥ ܠܡܕܝܢܬܐ ܓܠܝܐ *ita ut Iesus palam urbem ingredi non posset*; Ps. 6, 2. ܠܐ ܒܪܓܙܟ ܬܟܝܚܢܝ *ne in ira tua me arguas*; ib. 66, 18. ܐܢ ܚܙܝܬ ܥܘܠܬܐ ܒܠܒܝ *iniquitatem si vidisti in corde meo.*

---

7) *Crinesius* quidem (Gymnasium Syriac. cap. VI, 3.) eam duobus punctis, uno a principio, altero a fine sententiae posito designari opinatus est ad Rom. 7, 1. et 1 Cor. 10, 27. respiciens, sed hac ratione non solum sententiae parentheseos notis includendae, sed etiam reliquae, si modo ad finem aliquem perductae sunt, vulgo distinguuntur.

2) Verbum ܐܡܪ *dixit* sermonibus, qui ad verbum narrantur, plerumque praeponitur, sed non raro iis interferitur, ut Gen. 3, 6. ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܠܗ ܡܢ ܐܝܟܠ ܕܒܥܝ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܐܠܗܝܡ ܠܐ *de fructibus arboris in medio horto, inquit Deus, ne edatis;* Ex. 5, 16. ܐܝܟ ܕܐܡܪܝܢ ܠܢ ܥܒܕܘ ܠܒܢܐ *et lateres, aiunt nobis, conficite.* Idem accidit nonnullis aliis verbis, ut Ephr. II, 369. E. ܕܐܡܪ ܠܗ ܠܡܢ ܕܢܚܢ ܢܚܙܐ ܠܡܩܒܠ ܕܓܒܪܐ ܕܐܡܪ *adversus quem nos decet dimicare fortiter.*

3) Particula ܗܐ *ecce!* quam ab initio sermonis expectas, non raro post unum sive aliquot demum ponitur verba, ut Matth. 13, 56. ܘܐܚܘܬܗ ܟܠܗܝܢ ܥܡܢ ܠܐ ܗܐ ܟܠܗܝܢ ܐܝܟ *et sorores eius omnes nonne apud nos versantur?* Iac. 2, 4. 6. 7. Luc. 8, 29.

§. 155.

De paronomasia et lusu verborum.

1) Paronomasiam sive vocum simili sono gaudentium coniunctionem, qua plures orientis linguae mirifice delectantur, Syri parum curant; qua re etiam Syrus V. T. interpres vel in iis locis, ubi textus originalis huic rei nimis indulgebat, plerumque eam neglexit. Neque tamen omnia eius exempla desunt, ut Ps. 40, 4. ܢܚܙܘܢ ܣܓܝܐܝ ܘܢܬܒܪܟܘ *ut videant multi et laetentur*, ubi interpres Hebraica וְיִרְאוּ . . וְיִירָאוּ paronomasiae efficiendae caussa, ut videtur, non ad verbum reddidit; coll. etiam 52, 8; ib. 68, 3. ܐܝܟ ܕܡܫܬܟܚ ܥܫܢܐ ܢܫܬܟܚܘܢ *ut evanescit fumus, evanescent;* Es. 28, 10. 13. ܙܥܘܪ ܥܠ ܙܥܘܪ ܘܙܥܘܪ ܥܠ ܙܥܘܪ ܩܘ ܥܠ ܩܘ ܙܥܘܪ ܥܠ ܙܥܘܪ ܘܩܘ ܥܠ ܩܘ ܙܥܘܪ *stercus super stercore et stercus super stercore, vomitus super vomitu et vomitus super vomitu* [8]); Hebr. 1, 1. ܒܟܠ ܙܒܢ ܘܒܟܠ ܐܝܟ pro Graecis πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως.

2) Lusus verborum apud Syrorum scriptores non saepe legitur, in V. T. tamen versione plura inveniuntur exempla, ut Gen. 9, 27. ܢܦܬ ܐܠܗܐ ܠܝܦܬ *amplum reddat Deus Iaphetum;* ib. 49, 8. ܐܢܬ ܝܗܘܕܐ ܢܫܒܚܘܟ *Iuda, te laudabunt;* v. 16. ܕܝܢ ܢܕܝܢ ܥܡܗ *Dan iudicabit populum suum;* v. 19. ܓܕ ܢܓܕܕܢܗ ܗܘ . . ܓܕ *Gad . . et ipse trahet calcaneum;* Num. 18, 2. ܘܐܦ ܫܒܛ ܠܘܝ . . ܬܩܪܒ . . ܢܫܬܡܫܘܢ ܠܟ *et tribum Levi . . adducas, ut comitentur;* 24, 21. ܘܚܙܐ ܠܩܝܢܝ . . ܘܐܡܪ . . ܘܫܐ ܒܬ ܩܢܝܢ ܣܝܡ *vidit Kinaeos* (Kenitas) . . *et dixit . . posi-*

---

8) Gen. 1, 2. ܬܗܘ ܘܒܘ sunt verba hebraica in versione recepta, unde teste Iacobo Edesseno in scholio apud Ephraemum (T. I. p. 116. F.) pro iis in alia versione legebatur ܠܐ ܐܬܪ ܘܠܐ ܒܝܬ ܐܬܪ, qua in re LXX interpretes consentiunt ἀόρατος καὶ ἀνατασκεύαστος vertentes. Vid. etiam Kirschii Pentateuchus Syriac. p. I—II.

tus est in rupe nidus tuus; Ruth. 1, 20. *me nominate amaram animo* (ܡܪܝܪ ܢܦܫܐ), *nam Deus me tristem reddidit* (ܡܪܝܪ ܗܒ); 1 Sam. 1, 24. ܘܛܠܝܐ ܗܘ ܝܠܕܐ *puer autem erat parvulus;* Ier. 48, 2. *non gloriatur amplius Moab Hesbone* (ܚܫܒܘܢ), ܐܬܚܫܒ ܥܠܝܗ ܒܫܒܘܢ *meditantur enim malum adversus hanc* (*urbem*); Hos. 2, 23 (25). ܘܐܪܚܡ ܠܠܐ ܪܚܡܬܐ ܘܐܡܪ ܠܠܐ ܥܡܝ ܐܢܬ . ܘܗܘ ܠܝ ܠܐܠܗܝ *misericors ero erga eos, qui misericordiam non consecuti erant et qui populus meus non erat, eum populum meum vocabo;* Mich. 1, 10. ܒܒܝܬ ܥܦܪܐ ܬܬܦܠܫܘ ܒܝܬ ܐܦܪܐ *in domibus Ophrae* (aut *amiculi*, forte etiam *in domibus iudicii*) *volutate vos in pulvere* [9]).

---

9) Es. 29, 1 — 2., ubi textus Hebraicus voce אֲרִיאֵל ludit, Syrus interpres hanc vocem in versione retinuit ܐܪܝܐܝܠ scribens.

F i n i s.

I.

Index terminorum technicorum grammaticorum.

237. أمر
80. أصلا
80. إضافة
67. إضافي
92. أصوات
29. 30. 152. 281. أعراب
80. أعلال
126. أعلال تصريف
79. أعلال حرف
79. أعلال حرف s. حرف علة
127. أعلال حذف
80. أعلال حرف زائد
127. أعلال حرف لا يكون إلا زائدا
279. أعداد
237. أفعال
79. أفعال مزيدة
80. أفعل
79. ألف التأنيث
235. ألف الإلحاق
80. ألف الوصل
235. 238. ألف زائدة
279. أمالة
279. أمثلة
279. أمر
252. بسيط
29. 30. 154. 252. بسيط مجرد
154. مجرد — —
154. مزيد — —
154. مضعف — —
154. معتل — —
79. بناء على الكسر
238. بناء على الفتح
118. تأنيث
276. تثنية
120. تصحيح جمع المؤنث
279. تصغير
237. تضمين مزيد
166. تعجب
238. تنوين
76. تنوين الترنم
237. تنوين التمكن
279. تنوين المقابلة
26. تنوين الترنم
120. 279. تنوين العوض
238. 279. تنوين الغالي
30. 152. 164. ثلاثي
177. ثلاثي لا رابع له
80. ثلاثي
170. جر
174. جر بالإضافة
177. جر بحرف
279. جزء
119. جزم
88. جمع
251. جمع التكسير
177. جمع السلامة
91. جمع المذكر
172. جمع ما لا يعقل
80. جمع

238. ܒܟܬܝܐ

29. 30. 177. 178. 308. ܒܟܬ ܡܐ

14. ܡܬܝܡܢܐ ܐܘܬܡܐ

29. ܡܕܡ ܐܡܬܝܡܢܐ

ܡܕܒܪܝܬܐ ܐܠ ܒܬܪ ܒܟ ܫܡ ܟܫܝ 173.

ܡܕܒܪܝܬܐ ܒܬܪ ܒܟ ܫܡ ܟܫܝ 173.

26. ܒܕܝܪܐ

276. ܒܘܟܠܐ

279. ܒܘܫܒܐ

68. ܒܟܘܢܐ

282. ܒܟܘܪܐ ܫܟܐ

120. ܒܟܟܫܐ

108. ܒܘܥܕܐ

114. ܒܙܘܓܐ

279. ܒܙܪܥܐ

108. 237. 276. ܒܙܕܩܐ

238. ܒܙܢܐ

252. ܒܙܓܐ

120. ܒܚܟܐ

151. ܒܚܬܟܪܕܐ

80. ܒܚܙܘܕܐ

238. ܒܬܪܟܒܚ

237. ܒܣܕܒܕܟ

120. ܒܥܙܐ

56. ܒܟܙܘܟ

238. ܒܟܕܒܐ

151. ܒܟܐܘܬܪܕܐ

88. 118. ܒܩܬܐ

235. ܒܨܒܝܐ

259. ܒܨܒܐ

88. ܒܩܥܐ

121. ܣܘ et ܣܐ

252. ܒܪܝܫܐ

121. ܒܫܡܐ

166. ܒܬܘܒܐ

88. 118. ܒܬܒܐ

279. ܒܬܒܐ

79. ܒܬܒܐܝܐ

69. ܒܓܐ

239. ܓܒܐ

238. ܓܨܒܐ

119. ܓܟܐ

29. 30. 278. ܓܠ ܒܟܐ

237. ܓܟܐ / ܓܟܝܐ / ܓܟܝܢܐ

92. ܓܡܐ

68. ܓܒܐ

137. ܓܨܒܐ

279. ܓܨܒܐ

119. ܓܩܬܐ

120. 173. ܓܨܐ

154. ܓܙܐ

154. 275. 237. 269. ܗܒܐ

120. ܗܟܝܐ

121. ܗܢܐ

29. 252. 279. ܗܘܒܐ ܠܐ

108. ܗܘܓܐ

88. 133. ܗܟܢܬܐ

238. ܗܘܟܒܐ

120. 279. ܗܘܙܐ

80. ܗܢܢܐ

108. ܗܘܕܐ

49. ܗܒܐ

279. ܗܐܟܒܐ

119. ܗܘܐ

238. ܗܘܟܙܐ

279. ܗܘܙܐ

133. ܗܟܢܐ

152. 234. ܗܟܐ

151. ܗܙܘܢܐ

119. ܙܒܐ

237. ܙܕܐ

237. ܙܕܐ ܒܬܪ

237. ܙܕܐ ܙܕܐ

II.

Index vocum Syriacarum inprimis formae aut structurae singularitate insignium.

أأنيهـ 257. not. 18.

إيحيا 274. et إيحيا 255.

أحا 274.

إيحدنا 230.

أو 384.

أو differt ab أو 117. أو Vocat. indicat 299.

أوتوقراطوريس *αὐτοκράτορες* 257. not.

أوما ab أوما 267. n.

إيا 128. 145. 198. 346. إيحي 206. not. 1. إيحا et إيحا ib.

أيبي 206. not. 1.

أيدي ab أيدا 274.

أيدا 274.

إيدوحا Act. 22, 11. vid. 192. not. 2.

إيدوحا fem. ab إيدوحا 269. not. 270. not.

إيدي Luc. 22, 15. vid. 199. not. 3.

إيدوحا Eph. 2, 11. vid. 263. not.

أيدو 109. 380. et أيدو 384.

أيدا 211.

إيدي 386.

أيدا 211.

أيدا 380.; cum Partic. 346. 353.; c. Pron. 377.; c. Dat. pro *habeo* 378.

أيدا ab أيا 140. 207. 231.

أيدا 229.

أيدا pro أيدا 117.

أيدا ab أيا 207.

أيدا 206. not.

أيا a أيا 224.

أيا num praestantiam indicet 304. not.

أيا c. Coni. 384.

أيا 207.

أيا 207.

أيا omittitur 388. ei. collocatio 393.

أيا 384.

أيا ubi Olaf eius initiale occultetur 155.

أيا suff. plur. assumit 267.

أيا fem. ab أيا 269.

أيا Luc. 4, 23. vid. 221. not. 3.

أيا 305.

أيا Plur. a أيا 274. est gener. fem. 351. not.

أوصدا *arboo* 104.

أوكا 219.

أوا pro أوا 201.

أوسا 131. 183.

أوا pro أوا 141.

أوكا 348. 387.

أوا 131. 183.

أوكا 220. n.

أيا 207. 231. 339.

أيا pro أيا 183.

أيا 213.

أيا pro أيا 183.

أيوحا 180. 217. not.

أيا 231.

أيكا ab أيا 187. 211.

أيحا 188.

أيحا, أيحا et أيحا Cant. 5, 8. vid. 225.

أيا 207.

أيا 207.

أيا 207.

ـه Genit. significat 297.; ei. varius usus 300.; verba c.

eo 369. 370. 372., omittitur 381.

ܕܢ 188. 189. c. Suff. 230.

ܕܢܘܢ 194.

ܕܢܕܝ et ܕܢܕܝܢ 229.

ܕܢܐ non ܕܢܐ 263. not. et 274.

ܕ, ܕܢ et ܕܢܢ 381., verba c. iis 372., ܕ Adi. circumscribendis inservit 286.

ܕܠ Adi. circumscribit 288.

ܕ Adi. circumscribit 287., pleonastice ponitur 287.

ܕܟ 385.

ܕ *bath* 110., Adi. circumscribit 288.

ܕܐ fem. a ܕ 269. not.

ܕܝ 279.

ܕܝ 274.

ܐ 188.

ܐ per Graecism. 258.

ܐ pro ܐ 271.

ܐ 305.

? (*Partic.*) eius usus 385.; Adiectivis circumscribendis inservit 285. 289.; post *stat. emph.* ante Gen. 290. 295.; raro post *stat. const.* 295.; omittitur 296. 385.; auctorem significat 297.; quo sensu post Positiv. 303. et ante numeralia 305. ponatur; *relativum* 324. s.; indicat orationem *directam* 385.; post verba *optandi* usurpatur 348.; c. *Fut.* et *Part.* 343. 346.

ܐ? 250.

ܠ? c. Suff. 160. 316.

ܟ? 263. not., 352. not.

ܐ? 211.

ܣ? Matth. 18, 33. vid. 200.

ܢ? 2 Tim. 1, 6. vid. 218.

ܬ pro ܐܬ 117.

ܐܬ 345. 387. 393.

ܬ 129. 211.

ܬ et ܬ, ܬ et ܬ, ܬ et ܬ, ܬ et ܬ quomodo differant 156. 157., ܬ redundat 317. 327.

ܐܬ redundat 12. 378.; ubi ܬ *occultetur* 127.; Fut. *apoc.* admittit 176. 338.; eius Praet. Imperativum circumscribit 338.; cum ܠ et Inf. Fut. designat 342.; Imperf. et Plusquamp. format 377.; c. Part. indicat Praet. 345.; cum ܐ coniunctum 372.; omittitur 348.; eius collocatio 392.

ܬ contr. ex ܬ ܬ 314. not.

ܐܬ 247.

ܬ 140. 207.

ܬ a ܬ 126. 129.

ܐ ei. usus 385. s.

ܐ Matth. 10, 7. vid. 206. not.

ܬ Luc. 24, 5. vid. 199. not.

ܠ 231.

ܐ ab ܐ 210. not.

ܐ 128. 198.

ܐ 305.

ܐ 231.

ܐ 173. 207.

ܐ 263. not.

ܐ a ܐ 272. not.

—

ܒ pro ܒܐ 117.

ܒ 305.

ܒ in Plur. ܒܐ 266. not. 8.

ܒ ܕ 305. not.

ܒ pro ܒ 271.

ܒ *chatto*, ܒ *ch'dhato* 128.

ܒ 229.

ܒ differt a ܒ 218. 387.

ܒ 229.

ܒ 255.

ܒ 248.

ܒ, ܒ, ܒ, ܒ 219.

ܒ *ch'lofaichun* 112.

ܒ pro ܒ 271. not. 4.

ܒ fem. ab ܐ 269. not. 3.

ܨ cum Suff. sine Ribui 119.

ܐܒܕ a ܐܒܕ 387.
ܐܬܬܒܕ de Maria, ܐܬܬܒܕ de Trinitate 269. not. 2.
ܐܬܒܕ *tuptho* 112.

ܐܒܕ pro ܐܬܒܕ 117.
ܒܕ Mohammedani 289. not.
ܟܕ 266. not. 7 et 8.
ܛܠܝ *talji* non ܛܠܐ *tali* 265. not. 6.
ܬܠܝܣܡܐ *τελέσματα* 257.
ܐܓܕ 188.
ܐܙܕ, ܐܬܕ et ܐܕܕ 271.
ܐܕܕ et ܐܕܕ 271. not. 4.
ܕܟ 221. not. 4.

ܗ 231.
ܗ 211.
ܗ 128. 211. 231. 348.
ܗ pro ܗ 196.
ܗ 305.
ܗ nominis forma ad Fut. accedens 249.
ܗ Matth. 1, 25. vid. 192. not. 2.
ܗ 224.
ܗ (Ex. 36, 8 — 10.), non ܗ 270. not. 2.
ܐ = ܐܬ 299.
ܐ 211.

ܐ, ܐ 231. ܐ 224. a ܐ.
ܐ Plur. ܐ 273. not. 11.

ܐ 345.
ܐ a ܐ 199. not. 4.
ܐ c. Suff. 1 Sing. Act. 7, 49. vid. 264. not. et 159.
ܐ in Plur. ܢ ante terminat. inserit 270. not.
ܐ 90. 349. 350. 359., *kul* non *kül* 93.; ei. c. Subst. coniunctio 286. 293. Suffixa *pleonast.* postulat 318.
ܐ et ܐ quomodo differant 254.
ܐ Plur. ܐ 273. not. 11.

ܠ Dat. et Acc. indicat 298. s.; ante *subiectum* 301.; ante *Infinitiv.* 339. 341. 342.; verba c. eo 370. s.; apud Passiv. 373.; post Interiect. 386. 387.; omittitur 381.
ܠ 341. ante Adiect. 380.
ܠ eius *flexio* 224.
ܠ ܗ *subito* 376. n.
ܐ pro ܐ 271.
ܠ 380. 386.
ܠ 348.
ܠ 380.; c. Particip. 346. 353.; c. Pron. 377.

ܐ Plur. a ܐ 272. not. 9.
ܐ 183. 201.
ܐ 183.
ܐ impersonaliter 231.
ܐ 275.
ܐ 274.

ܐ 255.
ܐ et ܐ 219.
ܐ 90. *metul* non *metül* 93.; omittitur 382.
ܐ diversa eius pronuntiatio 268. not. 16.
ܐ 274.
ܐ 3 Esd. 5, 65. vid. 201.
ܐ et ܐ ab ܐ 207.
ܐ 247. ac ܐ et ܐ 248.
ܐ 248.
ܐ ubi *masc.* gener. sit 236. not. 2.
ܐ diversa eius pronuntiatio 268. not. 16.
ܐ 381. 382.; Genit. indicat 297.; comparationem efficit 301.; Accusativi loco ponitur 367. 368. 369.; verba c. eo 371.; apud Pass. 373.; post Interiect. 386.
ܐ 249.
ܐ 172.
ܐ 268. not. 16.
ܐ 292.
ܐ 172.
ܐ 323. 354.
ܐ Adi. circumscribendis inservit 288.; *magnitudinis* notionem exhibet 304., titulus 322. not.
ܐ differt a ܐ 324.
ܐ 187.
ܐ pro ܐ 184.

ܟܬܒܢܝܐ 201.

ܠܐ 388.

ܠܐܝ 183. 201.

ܠܐܟ 183.

ܠܐܟܐ 231.

ܐܬ pro ܐܝܬ 176.

ܐܝܬ pro ܐܝܬ 228.

ܒܐ et ܒܐܝܐ 219.

ܒܬܘܠܬܐ 218.

ܕܐ ab ܐܠ 207. 231.

ܕܒܪܝܟ Matth. 8, 25. vid. 195.

ܕܟܐ 174.

ܗܝ Io. 12, 32. vid. 199. not. 3.

ܢܦܫܐ *napscho* 112.

ܢܟܘܡ *nekum* non *nkum* 104.

ܢܦܫ Plur. et ܢܦܫܐ *stat. emph.* a ܢܦܫ 272. not. 6. 9.

ܣܟܘܠܘܬܐ Apoc. 22, 3. vid. 195.

ܣܒܪܐ 230.

ܥܒܕ ab ܥܒܝ 210.

ܦܐ 231.

ܦܫܝܛܐ pro ܦܫܝܛܢܐ 117.

ܦܫܝ si incrementum in fine accedit, ܐ post ܫ inseritur 268. not. 16.

ܦܫܝܐ f. m. emph. a ܦܫܝܐ 269. not. 3.

ܨܠܡ 231.

ܩܛܠ flexionem verbi regul. sequitur 225. ܩܛܠ 229.

ܩܠ, ܩܠܝ, ܩܠܟ 200.

ܩܒ 348.

ܩܒܠ 386.

ܩܕ 368. 372. 382.; verba c. eo 371.; post Interiect. 386.

ܩܕܡܐ eius *stat. absol.* 266. not. 10.

ܩܕܡ Matth. 19, 3. vid. 272. not. 8.

ܩܢܐ 349. not.

ܩܪܒ cum ܠ et Inf. Fut. circumscribit 342.

ܪܓ Plur. a ܪܓܐ 253. not. 6.

ܪܙ 188.

ܫ pro ܫܒܥ 117.

ܫܒ adduntur ei Suff. sine Ribui 119.

ܫܒ 365.

ܫܒܘܥܐ a ܫܒܥ 267. 274.

ܫܒܘܥ et ܫܒܘܥܐ per Graecism. 258.

ܫܟ, ܫܟܢ, ܫܟ 172.

ܫܩܝ *καίσαρες* 257. not. 17.

ܬܐܐ 170.

ܬܘ, ei. Plur. ܬܘܗ 266. not. 8.

ܬܘܒ Ro. 9, 24. vid. 263. not. 3.

ܬܠܝܡ 200.

ܬܡ 288.

ܬܫܒܘܚܐ 274.

ܘܘ pro ܘܬ 200.

ܘܫܐ a ܘܫ 272. not.

ܘܫܐ 255.

ܘܬ 288.

ܙܒܥ etiam in *stat. abs.* ܐ recipit 273. not.

ܚ Plur. a ܚܐ 253.

ܚܛ 369.

ܚܛܐ *σαβαχθανι* 104.

ܚܛܐ Io. 15, 5. vid. 253. not.

ـه pro ـهون 117.

ـهونا 249.

ـهܝ 201.

ـهܢ *schachen* 112.

ـهܬܐ 229.

ـهܬܝ 201.

ـܐ 129.

ـܐܒ 198.

ـܐܟܠ 1 Cor. 10, 28. vid. 206. not.

ـܐܟ pro ـܟ 213.

ـܐܠ 211.

ـܐܢ 218.

ـܐܬ vel ـܐܬܐ a ـܐ 267.

ـܐܬ 263. not. 3.

ـܐܬ 207.

ـܒܕ 195.

ـܒܪ Luc. 22, 52. vid. 206.

ـܒܬ adduntur ei Suff. sine Ribui 119.

ـܒܪ, ـܒ 207.

ܐܝܟܢܐ 245.
ܐܟܣܢܝܘܢ Marc. 9, 25. vid. 201. not. 10.
ܐܠܦܣܛܘܢ 176.
ܐܠܗܐ 305.
ܐܢ 188.
ܐܢܬܝܬ 243.
ܐܪܟܘܢܬ 195.
ܐܬ a ܐܬܐ 270. not. 3.
ܐܬܬܝܗܒ Matth. 11, 23. pro ܐܬܬܝܒ 198.
ܐܬܬܟܝܢ 196.

III.

Index rerum.

Abiectio vocalium 144.
Ablativus particulis indicatur 299.
Abulfaragius vid. *Barhebraeus.*
Abraham Ecchellensis 48.
Abstracta quomodo formentur 248. 249. 251.; amant genus *fem.* 292.; oriuntur compositione c. ܕ 288.; abstr. nominum compositorum 252., significationis sunt *concretae* 239. 285.
Accentus in versibus pangendis habetur ratio 96.
Accusativus particula ܠ indicatur 298., interdum omissa 299.; *adverbialiter* ponitur 299. 300.; verba c. eo 366. ss.; c. duplici *Acc.* 367—68.; post *Pass.* 177. 180.; apud nomina *verbal.* 301.; *Acc. absol.* 310.; *materiae* 368.; apud *Pass.* 374.
Adiectiva, *privativa* 313.; nominum populorum 289.; formatione a Subst. nihil differunt 239.; formantur terminatione ܝܐ 250.; redduntur Substantivis 285.; adiect. *materiae* 285., periphrasi exprimuntur 286. ss., earum c. Subst. coniunctio 285. s. et collocatio 306. ss.
Adverbia, quomodo formentur vel exprimantur 278 s., circumscribuntur verbis 375 ss.; Adjectivis apposita efficiunt *Superlat.* 302.; eorum c. Subst. coniunctio 379.
Aethiopes simili modo ac Syri Adiectiva exprimunt 285.
Afel, ei. formatio et significatio 182.; c. Suff. 193—95.; post praeformativ. in verbb. ܐ *Olaf* interdum servat 201.; ei. nomina *derivata* 243. 244.
Affirmatio 380.
Afformativa Praeteriti 171.; Infin. 172.; Imperat. 173.; Futuri 174.
Aliquis, *aliquid* 329.
Alter — alter 330.
Amira 46., quot *conii.* distinxerit 166.
Ancipites vocales 97. ss.; duplicis *quantitatis* signa 99.
Anticipatio quomodo indicetur 313.
Antiochena dialectus 12. s.
Antiphonesis 391.
Aphaeresis consonarum 129.
Aphel v. *Afel.*
Apocope consonarum 130.
Apocope nominum 293.
Arabica lingua, vocalem littera *quiescibili* instructam producit 97.; litterae Arab., quae desunt Syris, quomodo exprimantur 78. 81.; voces *Arab.* in Syriacam linguam receptae 22. s.; *Fut. figurato* utitur 176.
Aramaica lingua 1—8; dialectus eius orien-

talis et occidental. 3.; ei. a cognatis linguis discrepantia 5.
Articulus deest Syris 154.; compensatur *stat. emphat.* 258.; *Art. definitus statu emph.* 289. et pronom. ܘܢ exprimitur 290.; *indefin.* quomodo indicetur 290.
Aspiratae litterae 79. 109. ss., earum lenior aut durior pronuntiatio elegantiae gratia diversa 112., *Ruchoch* et *Kuschoi* indicatur 108.; *aspiratio* in formis *intensivis* 242 et *Nun* eliso evanescit 198.
Assimilatio litterarum Syris deest 127.

Barhebraeus 30., Persicam verbor. collocationem sequitur 297.
Beth (ܒ) *aspirata* est litt. 79., c. *Waw* permutatur 200.
Biblia Polygl. Londin. litteris vacuis brevem vocalem tribuunt 148.

Cardinalia numeralia 275. 304.; *Suffixis* augentur 276., loco *ordinalium* usurpantur 277. 304.
Carpentoractensis inscriptio 62. 64.
Carschunica scriptura 73.
Casus quomodo indicentur 294. 298. s., Pronominis *relat.* 324., *absoluti* 309. s.
Chaldaica lingua 4.; a Syriaca differt 11 s. compensat *Dagesch f.* litteris insertis 107.; caret *articulo* 154.; *stat. emphatico* utitur 258.; Infinitivis מ praefigit 181.; in *Fut.*, *Imp.* et *Inf.* verbb. ע"ע vocalem *o* plene exhibet 199.
Chebozo ei. nomen 91.; quantitas 98.
Cheth (ܚ) ei. pronuntiatio 78., per crasin in voce ܒܥܶܐ excidit 130.
Cof (ܩ) ei. pronuntiatio 78.
Collectiva nomina punctis *Ribui* notantur 118.; recipiunt *Adiectiva* in *Plur. m.* 307. 308.; eorum constructio c. *Pron.* 323.; c. verbis 348. 351. 357.
Collocatio verborum: *Nominativum* inter et *Gen.* plures voces intercalantur 296.; item inter *Subst.* et *Adi.* 307. 309.; collocatio numeralium 275. 276. 304.; *Adiectivi* apud *Subst.* 306. ss. 315.; *Pronominis* ante *Subst.* 321.; *Pron. demonstrativi* 306.; colloc. *irregul.* 392.; emphaseos caussa vulgaris collocatio mutatur 306.
Communia nomina 235.
Comparatio Adi. periphrastice indicatur 301.; etiam in nominibus et verb. locum habet 303.
Compendium scriptionis linea *diacrit.* indicatur 117.
Compensatio geminatione litterarum efficitur 106. 107.
Compositio verbor. apud Syros rara 153., nominum etiam *appellativv.* 252.; nomina *comp.* formam *diminutiv.* assumunt 251.; eorum *Plur.* 254.; verba Graeca *composs.* quomodo circumscribantur 364. s.
Concreta interdum abstractorum sensu ponuntur 239. 285.
Coniugationum nomina, numerus et dispositio 165 ss.; a *derivatis* coniugg. quae oriantur nomina *derivata* 243 — 44.; Conii. rariores 185 — 87.
Coniunctiones 281. s., earum positio 282.; notae de iis syntacticae 383 ss.; earum *ellipses* 383.; quae Fut. postulent 384.
Coniunctivus 334. 336 — 38. 345. 347.
Consonantes 74. s.
Constructio, ei. mutatio 363. s.; *const.* ad sensum 354 s. 357. 359.; *asyndeta* 383.; per regimen 285.; *praegnans* 376 s.
Continuatio actionis exprimitur *Participio* 346.
Contractio consonarum 130.

Copia verbor. in Syriaca lingua 11.
Copiae notio quomodo indicetur 313.; *verba cop. et inopiae* regunt *Acc.* 367—68.
Dagesch Hebraeorum emphasin exprimens Syriace per *Kuschoi* redditur 111.; *Dag. forte* littera inserta compensatur 107., per *Nun* 131.
Dativus particula ʆ indicatur 298. s., pronominis *personal.* pleonastice ad *eundi* verba additur 320.
Declinatio nominum in universum considerata 262., nom. *masculinorum* 261. 262 — 68., *femininor.* 269 — 73.
Defectiva scriptura 94., verba 231.
Demonstrativum Pron. 161. s., interdum ad sequentia refertur 321.; ante *relat.* omittitur 325., *relativi* vicibus non fungitur 326.; Substantivo praeponitur 306.
Denominativa nomina 250. s.
Dentales litterae, ear. nomina et pronuntiatio 79., permutatio 123.
Diacritica linea vid. *lin. diacr.*
Diacr. punctum vid. *punct. diacr.*
Dialectus orientalis et *occidental.* Aramaicae linguae 3., Syriacae 12. s.
Dierum nomina quomodo indicentur 277.
Diminutio saepe terminatione ̈ exprimitur 241.; ei. formae 250. 251.; ei. signum *geminatur* 251.
Diphthongorum origo et usus 94. ss.
Distinctionis signa 119 — 21. *radicalia* s. *primaria* 119.; eor. usus varius 119.
Distributio indicatur nominibus geminatis 293.; numeralia *distributiva* quomodo significentur 276. 305.
Diversitas repetitione nominum indicatur 293. s.
Docendi verba in *conii. deriv. act.* duplicem *Acc.* postulant 368.
Dolath (ʓ) c. *Risch* confunditur 76., sequente *Tau occultatur* 128., *punct. diacrit.* non admittit 100.
Dualis rarissimi est usus 252., plerumque verbi Pluralem assumit 354.

